SIBYLLINA ORACULA



Bibliothèque
de Mr le Bon de Warenghien

R. H. Robbins

£10

XPI

&


LVTE
TIA
ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΟΙ.
ΧΡΗΣΜΟΙ
hoc est
SIBYLLINA ORACVLA
ex uett· codd· aucta, renouata,
et notis illustrata
a
D. Iohanne Opsopœo Brettano.
Cum interpretatione Latina
Sebastiani Castalionis et Indice.
Parisijs.
M.DC VII.
Cum Preuilegio Regis.
C. De Mallery sculpsit.

CLARISSIMO VIRO IACOBO AVGVST. THVANO AIMERIO, SANCTIORIS CONſiſtorij Conſiliario, & ſupremi Galliarum Senatus integerrimo Præſidi, Societas Typographica Pariſienſis S. D.

NEMO eſt qui neſciat (Vir clariſsime) quantis bellorum̃ fluctibus & procellis hactenus agitatum fuerit hoc quondam floretiſsimum Galliæ regnum, quãque miſerabiliter afflicta hæc vrbs, & inteſtinis malis quaſſata formam plane priſtinam amiſerit. Vnde accidit, vt Pariſienſis Academia, quæ olim cæteris tanquã fax clariſsima præfulgebat, diu oppreſſa infelix iacuerit, atq; in deterrimũ ſtatũ omnibuſq. miſerandam conditionem adducta ſit, ita vt eam pene extinctam diceres. Verùm tandem ali-

quando Dei Opti. Max. benignitate ſingulari, ſtrenuaque anguſtiſsimi & inuictiſsimi principis HENRICI *IIII. opera & admirabili virtute effectum eſt, vt præter ſpem iſti bellorum æſtus & tempeſtates conquieuerint, & nobis nihil tale ſperare audentibus lætiſsimæ Pacis Sol affulſerit. Quo felici rerum euentu maximopere recreati ſunt boni omnes, & extemplò triſtem præteritorum temporum & malorum memoriam abiecerunt, confeſtimque omne ſuum ſtudium curamq; omnẽ in eo collocarunt, vt huic ampliſsimæ ciuitati, quam ciuiles diſcordiæ paucorum annorum curriculo pene perdiderant, priſtinus ſplendor quamprimùm reſtitueretur. Et quoniam, vt quodam loco ſcribit Cicero, nullum munus reipub. afferre maius meliuſue poſſumus, quàm ſi doceamus atque erudiamus iuuentutem, iis præſertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapſa eſt, vt omnium opibus refrænanda atque coercenda ſit: ideoque Rex Chriſtianiſsimus prudentiſsimè ſtatuit è conſilij ſui ſententia, vt in hac vrbe ſcholæ & gymnaſia inſtaurarentur, & Academia ad legitimum germanæ formæ exemplum reformaretur. Cui rei tam neceſſariæ exequendæ, viros aliquot præſtantes, omnique*

laude insignes, teque inter cæteros, Præses integerrime, delegit, quibus hæc prouincia demandaretur. At verò id iam præstitistis, vt in plerisque gymnasiis disciplinæ cuiusque certi doctores, artium professioni suæ commissarum prælectiones & exercitationes via & tempore definitas, officio, fide, & diligentia tueantur. Quæ res facit, vt nos spes teneat optima, breui hanc Academiam, quantum detrimenti, incommodi, & calamitatis à ciuili bello tulit, tantos à virtute & industria vestra, atque adeo maiores fructus, Deo annuente, esse percepturam. Et sane studiosi omnes huic eximio operi perficiendo omne studiũ, omnesque vigilias, & labores suos addicunt: & ne quid hac in re à nobis desideraretur, qui libris excudendis, & euulgandis iamdudum operam damus, nuper inter nos Societatem Typographicam ante decennium initam & inchoatam, sed bellorum turbine dissolutam renouauimus, & dissipatam redintegrauimus, nobisque est animus in posterum, rei literariæ, quantum in nobis situm erit, prodesse, & eo omnes nostras curas & facultates conferre. Vtque huiusce nostri instituti & consilij specimen aliquot ederemus, librum hunc Sibyllinorum oraculorum titulo insignem, à

Ioan. Opsopœo viro eruditißimo vndequaque collectum & notis illustratum typis mandari curauimus, eumque tibi nunc inscribimus & nuncupamus. Multæ nos impellunt causæ, vt hæ laborum nostrorum primitiæ sub Augusti nominis tui splendore edantur & appareant, quarum duas hic recensere satis erit. Primùm, quia omnibus iis artibus & disciplinis ornatus, & scientiis abundè instructus es à teneris annis, quæ liberales vocantur, & vnus optimè nosti non Latina tantùm, sed etiam Græciæ monumenta omnia, quod cumulatißimè libri à te conscripti testantur, & nunc arcem tenes omnis doctrinæ & eruditionis, vnde maximo tuo merito ab Augustißimo Principe tibi potißimùm cura est commissa restituendæ Academiæ. Altera ratio est, quia tu Opsopœum ipsum, dum viueret, vt & literatos omnes, singulari beneuolentia es prosecutus, eique Procopij codicem græcum legendum dedisti, quo in hoc libro concinnando se esse vsum profitetur, & ea de causa librum hunc tanquam aliqua ex parte tuum iure potes vindicare. Superest, Vir ornatißime, vt pro eximia tua humanitate munus hoc nostrum qualecunque libenter accipias, & grati in te animi specimen boni con-

ſulas, ac demum vtilitatis publicæ ſtudium probes, & ea, qua erga inuictiſsimum Regem vales auctoritate efficias, vt is ſecundùm Deum noſtris conatibus adſit propitius, & beneficia ſeu priuilegia, quæ nobis à cæteris Regibus jampridem conceſſa ſunt, ſarta tecta eſſe iubeat. Bene vale. Lutetiæ Pariſiorum Idib. Septemb. anno à Chriſto nato quingenteſimo nonageſimo nono ſupra milleſimum.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

FVISSE fœminas fatidicas, quas Chaldæi Sambethas, Græci & Latini Æolico more Sibyllas appellarunt, adeo certum eſt, vt nullus in dubium vocare poſſit aut debeat. Sed quod fuerint, quæ ſingularum patria ſit, qui parentes, quæ nomina, quæ ætas, quæ oracula, plane incertum eſt & controuerſum, vt facilè colligitur è ſequenti Onuphrij libello, & ex teſtimoniis Græcorum & Latinorum auctorum in vnam ſynopſin in hac editione collatis. In quibus quoniam quæcunque de Sibyllis dici poterant, ſub ſuis auctoribus conſignantur, ampliore enarratione ſuperſedebo. Nunc tantum, quod ad rem præſentem attinet, duo capita inquiram in huius libri veſtibulo, & lectori diiudicanda proponam. I. an oraculorum iſtorum Sibyllarum nomine publicatorum, & octo libris comprehenſorum, Sibyllæ ſint auctores. II. an omnia ſint vnius Sibyllæ, an verò plurium. Noui equidem me in multorum reprehenſionem incurſurum, quod rem certam & omnibus confeſſam conuellere, & incertam facere auſim. Sed ij mihi, vt ſpero, æquiores erunt, vbi quas habeam dubitandi cauſas perſpexerint. Hactenus libri iſti de quibus quæſtionem inſtitui, communi fere omnium hominum conſenſu Sibyllis adſcripti, & pro veris Sibyllarum oraculis habiti ſunt, propter crebra teſtimonia, quæ paſſim ex illis apud antiquos Eccleſiæ ſcriptores, Iuſtinum Martyrē, Theophilum Antiochenum, Athenagoram, Clementem Alexandrinum, Firmianum Lactantium, & alios contra gentiles citata leguntur. A quo conſenſu recedere

nefas duxissem, nisi tempus, ordo, dictio, & res ipsæ horum oraculorum auctoritatem eleuare viderentur. Nam si ætatem Sibyllarum qua vixerunt, consideremus, & Iustino Martyri, Tatiano, Clementi Alexand. Eusebio, cæteris denique ecclesiasticis scriptoribus credimus, nulla Sibylla Mose prior fuit. Quomodo ergo nostra Sibylla lib.3. pagin. 236. de Mose vaticinari, quomodo diluuium prædicere, quomodo pag. 183. vna cum Noë in arca esse potuit? ait enim se cum suo marito, cum socero & socru, cum leuiribus & glossibus in vndis tempore diluuij fuisse iactatam: quod ipsum auditu insolens, & à nomine hactenus proditum est. Sin Sibyllæ plus quàm illis credimus, oracula hæc conscripta sunt mille quingentis annis post Græcorum imperium, vt patet ex pag. 261. Incertum quidem est, quodnam Græci imperij initium statuat Sibylla: sed vndecunque illud sumatur, siue ab Argiuorum, siue à Sicyoniorum, siue ab Atheniensium regno; de Mose, de regno Solomonis, de imperio Macedonico, de quatuor monarchiis vana Sibyllæ vaticinia erunt, vtpote post res gestas prolata. Quod si post Mosem demum Græcorum regnum cœpit, versibus istis multo minus auctoritas sua constabit. Nam ab exitu Mosis ex Ægypto vsque ad vltimam politiæ Iudaicæ destructionem sub Vespasiano, numerantur mille quingenti octuaginta duo anni. Et certe vt plurima ex istis oraculis post Christum conscripta esse credam, triplici causa moueor. Vna, quia lib.5. pagin. 332. asserit Sibylla se alterum incendium ædis Vestalis vidisse. Hoc autem, teste Eusebio in Chronicis, contigit anno Dom. CXCIX. sub Imperatore Commodo: quo non modo ipsa Vestæ ædes, sed etiam palatium & plurima vrbis pars solo coæquata sunt. Nam primum incendium fuit Olympiad. CXXXIV. altera, quia circa Antonini Pij & Commodi tempora innotescere, in vulgus efferri, & à scriptoribus eius ætatis citari cœperunt ista vaticinia Sibyllina antea ignota, nec ab vllo quem sciam adducta. Eo autem magis in hac opinione confirmor, quod vltra Commodum non extendatur, quippe post Adrianum tres Imperatores (id est,

Antoninum Pium, Anton. Philoſophum, & Commodum) regnaturos lib. 5. pagi. 304. & libr. 8. pagin. 367. & tunc tempora finem habitura eſſe ſcribitur. Tertia, quia video opiniones nonnullas poſt Chriſtum demum à Chriſtianis excogitatas, hiſce libris inſertas eſſe. Impios poſt aliquot ſæcula ex æterno ſupplicio liberatum iri, ſententia eſt Origenis, vt docet Auguſtin. lib. 21. de ciuit. Dei cap. 17. & Neronem in vigore ætatis ſubtractum & occultatum ſuo tempore reuelatum iri & Antichriſtum fore, ſuſpicio fuit nonnullorum orta ex dicto Pauli ad Theſſal. Myſterium iniquitatis iam operatur, vt idem Auguſtin. tradit lib. 20. de ciuitat. Dei capit. 29. Atqui prior extat pag. 212. & reprehenditur in Græco quodam ſcholio oræ vet. codicis appoſito, quod infra in notis retuli: poſterior paſſim inculcatur, vbi de Nerone mentio fit, quemadmodum notatum eſt ad pagin. 368. Vnde non leuis ſuſpicio me tenet, oracula iſta à quodam opinionibus illis imbuto potiùs quàm à Sibylla concinnata fuiſſe. Hæc de tempore. Sed & ordo ipſe multum ſibyllinis libris detrahere videtur. Sibyllæ carmina, vt Iuſtinus refert, ſunt inconcinna, obſcura, mutila, ne ab ipſa quidem intellecta, quia cum furore quodam effuſa: ita vt prouerbio locum dederint, quo rem perplexam, foliis Sibyllæ obſcuriorem eſſe dicimus. At noſtri libri ſibyllini, etſi metri ratio interdum claudicet, fere perpetuum rerum ordinem ſeruant; in primo de mundi creatione & ætatibus, de Noe, de diluuio, ea ſerie qua in Geneſi: in tertio de Saturno & Titanibus, de Moſe, de lege, de Babylonica captiuitate: in quarto de quatuor monarchiis: in quinto de rebus geſtis xv. Imperatorum integræ hiſtoriæ contexuntur: ita concinne denique & perſpicue omnia referuntur, vt hiſtoriæ potius quàm oraculi, animi ſedati potius quàm furoris, perſpicuitatis potius quàm obſcuritatis indicia de ſe præbeant. His conſentit dictio ipſa, ſiue voces, ſiue phraſes ſpectemus. Voces partim inſolentes & nouæ ſunt, partim è ſacris litteris & ſcriptoribus deſumptæ, partim ineptis etymologiis offuſæ. Inſolentes, vt αὐδήσῃ in audiendi ſignifica-

tione pag.188. 9. τραχὺς in genere fœminino pagin.279. 20. Nouæ, vt οἰκουμενικὸς 195. 23. χαλικανὸν 316. 19. κελζυγὴ 356. 11. E ſacris litteris & ſcriptoribus deſumtæ, vt σιβέρωτα 156. 2. προσοχθίζων 236. 23. θεόχριστοι 307. 3. Iſtas forſan aliquis furori diuino adſcribendas dixerit: ſed an quoque nominum rationes & deriuationes eidem tribuentur, qualis eſt ἀλφιστήρον 167. Βαβυλῶνος 224. 3. Διὸς 227. 15. Δία, inquit Iouem nominarunt, ὅτι οἱ διεπέμφθη, quia illuc miſſus eſt. O bellum etymum Græcis auribus dignum, illi plane ſimile, quo Δευκαλίων deducitur παρὰ τοῦ δεῦ ροκαλεῖν! O præclarum inuentum, quo τετραγράμματος Ἀδὰμ pagin. 216. quatuor mundi plagas deſignare dicitur. Quaſi verò iſtud furoris ſit, & non potius otioſi ingenij: quemadmodum & illud quod legitur pagin. 388. de quatuor veſtigiis clauorum. Phraſes verò, ſtylus, tota denique lectio, paucis exceptis, nihil animi numine afflati ſpirant, nihil impetus & ſtimuli diuini præ ſe ferunt: imo ne quidem Homericam majeſtatem attingunt, quod magno indicio eſt nos veris Sibyllinis carere. illorum ſiquidam tanta fuerat grauitas, tanta excellentia, tanta venuſtas, vt Homerus, Diodoro teſte, plurimos verſus ex Sibyllæ oraculis in ſua opera tranſtulerit. At in noſtris hodie vix ſex vel ſeptem hemiſtichia Homericis ſimilia reperias. Carmina noſtra Sibyllina, ſi verum fateri volumus, maxima ex parte ſibi multùm diſſimilia, dura, coacta, & ex ſacris literis Orpheo, Heſiodo, oraculis Apollinis, Phocylide & cæteris gnomicis poetis conſarcinata ſunt, vt paſſim in notis obſeruaui.

Venio nunc ad res ipſas in Sibyllinis expoſitas, quarum pleræque adeo plene, copioſe, & aperte deſcribuntur, vt vel inde tantum coniicere liceat, illas non prædictas, ſed prius viſas, auditas, aut lectas, ita perſpicue recitatas fuiſſe. Vaticinia alioqui non ſolent omnibus ſuis circumſtantiis limitari, multo minus nomina propria perſonarum in illis deſignari, vt conſtare poteſt ex ſcriptis Prophetarum.

Esayas indefinitè prædixit, Ecce virgo pariet puerum. At Sibylla nominatim, Ecce virgo Maria pariet puerum Iesum in Bethlehem. Quasi verò Prophetæ minus instinctu diuino agitati futura prædixerint quàm Sibyllæ: aut quasi nomen Iesu ante Angeli in Euangelio annunciationem, & Sibyllis publicatum fuerit. Christi baptismum in Iordane nullus Prophetarum prædixit: at Sibylla lib. 6. & baptismum illum, & Spiritus sancti apparitionem in columbæ specie, multo ante, si credere fas est, præsignificáuit. Si ita est, cur non plus Sibyllis quàm Prophetis tribuimus? sed quicumque istorum Sibyllinorum auctor est, suo se indicio sicuti sorex prodit cum in historia de Christo, tum in descriptione xv. Imperatorum Romanorum statim ab initio lib. 5. vbi singulorum nomina & facta ita perspicuè & graphice tanquam in breuiario quodam referuntur, vt ab historico aliter narrari non potuerint. ne tamen fraus animaduertatur, non integra nomina exprimuntur, sed numeri tantùm quos primæ seu capitales singulorum nominum litteris Græcis designant; vt, si Diis placet, mera ænigmata videantur. Sed cur non eadem serie subsequentium imperatorum nomina similibus ænigmatibus & gryphis inuoluit? An quia imperio iam defunctorum & regnantium nomina nota erant, posterorum imperatorum primæ literæ & numeri ignoti? Sibylla autem hæc de præteritis & notis vaticinatur. Quod si interdum de futuris loqui velit, ex numeris qui ex nominum propriorum litteris exurgunt, hariolatur: vt pag. 375. prædicit Romam perituram postquam numerum nominis sui compleuerit. Plura his addere possem, si minuta omnia quæ in notis attigi, hîc persequi vellem. Verùm prudenti hæc sufficere arbitror, vt intelligat iudicium meum de sibyllinis libris satis probabilibus rationibus esse suffultum. Quod, ne veteribus Ecclesiæ scriptoribus qui Sibyllas frequenter laudant, aliquid detraxisse videar, & ne Camarinam, vt Sibylla nostra monet, agitem quam præstat non agitari; hac interpretatione temperabo. In libris istis

hactenus vulgatis aliquot vera Sibyllarum oracula, pauca integra, sed multa deprauata & interpolata contineri; at reliqua omnia noua, supposititia, ex variis auctoribus comportata, ex euentu composita, in eum quo leguntur hodie ordinem redacta, & subinde versibus aliquot adaucta esse: quemadmodū sæpius in notis monui, & iam vno & altero exemplo ostendam. Lib.ij. mentio fit agonis Iselastici. Vt verò ex Plinij epistolis constat, Traiani tempore certamina Iselastica instituta & celebrata fuere, vt suspicio sit eum locum post Traianum conscriptum fuisse. Nero cùm Romam excitato incendio inflammasset, eius criminis inuidiam in Iudæos & Christianos deriuauit. Quod vt videretur à Sibyllis prædictum, à bono quodam viro versus iste insertus fuit, εἰς ἔριν ἡμετέρην τυχὸν ἄστατα· ταῦτα προβάλλει. Clemens, Lactantius, Theophilus, Pausanias, & alij, multa citant ex sibyllinis, quæ aut non extant in his nostris, aut multum euariant, & vel verbis, vel versibus integris interpolata sunt, vt diligenter suis locis infra notaui. Quæ omnia eò spectant, vt doceant sibyllina nostra maximam partem esse spuria, pauca legitima. Vtinam verò, vt nota Ciceronis voce vtar, tam facile vera inuenire possem quàm falsa redarguere. Sed quia id præstare non licet, falsa cum veris, & mala cum bonis erunt toleranda; vt saltem aliquot sibyllinorum oraculorum vestigia conseruemus. Atque hæc de priore capite satis: Sequitur alterum, an omnia ista vnius sint Sibyllæ, aut scriptoris. Hoc, ne quippiam de styli & rerum discrepantia dicam, breuiter ex Lactantio expediri potest. Ille namque lib.1. de falsa rel. cap. 6. singularum Sibyllarum singulos libros esse scribit: vnius tamen credi, quia Sibyllæ nomine circumferuntur: neque discerni ac suum cuique propter confusionem assignari posse, nisi Erythrææ, quæ & nomen suum verum carmini inseruit, & Erythræam se nominat. Erythrææ autem est is qui in libris nostris tertium ordinem tenet. Primi libri auctor dicit se nurum Noe fuisse. Secundum, vt & septimum, adscribit sibi scortum quoddam adeo impudicum, vt (si recte verba

mendosa pag. 360. accipio) cum patre incestum commiserit: quale pecus ne quidem Ethnici inter Sibyllas castas & Deo plenas agnoscerent. Quintum librum sibi vendicat Isidis soror. Cæteri sub incertis auctoribus feruntur.. Absolutis ergo duobus illis capitibus, finem præfationi imponam, vbi eorum nomina publicauero, qui suam operam nobis ad hãc editionem cõtulerunt. Quid enim in ipsa præstitum sit, ex aliarum collatione dici malo, quàm ex prædicatione fortassis suspecta. Primum itaque duo manuscripta Sibyllarum exẽpla habuimus, quorum vnum integrum, alterum posterioribus libris, id est, parte quinti, sexto & septimo mancum fuit. Nam qui in nostris vltimus est, ibi erat primus. Integrũ pro suo erga studia publica fauore concessit nobis integerrimus Iùrisconsf. Fr. Pithoeus: mancum eumque vetustiorem suppeditauit bibliotheca clariss. Catharinæ Mediceæ reginæ Gallorum olim prudentissimæ. Deinde exemplar Sibyllarũ ab Æmaro Ranconeto præside suo tempore doctissimo alicubi emendatum, quaternionem vnum m. s. & magni illius Ad. Turnebi emendationes in I. librum & partem secundi, Nic. Turnebus filius patre dignus liberaliter communicauit. Post ea multum nos iuuerunt Ioan. Aurati variæ lectiones in I. librum, quas partim ex ipso viuo excepti, partim ab Ant. Bayfio accepi. Sed & Lactantiani codicis vetustiss. ope plurima loca emendata sunt, quem optimum sane vir opt. Cl. Puteanus ex sua biblioth. pro ea qua me solitus est prosequi humanitate lubenter cõcessit. Postremo viri nobiliss. & eruditissimi P. Delbernius & Aimerius Thuanus, ille Hermeram philosophum, hic procopium Græcos vtendos dederũt, ex quibus ellogia & fragmenta Sibyllarum nonnulla decerpta sunt. Quos viros omnes, vt & cæteros amicos mei studiosos Deus clementer in istis Gallicanis furoribus saluos & incolumes præseruet, & ab iisdem cito liberet, imprimis eos qui me Luteria abeuntem, his ciceronis versibus prosequuti sunt.

Dic hospes Spartæ, nos te hic vidisse iacentes,
Dum sanctis patriæ legibus obsequimur.

PAVLI MELISSI FRANCI,
COMITIS PAL. ET EQ.
CIVIS ROMANI

MELOS

AD IOANNEM OPSOPOEVM
BRETTANVM, MED.

FLAMMIS *amorum percitus entheis*
Mortale sæclum sic Iouis optimus
Flagravit, vt & secreta mentis
Sensa suæ, & penitißimarum
Abstrusa rerum, mentibus obvia
Clarare nostris haud fuerit, polo
Testante, dedignatus olim.
Hinc alacres monitis Prophetæ
Sacrique vates, pectora nummis
Plena, & futuri provida, non rudem
Diæ voluntatis pigrorum
Esse hominum volucre gentem.
Nobis cum eosdem multiplici sono
Adhuc loquentes in grege publico
Audimus: o non absque fructu,
Non utinam sine disciplinâ!
Hinc & Sibyllas ætherius pater
Indulsit orbi, fatidicum genus;
Oracula & decreta cæli
Cum numeris hodieque fantes.
Bonis in harum carminibus bene
Enucleandis (quantula nam super?)
Haud pænitendam rare censor
Ponere amas operam OPSOPOEE,

Examinando singula pensius,
Ad veritatis iudicium probæ
Iustamque lancem ponderata,
Quâ notha, quâ genuina constent.
Sed heu dolendum est, deperiisse tot
Iniuria æui scrinia Phœbadum,
Absumptáque igni desiisse
Notificare animum Tonantis.
Sanctê coluntor cetera nil minus,
Seruata nobis quæ dedit ævitas,
Ignara mentiri, aut propinquam
Decipere imperij ruinam.
Quis vnus è septem est, age fare; quis
Octavus idem est, interitu gravi
Vicinus? Ecquando parata
Sit via Regum oriente Sole?
Quippe hercle restat regnum aliud, piis
Cælo sub amplo, bestia cum cadet,
Dandum; potestatisque summæ
Ius, pede sub dominante Christi
Stratis Tyrannûm verticibus, bonos
Grassantum in omnes vndique, & omnia
Divina proculcantum & humana
(Vt libitum est) ubicumque jura.
Eventus instat. Sic Daniel Sacer,
Sic dius Esdras vaticinatus est,
Præsaga vox non fallit unquam,
Nec temere est, quod ait Sibylla.
Monemur astris: at quota quæque vim
Necessitatis natio posterûm
Nosse ardet? Ob peccata mutat
Sceptra Deus, variatque Reges.

Myrtilleti ad Nicrum. Anno CIↃ IↃ XC.

ONVPHRII PANVINII VERONENSIS DE SIBYLLIS ET CARMINIBVS SIBYLLINIS *Liber.*

QVVM tractatione ludorum ſæcularium tam Sibyllæ quam carminum Sibyllinorum ſæpe mentionem fecerim, atque de iis diſputare conſtituerim, res ipſa poſtulare videtur, vt abſoluta de ludis ſæcularibus diſputatione, nunc ea de quibus verba facere pollicitus ſum perſequar, atque de iis quæ apud veteres ſcriptores extare vidi, ad hoc potiſsimum argumentum pertinentia diſſeram, præſertim quum res quanquam a pleriſque tractata ſit, non admodũ tamen accurate ab vllo, quod ſciam, fuerit explicata.

Sibyllæ igitur a quibus Sibyllina oracula

tradita ſunt, Varrone in libris rerum diuinarum, Diodoro Siculo libro v. & Lactantio libro primo diuinarum inſtitutionum auctoribus, mulieres dicebantur Deo plenæ, quarum pectora quum diuinum numen recepiſſent, vaticinabantur, appellatæ, vt idem Lactantius ex Varrone, & Seruius ſuper IIII. Æneidos tradunt, a conſiliis deorum nuntiandis. Æoles enim σιοὺς deos dicunt, & βουλὴ conſilium ſiue ſententiam. Ergo Sibyllæ, quaſi Sibulæ dictæ, id eſt quæ Dei conſilia mortalibus enuntiant. Hieronymus cõtra Iouinianum: *Quod ſi Æolici,* (inquit) *ſermonis genere Sibyllæ θεοβούλη appellantur, recte conſilium Dei ſola ſcribitur noſſe virginitas.* Sunt qui Sibyllas omnes ab vnius Delphidis nomine vocatas dicunt, ea vero a deorum conſiliis nominata eſt. Suidas Romana voce eam prophetiſſam, hoc eſt vatem, interpretari poſſe ſcribit.

Quæ autem, aut quot, quibusve temporibus aut locis Sibyllæ fuerint, magna inter veteres ſcriptores diſſenſio eſt. Alij enim tantũ vnam, alij duas, alij tres, alij quattuor, alij decem, aut etiam plures Sibyllas fuiſſe

fuisse dixere. Quidam etiam Grecorum conati sunt ex Sibyllis facere, quod de Iouibus, Herculibus, Mineruisque, & aliis deis fecerunt, qui quum multi fuissent, vnum tantum prodidere, vt auctor est M. Varro. Atque de ea varie scribunt, multumque inter se tum de parte, tum de patria discrepāt. Alij enim Apollinis & Lamiæ filiam existimant; alij Aristocratis & Hydoles; alij Crinagoræ; alij Theodori. De patria quoque non minus inter se dissident. Nonnulli eam Erythræam fuisse tradunt, quidam Siculam, alij Sardinicam, alij Gergethicam, alij Rhodiam, alij Libycam, alij Leucanam, alij postremo Samiam. Quæ omnia magna ex parte de Erythræa opinati sunt. Quidam etiam eam ante Troiana tempora fuisse, quidam ipsius Troiæ excidio, Græcisque vaticinatam Ilium periturum, alij vero longe post vixisse scribunt, ita vt cui potissimum credendum, ambiguum sit. Hanc opinionem reiicit M. Varro in libris quos de rebus diuinis scriptos reliquit, qui quum de XV. viris sacris faciundis loqueretur, Sibyllinos libros ait non fuisse vnius Sibyllæ,

ſed appellari vno nomine Sibyllinos, quòd omnes feminæ vates Sibyllæ ſint a veteribus nuncupatæ.

Martianus Capella duas tantum Sibyllas fuiſſe refert, & non plures, Erophilen Troianam Marmeſi filiam, quam eandem putat eſſe cum Phrygia & Cumæa; alteram Symmachiam Hiporenſis filiam, quæ Erythre nata, etiam Cumis vaticinata eſt.

Plinius libro XXXIIII. cap. V. auctor eſt Romæ in foro iuxta roſtra, trium Sibyllarum fuiſſe ſtatuas ceteris minores; ex his vnam Pacuuius Taurus ædilis plebis inſtituit, duas vero reliquas M. Valerius Meſſalla augur. Quarũ nomina Solinus cap. VII. Polyhiſtoris refert. Vna enim ex his Cumana erat, quæ Cumis olympiade quinquageſima vaticinata eſt, vbi eius ſacellum vſque ad noſtra tempora fuit. Quod incendio Puteolano, anno ſalutis M. D. XXXIX. terra obrutum eſt: Hæc libros L. Tarquinio Superbo Romano regi atulit, cuius ſepulchrum in Sicilia diu manſit. Altera Delphica, quæ ante Troiana tempora vixit, atque, vt Boethus perhibet, eius plurimos verſus

Homerus

Homerus operi ſuo inſeruit. Tertia porro Heriphilis Erythræa, quæ poſt Troiana bella vixit, atque inter alia Lesbiis vaticinata eſt, eos maris imperium amiſſuros, multo antequam id accideret.

Ælianus autem libro XII. variæ hiſtoriæ, quattuor Sibyllas aſſerit, Erythræam, Samiam, Ægyptiam, & Sardianam. His alij duas Iudæam & Cumæam adiungunt, vt ſint ſex; quibus quidam alias præterea quattuor addũt, eorum vero nomina nõ referũt.

M. Varro (vt eſt apud Lactantium libro primo) quo nemo vnquã doctior, ne apud Græcos quidem, nec apud Latinos vixit, in libris rerum diuinarũ quos ad C. Cæſarem pontificem maximũ ſcripſit, Sibyllas decem numero fuiſſe refert, eaſq; omnes enumerat cum auctoribus qui earundem geſta monumentis litterarum conſignarunt. Quas non eo ordine, quo a Lactantio digeruntur, enumerabo; qui nec temporis, nec Sibyllarũ rationẽ habet: ſed quũ ab antiquiſſimis ad recentiores deuenero, eis præterea addã, quæ a veterib. Græcis & Latinis ſcriptorib. de iiſdẽ Sibyllis & carminibus earundẽ notata ſunt.

I. SIBYLLA DELPHICA.



Prima igitur ex his Sibyllis, quas Varro inter decem enumerat, omniumque vetustissima Sibylla DELPHICA fuit. De qua Chrysippus loquitur in eo libro quem de diuina-

diuinatione compoſuit, quam quidam Artemin vocatam ſcribunt, Delphiſq; ortam. Hæc vt Boethus perhibet, longe ante Troiana tempora vaticinata eſt, cuius plurimos verſus Homerum operi ſuo inſeruiſſe pleriq; tradiderunt. Eam Diodorus Siculus libro v. Daphnen Tireſiæ filiam fuiſſe refert, quam Argiui quum Thebas viciſſent, Delphos miſere votum reddituri. Quæ prius quum diuinandi artem a patre Tireſia edocta fuiſſet, Delhpis manens vaticinãdi peritior Apollinis vi facta eſt, deique reſponſa conſulentibus edebat: idcirco ante omnes Sibylla eſt ab omnibus vocitata, vt auctor eſt Varro. Hinc omnes mulieres diuinandi peritæ, vt quidam tradiderunt, Sibyllæ dici cœptæ ſunt. De hac Solinus cap. VII. Polyhiſtoris, & Plinius lib. XXXIIII. cap. V. mẽtionem faciunt. Fertur & Daphne altera Ladonis Archadis filia ab Apolline adamata, quæ in laurum eſt verſa, quum Deum auerſaretur, & fugeret. Fabulam narrat primo Metamorphoſeos Ouidius. Porro autem ante hanc nullam mulierem vaticinatam fuiſſe legitur.

II. SIBYLLA ERYTHRAEA.



Altera Sibylla fuit ERYTHRAEA dicta, quam Apollodorus Erythræus affirmat ſuam fuiſſe ciuem, eamque Graiis Ilium petentibus vaticinatam, & perituram eſſe Troiam, &

iam, & Homerum mendacia ſcripturum. Hoc autem vaticinium integrum extat in libro qui vulgo circunfertur, oraculaque Sibyllina octo libris digeſta continet, in libro tertio. Hanc vulgatior opinio eſt fuiſſe ante bellum Iliacum. Euſebius vero in chronicis eam in primam ætatem vrbis Romæ, regnumque Romuli refert. Strabo autem duas ponit Erythræas Sibyllas, hanc priſcam, & aliam recẽtiorem nomine Athenaim, quam Alexãdri temporibus fuiſſe ſcribit. Lactantius vero Sibyllam Erythræam Babylone natam eſſe ait, & ſeſe Erythræam appellari maluiſſe. Hanc Solinus capit. VII. Polyhiſtoris Heriphilen appellatam, pauloq; poſt Troiana tempora floruiſſe ſcribit, de qua ſupra dixi. Huius etiam Ælianus libro variæ hiſtoriæ XII. & Marcianus Capella mentionem faciunt.

III. SIBYLLA CIMMERIA



Tertiam autem Sibyllam CVMAEAM (rectius CIMMERIAM) fuiſſe exiſtimo, de qua Næuius in libris quos de primo bello Punico ſcriptos reliquit, & L. Piſo Cēſorius in annalibus mentionem faciunt. Hæc in

Italia

Italia vaticinata eſt paulo poſt excidiũ Iliacum, vt quidam tradunt, quam Italicã multi vocant, ex Cimmerio Campaniæ vicino Cumis oppido oriundam. Sunt qui ſcribant hanc eſſe, ad quam Æneam Ilio profugum diuertiſſe Virgilius fingit libro VI. Deiphobe appellata. De hac Marcianus ſcribit.

IV. SIBYLLA SAMIA.



Quarta porro Sibylla SAMIA fuit, de qua in antiquis Samiorum annalibus mentionem fieri Eratosthenes vetustus auctor scripsit, Phyto vocata. Huius meminit Ælianus

lianus libro XII. variæ hiſtoriæ. Hanc Numæ Pompilij temporibus fuiſſe circa. XVI. olympiadem Euſebius ſcribit in chronicis, Hippomene Athenis principe, Heriphilemque appellatam.



V. SIBYLLA CVMANA.



Quinta Sibylla CVMANA fuit nomine Amalthea, quæ ab aliis Demophile, vel Herophile nominatur; Suidas Hierophilen dicit. Fuit autem hæc quæ nouem, vel vt aliis placet

placet, tres libros Sibyllinorum oraculorũ ad Tarquinium Superbum detulit, de qua re latius paulo poſt dicam. Hanc Solinus cap. VII. Polyhiſtoris quinquageſima olympiade floruiſſe ſcribit, atque eam poſt Delphicam & Erythræam vaticinatam fuiſſe tradit. Cuius ſepulchrum ſua ætate in Sicilia manſiſſe refert. Eam vero non Eryphilen vocat, hac enim appellatione Erythræam afficit, quam hac Cumana antiquiorem fuiſſe opinatur. Euſebius vero nec Erythræam, nec Cumanam, ſed Samiam Herophilẽ vocatam ſcribit, quam Numa Romanorum rege viuente floruiſſe refert. Cumana autem Sibylla, ſi modo verum eſt eam fuiſſe, quæ Superbo libros obtulit, vixit olympiade quinquageſima quinta.

VI. SIBYLLA HELLESPONTICA.



Sexta Sibylla HELLESPONTICA fuit, in agro Troiano, vico Marmiſſo nata circa oppidum Gergithium, quam ſcribit Heraclides Ponticus, Solonis & Cyri fuiſſe temporibus: vixit autem olympiade LX.

VII. SIBYLLA LIBYCA.



Septima Sibylla LIBYCA fuit. Cuius meminit Euripides in Lamiæ prologo. Hãc autẽ ante olympiadem octuagesimam vaticinatã fuisse ex hoc satis liquet, quod Euripides qui ea ætate vixit, eam commemorat.

VIII. SIBYLLA PERSICA.



Octaua post supra dictas Sibylla PERSICA fuit, cuius mentionem fecit Nicanor, qui res gestas Alexandri Magni Macedonum regis conscripsit. Hanc ipsam Chaldæam vocat Iustinus Martyr in admonitorio ad

rio ad gentes libro, atque eam ex Babylone profectam, eius Berosi qui tribus libris Chaldaicam scripsit historiam, & Erimanthæ nobilis mulieris filiam fuisse tradit. Berosus autem Babylonius fuit, Belique in Babylone sacerdos, vt refert Assyrius Tatianus in oratione contra Græcos, qui eundem Alexandri Magni ætate vixisse, & Antiocho post Alexãdrum tertio, Chaldaicam historiam, regumque gesta tribus libris digesta obtulisse scribit. Sunt qui hanc Sibyllam Hebræã, eiusque proprium nomen Sambetha Noe fuisse tradunt, ex quadam vrbe prope rubrũ mare ortã. Huius libri fuerunt quattuor ac viginti, in quibus de Christo Deo, & eius aduentu innumera cecinit. Huius versus (vt tradit Iustinus) passim legebãtur imperfecti & interdum parũ cohærentes, non quidem vatis, sed exscribentium festinanter vitio, ita vt multa coniectura opus esset: quod non sine manifesto Dei consilio accidit, ne egregia vaticinia ab indignis intelligerentur. Vixit autem olympiade cxx. Iustinus in libro gentium admonitorio hanc ipsam Cumanam etiam appellat, eamque ex Babylo-

ne Cumas Italicas profectam tradit, vbi cõsulentibus Dei iussu oracula reddebat, ita vt Erythræa, Persica, & Phrygia Sibyllæ Cumææ & Cumanæ aliquando dictæ sint.

IX.

IX. SIBYLLA PHRYGIA.



Nona vero Sibylla fuit PHRYGIA, quæ vaticinata eſt Ancyræ, quam idcirco nono loco poſui, cum quod tempus quo vixerit, reperire non potui, tum etiam

quod Lactantius, & eo longe prior Varro, eam nono loco numerauerunt. De hac Marcianus Capella scribit, quam eandem cum Cumæa esse arbitratur in agro Troiano natam.

X. SI-

X. SIBYLLA TIBVRTINA



Eadem ratio eſt de loco decimæ Sibyllæ, quam TIBVRTINAM vocant nomine Albuneam, quæ Tibure vt dea ad Anienis ripas colebatur. Cuius in gurgite ſi-

mulachrum eius inuentum esse dicitur, tenens in manu librum, cuius sacra senatus in Capitolium transtulit. Has decem Sibyllas tradit ex Varrone Lactantius libro primo contra gentes cap. VI.

DE RELIQVIS SIBYLLIS.

Fuerunt & aliæ pleræque extra decem numerum Sibyllæ, vt Colophonia quæ dicta est Lampusia Calchãtis sacerdotis peritissimique auguris filia, cuius vaticinia & responsa carmine olim legebantur. Fuit & alia Sibylla nomine ELYSSA, quæ & ipsa carminibus vaticinabatur. Referri quoque potest in numerũ Sibyllarum CASSANDRA Priami filia, quæ patriæ excidium præcinuisse fertur, consulentibusque responsa dedisse, de qua Virgilius libro II. Æneidos sic scribit:

Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
Ora, Dei iussu non vnquam credita Teucris.

Fuit etiam Sibylla EPIROTICA Thespiotiæ nata, quæ oracula scripsit. Item THESSALICA MANTO Tiresiæ vatis

Thebani filia, quæ fatidica a Virgilio appellatur. Poteſt etiam Sibylla dici CARMENTA mater Euandri Arcadis: multa enim vaticinatam fuiſſe ferunt. Et FAVNA vel FATVA Fauni Italiæ regis ſoror & coniunx, quæ Bona dea poſtea dicta eſt. Dubitauit Didius grammaticus; an SAPPHO Sibylla dici poſſit, vt eſt apud Senecam in ſtudiis liberalibus, etſi alij eo loco non Sibyllam, ſed publicam legant. Omnium etiam Sibyllarũ antiquiſſima dici poteſt DELBORA vxor Lapidoth mulier Hebræa, de qua legitur Iudicum libro, capite IIII. Cui addi poteſt MARIAMME ſoror Moſis & Aaron, vt legitur in Exodo, capite XXII. & poſtremo OLDA Sellemi vxor, de qua Paralipom. II. cap. XXXIIII. multa leguntur ſub rege Iudæorum Ioſia.

Harum fere omnium Sibyllarum carmina circumferri & legi ætate ſua refert Lactantius, præter Cumanæ, cuius libri a Romanis occulebantur; nec eos ab vllo niſi a XV. viris inſpici fas erat. Erantque ſingularum ſinguli libri, qui quia Sibyllæ nomine inſcribebantur, vnius eſſe ſemper crediti ſunt,

erantque confuſi ſimul, ac immixti, nec diſcerni, aut ſuus cuique Sibyllæ aſſignari poterat liber, præter Erythrææ, quæ & nomen ſuum carmini verum inſeruit, & Erythræam ſe nominatum iri præloquuta eſt. Nunc quidam liber Græcus Sibyllinorum oraculorum circumfertur octo libris digeſtus, quē eum eſſe exiſtimo, de quo plura Lactantius excepit, quum præſertim omnes fere eos verſus, quos de Chriſto citat, Sibyllinos in eo reperiri conſtet.

Extant quoque Sibyllæ Erytrææ eius generis verſus quidam qui acroſtichis vocantur. Hi ſunt apud Euſebium Græci in libro v. de vita Conſtantini imperatoris, iidemque Latini facti apud diuum Auguſtinum libro XVIII. de ciuitate Dei capit. XXIII. In quorum ſingulis capitibus ordo litterarum ita eſt diſpoſitus, vt in eis hæc verba legantur, IESVS CHRISTVS DEI FILIVS SERVATOR CRVX. Hique ab Euſebio eo loco Sibyllæ Erythrææ fuiſſe traduntur. Sic autem ſcribit: Sibylla igitur Erythræa, quæ ſeipſam ſexta poſt diluuium generatione vixiſſe, & Apollinis ſacer-

cerdotem fuiſſe dicit, diadema ex æquo vna cum Deo, cui ſeruiebat geſtans, & tripoda circa quem ſerpens gyrabat colens, appropinquantesque ad ſe repellens propter dementiam parentum, qui eam tali cultui vouerant, intus in ipſis alioqui adytis, importuna ſuperſtitione occupata, diuina tamen inſpiratione referta, carminibus de Chriſto Ieſu vaticinata eſt, in ſerie primarum litterarum verſuum. Hæc autem ſententia eſt, quę & acroſtichis dicitur:

ΙΗϹΟΥϹ. ΧΡΙϹΤΟϹ. ΘΕΟΥ ΥΙΟϹ. ϹΩΤΗΡ. ϹΤΑΥΡΟϹ

id eſt.

IESVS. CHRISTVS. DEI. FILIVS. SERVATOR. CRVX.

Carmina autem ſunt hæc Latine, ſeruata quantum fieri potuit acroſtichi, reddita.

I *Iudicio telluris erit ſudoribus omen,*
E *Erumpetque alto, carnem qui iudicet atque*
S *Suſpenſum (tanti eſt regis præſentia) mundum.*
V *Viderit inde omnis, vel ſi perſpecta fides eſt,*
S *Siue hæc nulla, Deũ ſanctosque in finibus æui.*
C *Carnis Amaſius, & pulpa veſtitus amica,*

H *Hic animus alba e ſella ius dicet, eritque*
R *Rerum campus inops, tribuli naſcentur, opesque*
I *Inuiſæ fient homini, atque iacebit imago.*
S *Soluentur portæ ſtygij Plutonis ab illo.*
T *Tum quoduis iſta gaudebit luce cadauer.*
V *Vir ſacer atque exlex flāma dignoſcitur, atque*
S *Scitur integrum quicquid tamen vſque latebat.*
D *Ducet enim lampas reſeratis foribus intro,*
E *Et multi plangent, multi ringentur, & aſtra*
I *Inducent choreæ legem, facies tum Solis opaca.*
F *Flexum erit & cælū, nulla quoque luce Diana*
I *Implebit valles, & caſſa cacumina reddet.*
L *Labentur colles hominum faſtidia, toti*
I *Incipient æquor fieri montes, mare demum*
V *Veliuolum nulli, quum tellus fulmine areſcet.*
S *Subſident fontes, & nuſquam fluminis horror*
S *Suſpectum cælo ſonitum dabit ære recuruo*
E *Eiulans turba perniciem mundique labores.*
R *Recludetque chaos immenſum terra dehiſcens.*
V *Vndique conuenient reges, ſedemque videbunt.*
A *A cælo riuus flammæ, vnde ſulphuris atri.*
T *Tum bene iactādum iudicium mortalibus atque*
O *Optatum cornu ſignum, cum gente fideli*
R *Res æque vna pijs vita, orbique inſitus error,*
C *Clara duodenis illuſtrans fontibus vnda.*

R *Roboreum-*

R *Roboreumque pedum toto dominabitur æuo.*
V *Versibus exscriptus deus his primo relictura est*
X *Xenophilus nostra caussa rex vltima passus.*

Ab altero vero seruata linguæ Græcæ acroastichi sic versi sunt.

I *Iudicij signo tellus sudore madescet.*
H *E cælo veniet princeps per sæcla futurus,*
C *Scilicet vt carnem præsens & iudicet orbem.*
O *Omnis homo hũc fidusq; deũ, infidusque videbit*
Y *Vna cum sanctis excelsum fine sub æui.*
C *Sede sedens animas censebit corpora, & ipsa*
X *Chersos erit mũdus, spinas feret vndique tellus.*
P *Reijcient simulachra homines, & munera Ditis*
I *Inquirens portas infringet carceris atri.*
C *Sic etenim cunctæ veniet lux libera carni*
T *Tunc sanctis: Ignis sontes æternus aduret:*
O *Occultos actus omnes tunc quisque loquetur,*
C *Sed tenebrosa Deus collustrans pectora pendet.*
Θ *Threnus erit cunctis, & stridor dentis adesi.*
E *Effugiet solis iubar, astrorumque choreæ:*
O *Omne poli lumen soluetur, & aurea luna*
Y *Valles extollet, collesque a vertice perdet:*
Y *Vsquã nec celsũ mortalibus aut graue quicquã:*

I *Inde æqui montes campis, hinc cærula ponti*
O *Omne ratis ſpernent onus, hiſcet fulmine tellus.*
C *Sic fontes ſimul areſcent, & fluminis aluei.*
C *Stridula tũ querelũ ſonitũ tuba fundet olympo*
Ω *Orbis grãde malum rugiens, & damna futura,*
T *Tartareumque chaos monſtrabit terra dehiſcẽs:*
H *Et venient omnes reges domini ante tribunal.*
P *Refluet e cœlo tunc ſulphuris amnis & ignis.*
C *Sic cũctorum hominũ fient manifeſta ſepulchra.*
T *Tunc dignum fidis erit exoptabile cornu.*
A *Atque piorum vita hominũ nocumẽtaq; mũdi*
Y *Vndis luſtrabunt biſſeno in fonte vacatos.*
P *Rex paſtor is erit nobis, & ferrea virga.*
O *Omnipotens deus eſt præſcriptus verſibus iſtis,*
C *Seruator noſtro æternus rex paſſus amore.*

Hæc autem ſunt carmina quæ Sibylla Erythræa de Chriſto cecinit. Multi vero fuerũt qui quamquam omnia de Sibylla Erythræa tradita vera eſſe credant, hos tamen verſus propter rei clariſſimum argumentam confictos eſſe ſuſpicati ſunt ab aliquo religionis Chriſtianæ viro, poeticesque non ignaro. Quod nulla ratione fieri potuiſſe, vel ex hoc maxime liquet, quod diu ante Chriſti natalem

natalem edita fuiſſe comperiuntur. Conſtat enim M. Tullium verſus hos legiſſe, commentariisque ſuis inſeruiſſe. Quos Euſebius Cæſarienſis ſe vidiſſe profitetur. Hanc opinionem confirmat: Sibyllas multa per verſuum initia ſignificare conſueuiſſe, vt ſecundo de diuinatione docet Cicero, qui de Sibyllis loquens ſic ſcribit: *Non eſſe autem illud carmen furentis, cum poema declarat: eſt enim magis artis & diligentiæ quam concitationis motus: tum vero ea quæ ἀκροστιχὶς dicitur, quum deinceps ex primis verſus litteris aliquid connectitur, vt in quibuſdam Ennianis, quæ Ennius fecit: id certe magis eſt attenti animi quam furentis: atque in Sibyllinis ex primo verſu cuiusque ſententiæ primis litteris illius ſententiæ carmen omne prætexitur. hoc ſcriptoris eſt non furentis, adhibentis diligentiam, non inſani.* Ita Cicero. Hoc etiam ſubſignificare videtur Virgilius IIII. ecloga, quum ſcribit:

Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.

Scilicet tempus, quo vaticinium tendebat, certis erat litteris inſertum. Atque hactenus de Sibyllis.

Porro autem quænam fuerit Sibylla cuius carminibus fata Romana continebantur, non admodum constat. quidam Cumanam putant, vt Virgilius ecloga IIII.

Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.

& libro VI. Æneidos, vbi eam Deiphoben Glauci filiam vocat, nisi de Cumæa ipse loquarur. Glaucus autem vates fuit diuinandi scientissimus, qui eam artem Apollinem ipsum docuit. Eam Heriphilen appellat Suidas: ab aliis Amalthea vocitata. Varroni autem, quem hanc rem etiam ipsum diligenter quæsiisse ferunt, non videtur verisimile vatem illam quam Æneas consuluerit, potuisse pertingere Romana regna, quum sexcentis annis ante Tarquinium vixerit, ideo Erythræam potius fuisse putat, quę etiam de Romanis cecinerit, hoc nimirum argumento ductus, quod post incensum Capitolinum templum, in quo oracula Sibyllina seruabantur, apud Erythras ipsamet carmina inuenta sunt. Hanc autem esse non potuisse Erythræam Sibyllam, eodem Varronis argumento ductus opinor, quippe quæ Apollodoro Erythræo auctore, tempore belli

belli Troiani vixerit. Et quamquã Eusebius eam primis annis Romuli referat, ad Tarquiniorum tamen tempora eam peruenire non potuisse facile credi potest, quorum Priscus centesimo anno post Romuli obitum regnare Romæ cœpit. Nec Varronis argumentum obstat, libros Sibyllinos incendio consumptos ex Erythris Romam iterum relatos fuisse, quum satis constet, eos ab antiquis diuersos fuisse. Ego vero eiusdem Varronis auctoritate fretus duas Sibyllas eodem fere cognomine fuisse existimo, Cumæam & Cumanam. Cumæa est, quæ Cumis vaticinata est tempore belli Italici, ex Cimmerio Campaniæ oppido orta, ad quam Æneam diuertisse Maro refert. Cuius & Dionysius libro IIII. meminit. Cumana autem est, quæ Cumis oriunda longo tempore post vixit, librosque Tarquinio obtulit, de qua Solinus plura scribit. Cumis enim plures mulieres lõgo & perpetuo tempore vaticinatas fuisse reor, quæ omnes Sibyllæ vocitatæ sunt, quæ illuc proficiscebãtur, vel vt peritiores diuinandi fierẽt Apollinis oraculis, quem illic maximũ templum

cum ſpecu habuiſſe conſtat : vel vt eius ſacris præeſſent , quæ non niſi a mulieribus perfici mos erat, quæ omnes poſtea ab vrbe proxima, ſiue Cumææ ſiue Cumanæ vocatæ ſunt. Ariſtoteles namque & Marcianus Erythræam ipſam etiam Cumis diuinaſſe ſcribunt, eamque aliquando Erythræam, aliquando Cumanam vocant. Ariſtoteles quidem in libro de naturæ miraculis (ſi modo eius eſt, nam hoc in dubium vertitur) ſpeluncam narrat eſſe Cumis vrbe Italica, vbi Sibyllæ domicilium fuiſſe tradit, quam multi Erythræam eſſe putant, & incolæ Cumæam nominant, haud dubie patriæ fauore, aut certe de alia ſentientes. Marcianus vero Capellà Erythræam Cumis vaticinatam eſſe ſcribit, Italicis credo, vt auctor eſt Ariſtoteles: quippe ſunt etiam Cumæ Ionicæ, vbi & Erythræ. Hæc forte eſſe potuit ea quam Virgilius libro VI. Cumæam vocat ab Ænea conſultam. Cumana enim quæ libros Tarquinio vendidit, non eam eſſe exiſtimo de qua Virgilius ſcribit, quod neque etiam ipſe affirmat. Idem Marcianus Sibyllam Phrygiam aliquando etiam Cumæam appellàt.

appellat. Ita igitur cum variæ, incertæ, & inconſtantes ſunt veterum ſcriptorum de Sibyllis ſententiæ, fit vt neque ego quicquam affirmare auſim. Quamquam autem incertum ſit, quonam nomine appellata fuerit, quæ libros Tarquinio attulerit, eam tamen omnium ſcriptorum concordi teſtimonio, ſatis inter omnes conuenit Sibyllam vnam fuiſſe, cuius libros Tarquinio oblatos Romani ſumma religione ac obſeruantia cuſtodiebant. Qui qua ratione Romanis allati fuerint, nunc ex Varrone, Dionyſio, Solino, Plinio, Gellio, Lactantio, Seruio, & Suida exponam.

Anus hoſpita atque incognita, quæ poſtea conſtanti omnium opinione Sibylla Cumana credita fuit, nomine Amalthea, Tarquinium Superbum regem Romanum adiit nouem libros ferens, quos Sibyllinis oraculis plenos eſſe affirmabat, eosque velle ſe venundare dixit. Tarquinius precium percunctatus, mulier trecentos Philippeos popoſcit, rex autem quaſi anus ætate deſiperet, inriſit, aſpernatusque libros eſt ob precij magnitudinem. Tum illa foculo coram eo

aſcenſo, tres libros ex nouem combuſſit, ſiue vt Dioniſius tradit, a regis conſpectu diſcedens, eos igni tradidit, reuerſaque nunquid reliquos ſex libros eodem precio emere vellet regem interrogauit. Tarquinius autem multo magis inriſit aniculæ dementiam, eamque delirare reſpondit, quod idem peteret de paucioribus pretium, quod nec de pluribus accipere potuiſſet: tum mulier ſtatim coram rege, vel vt ait Dionyſius, diſcedens, tres alios combuſſit. Reuerſaque illum denuo placide interrogauit, an tres reliquos eodem illo precio emere vellet. Rex mulieris conſtantia commotus, eam mulieris confidentiam non omnino aſpernãdam eſſe exiſtimauit: quare auguribus accerſitis eis rem per ordinem enarrauit, atque quid agendum eſſet popoſcit. Illi autem ex quibuſdam ſignis intelligentes, rem illam neceſſariam, a diiſque in vrbis ſalutem miſſam, regi reiectione illa librorum magnam iactutam factam eſſe demonſtrantes, quod non omnes emiſſet, eum reliquos emere hortati ſunt, dato precio quod depoſcerat anus. Quare rex libros tres reliquos Sibylli-

norum

norum oraculorum plenos mercatus eſt nihilo minore precio, quam quod erat petitum pro omnibus. Mulier igitur dans ei libros diligenter ſeruandos eſſe præmonuit, quæ quum a Tarquinio diſceſſiſſet, poſtea nuſquam amplius viſa eſt. Quapropter iam tum credi cœptum, eam Sibyllam fuiſſe Cumanam, cui quemadmodum poeta ait, magnam mentē animumque Delius inſpiraſſet Deus. Sunt quidam auctores, qui libros non Superbo, ſed Priſco Tarquinio oblatos ſcribunt, inter quos eſt Varro apud Lactantium libro I. & ex recentioribus Suidas. Solinus vero quamquam libros Superbo venditos fuiſſe affirmet, Sibyllam tamen quæ eos vendidit, olympiade quinquageſima vixiſſe ſcribit. Quod ſi ita eſt, Priſco regi libros vēdidit, non Superbo. nam in quinquageſimam olympiadem mors Priſci Tarquinij incidit. Quare Varroni potius credendum exiſtimo quam aliis. Plinius vero libro XIII. cap. XIII. tres libros, non nouem, fuiſſe ſcribit, quos oraculorum plenos Sibylla Tarquinio attulit, ac combuſtis duobus tertium ſuperfuiſſe. Suidas nouem libros tradit, eos,

que oraculorum peculiarium vocat, hoc est ad certum aliquem populum ſpectantium, ſed combuſtos tantũ duos, reliquos omnes ſuperfuiſſe. Ceterum hi libri, quos ſiue Priſcus, ſiue Tarquinius Superbus emit, ab ipſo in Capitolio, Iouisque optimi maximi templi ſacrario, in arca lapidea ſub terra poſtea reconditi, Sibyllini deinceps appellati ſunt, religioſiſſimeque ibidem ſeruati. Horum librorum cuſtodia II. viris primum, deinde X. viris, poſtremo XV. viris ſacris faciundis commiſſa fuit, eosque ab aliis præter eos aſpici aut legi nefas erat, vt Lactantius tradit, atque vt paucis verbis multa comprehendam, nihil Romani neque ſanctum, neque ſacrum, ita cuſtodiebant, quemadmodum hæc Sibyllina diuinitus (vt exiſtimabant) miſſa oracula; & quũ dii immortales de rebus aduerſis conſulendi eſſent, remediumque aliquod malis quærendum, vti de aliqua inteſtina ciuilique ſeditione, vel bello externo, aut peſtilentia vrbem vexante tollenda, de funeſtorum exitiabiliumque caſuum remediis, vt Cannenſis cladis, pacis Caudinæ, de prodigiis expiandis, ceterisque

rebus

rebus aduerſis, hos libros quaſi ad oraculum præſentaneumque remedium xv. viri ſacris faciundis adire ſolebãt, in his omnium malorum remedia inueniri poſſe exiſtimabant. Ceterũ is Tarquinius qui eos emit, vt eos in manibus habuit, ſtatim duos viros creauit ex illuſtrioribus patriciis, quibus horum librorũ cuſtodiam tradidit, appellatique ſunt II. viri ſacris faciundis. Ex quibus alterum nomine M. Attilium, quod is libros ſecreta ciuilium ſacrorum continentes cuſtodiæ ſuæ commiſſos, corruptus Petronio Sabino deſcribendos dediſſet, culeo inſutum in mare abiicit iuſſit. Horum II. virorum munus erat, hos ſacros libros cuſtodire, quoties opus eſſet adire, legere, interpretari, & quæ iubebãtur, vt perficerentur, curare: Apollinis ſacrarumque cęrimoniarum antiſtes eſſe, & quoties famem, peſtilentiam, bella ciuilia & externa, vrbem vexare cõtigiſſet, vel prodigia aliqua nunciata eſſent apparuiſſe, eorum omnium malorũ ex oraculis Sibyllinis remedia inuenire, lectiſterniis ad deorum puluinaria factis, deum iram placare, proſpera omnia precari, aduerſa vt tolleren-

tur rogare, & poſtremo deos omnes iratos ſacrificiis factis mitigare. Vide quæſo lector, quantam ſibi malus dæmon in orbe terrarum vendicauerat poteſtatem. Ex qua, Ieſu Chriſti gratia depulſus, beati nos & felices ſumus, quibus tot tenebris & errorum inuolucris libertatis veritatẽ agnoſcere conceſſum eſt. Porro de his ſacerdotibus ita libro IIII ſcribit Dionyſius; *Poſt eiectionem autem regum, aſſumens ciuitas oraculorum patrocinium, viros etiam illuſtriſsimos cuſtodes eis deſignauit, qui per omnem vitam eam curam haberent, militia & aliis vrbanis muneribus immunes, publiceque apud eos libros depoſuit, ſine quibus nõ permiſit oracula aſpici Sibyllina. Hi ſeruos de publico ſumptu habebant. Romani autem nihil ita cuſtodiunt neque ſanctum neque ſacrum, quemadmodum Sibyllina diuinitus oracula miſſa. Ea autem adeunt ex S. C. ſeditione ciuitatem tenente, aut calamitate aliqua magna bello incidente, aut prodigijs aliquibus apparentibus, qualia ſæpe euenire ſolent.* De II. viris ſacrorum frequens apud Liuium mentio eſt ante primum conſulem de plebe creatum. Libro III. *Libri Sibyllini per duum viros ſacrorum aditi.* Lib. IV.

Obſecratio

Obſecratio itaque a populo II.*viris præeũtibus eſt facta.* Et paulo poſt: *Multa* II. *viri ex libris placandæ deum iræ auertendæque a populo peſtis cauſſa fecere.* Et libro V. *Libri Sibyllini ex S.C. aditi ſunt.*II.*viri ſacris faciundis lectiſternio tum primum in vrbe facto*, &c. Ceterum quum multo tempore duo ad hoc ipſum ſacerdotium viri tantum creari ſoliti eſſent, ac plebs de ſuo quoque corpore conſules creari ambiret, neque ad hoc ipſum ſatis virium eſſet, obtinuit tandem vt qui II. viri in eam diem vſque creati fuiſſent, X. viri deinceps ſacris faciundis eo iure quo II. viri fieri ſolebant, crearentur. Quare anno vrbis CCCXXCVIII. lege lata a tribunis plebis C. Licinio & L. Sextio, ex II. viris X. viri facti ſunt, ſimulque lege cautum, vt pars ex plebe, pars ex patribus fieret, quam legem decimo ſui tribunatus anno pertulerunt. Quinque igitur e patribus totidemque e plebe lecti, qui X. viri ſacris faciundis deinceps vocati ſunt. Poſt quod tempus vſque ad L. Sullæ Felicis dictaturam: fuerunt X. viri ſacris faciundis, de quibus toties mentio eſt apud Liuium. A Sulla vero dictatore XV. viri S.F.

facti ſunt. Quod hac ratione oſtendi poteſt. Ciceronis ætate erant XV. viri ſacris faciundis, qui adhuc erant decemuiri eo anno quo Capitolium arſit, paulo ante Sullæ dictatoris tempus, L. Scipione & L. Norbano coſ. anno vrbis DCLXXI. Atque poſt eum annum in ſacerdotum collegiis nuſquam legitur quicquam eſſe mutatum, niſi in dictatura Sullæ: relinquitur ergo vt hæc XV. virorum inſtitutio a Sulla facta eſſe credatur, præſertim quum aliis ſacerdotum collegijs legatur adieciſſe aliquot ſacerdotes, vt auguribus & pontificibus. Fuiſſe vero Ciceronis ætate XV. viros ex IIII. Coelij ad Ciceronem epiſtola intelligi poteſt, in qua ipſe ad Ciceronem ſcribit, P. Dolabellam populi ſuffragiis factum XV. virum. Tranquillus quoque in Cæſare: *Proximo autem ſenatu percrebuit fama, L. Cottam XV. virum ſententiam dicturum, vt quoniam libris fatalibus contineretur, Parthos niſi a rege non poſſe vinci, Cæſar rex appellaretur.* Quod vero decemuiri ſacrorum adhuc eſſent eo anno, quo Capitolium crematum eſt, ex verbis Dionyſij libro IIII. intelligitur. Qui ait, libros Sibyllinos qui

nos qui adhuc a x. viris ſeruabantur, incendio Capitolij fuiſſe crematos, quod anno ante Sullæ dictaturam conflagrauit. De xv. viris ita ſcribit libro xi. Tacitus: *Ludis ſæcularibus Domitiani intentus affui, ſacerdotio xv. virali præditus, ac tum prætor! quod non iactantia refero, ſed quia collegio xv. virum antiquitus ea cura, & magiſtratus potiſsimum exequebantur officia cærimoniarum.* Et Seruius interpretans illud Virgili:

---- Lectoſque ſacrabo
Alma viros, ait ſic: *Primo fuerunt duo librorum Sibyllinorum cuſtodes, inde x. inde xv. vſque ad tempora Syllana, poſt creuit numerus vſque ad* LX. *Sed remanſit xv. virum vocabulum.* Poſt Sullam idem ſacerdotium manſit vſque ad Theodoſij tempora, quibus cum ceteris veteris ſuperſtitionis ſacris abrogatum eſt. Porro autem ex eo epiſtolæ Cœlij loco quem citaui, colligi poteſt, populi ſuffragiis ſacerdotes huius collegij aliquando creatos, idque per legem Domitiam. Nam quod a collegiis ante eam legem cooptarentur, paſſim in Liuij hiſtoria legitur, vbi de ſuffectis in demortuorum

locum ſacerdotibus loquitur. Horum munus erat, libros Sibyllinos cuſtodire, quum ex S. C. adeundi eſſent adire, & quæ legiſſent ſenatui renuntiare, & ea S. C. decreta procurare, ludos ſæculares celebrare, & poſtremo omnia peragere quæ Sibyllinorum carminum iuſſu facienda erant. De his frequens mentio eſt in vetuſtis monumentis ſic:

HERCVLI. INVICTO
M. CASSIVS
HORTENSIVS
PAVLINVS. PR. VRB
XV. VIR. SACRIS
FACIVNDIS
DONVM. DEDIT

item:

item:

AVRELIO. VICTORI
XV. VIR. SACR. FAC
LEG. AVGG. PRO. PR
PROV. PAN. INF
PATRON. R. P. H. V
D. D.

item:

IVNIO. POSTVMIANO. V. C. P. P
DEI. SOLIS. INVICTI. MITHRAE
XV. VIRO. S. F. PONTIFICI
DEI. SOLIS. ORDO. SACER
DOTVM. MAGISTRO. SVO
CVRANTE. ET. DEDICANTE.
FLAVIO. HERCVLEO. VIRO
RELIGIOSISSIMO

item:

PHOSPHORII

LVCIO. AVR. AVIANIO. SYMMACHO. V. C. PRAEFECTO. VRBI. CONSVLI. PRO. PRAEFECTIS PRAETORIO. IN. VRBE. ROMA. FINITIMIS. QVE PROVINCIIS. PRAEFECTO. ANNONAE. VRBIS. ROMAE. PONTIFICI. MAIORI. QVINDECEMVIRO. S. F. MVLTIS. LEGATIONIBVS PRO. AMPLISSIMI. ORDINIS. DESIDERIIS. APVD. DIVOS. PRINCIPES. FVNCTO. QVI PRIMVS. IN. SENATV. SENTENTIAM. ROGARI. SOLITVS. AVCTORITATE. PRVDENTIA. ATQVE ELOQVENTIA. PRO. DIGNITATE. TANTI. ORDINIS. MAGNITVDINEM. LOCI. EIVS. IMPLEVERIT. AVRO. INLVSTREM. STATVAM. QVAM A. DOMINIS. AVGVSTISQ. NOSTRIS. SENATVS AMPLISSIMVS. DECRETIS. FREQVENTIBVS. INPETRABIT. IDEM. TRIVMPHATORES. PRINCIPES NOSTRI. CONSTITVI. ADPOSITA. ORATIONE. IVSSERVNT. QVÆ. MERITORVM. EIVS. ORDINEM AC. SERIEM. CONTINERET. QVORVM. PERENNE IVDICIVM. TANTO. MVNERI. HOC. QVOQVE. ADDIDIT. VT. ALTERAM. STATVAM. PARI. SPLENDORE. ETIAM. APVD. CONSTANTINOPOLIM CONLOCARET

in sinistro basis latere:

DEDICATA III. KAL. MAIAS
DN. GRATIANO. IIII. ET. MEROBAVDE. CoS.

Porro

Porro autem vt ad libros Sibyllinos redeamus, perdurarunt hi libri vſque ad belli Marſici, ſiue ſocialis tẽpora. Quibus Olympiade CLXXIII. C. Norbano, & P. Scipione coſ. incenſo Capitolio ſiue ex inſidiis (vt quidam exiſtimanr) ſiue caſu ſimul cum aliis ſacris Sibyllina etiam carmina incendio conſumpta ſunt. Reſtituto vero a L. Cornelio Sulla Felice dictatore Capitolio, & a Q. Catulo templo Iouis Capitolini dedicato, vt Feneſtella diligentiſſimus ſcriptor, in libro quem de XV. viris edidit, refert, C. Scribonius Curio & Cn. Octauius coſ. ad ſenatum retulerunt, vt legati Erythras, & ad cetera Italiæ, Græciæ, & Aſiæ oppida mitterẽtur, qui carmina Sibyllarum, & præſertim Erythrææ, conquiſita Romam deportarent. Itaque miſſos eſſe ſcribit P. Gabinium, M. Otacilium Craſſum, & L. Valerium Flaccum. Hi ex omnibus ciuitatibus quum Italicis, tum Græcis, & præcipue ex Erythris, circa mille verſus a priuatis deſcriptos collegerunt, Romãque cum cuiuſq; Sibyllæ nomine deportarunt. Hæc eadem Varro refert. Quibus carminibus ab homi-

nibus rudibus transcriptis, multa superflua inserta inuenta sunt, in aliis vero mutila quædam, aut deprauata. quare vt ipsorum carminum sincerior lectio esset, datum est negocium x v. viris S. F. quorum iudicio ac censura hi versus corrigerentur, eaque mendis omnibus, sententiisque superfluis, ademptis, componerent; quod ab iis accuratissime factum est. Hi autem posteriores libri nō vnius Sibyllæ carmina putāda sunt, vt priores, sed pluriū, quamquam vnius semper Cumanæ vel Cumææ nomine appellati sunt. Quod etiam Dionysius libro IIII. Lactantius libro I. & alij plerique docent. Tacitus quoque idem significat quum ait: Quum eo tempore multa vana carmina nomine Sibyllarum circumferrentur, Tiberius iussit conquisita Samo, Erythris, Ilio, Africa, & per Italicas colonias carmina intra certum diem ad præfectum vrbis L. Pisonem adferri, & iudicium censuramque x v. virorum adhiberi, ne haberi priuatim liceret, quod iam a maioribus erat cautum. Libros autem Sibyllinos vsque ad Honorij & Theodosij iunioris imperatorum tem-

pora

pora Romæ perduraſſe conſtat. Quibus Fl. Stilico imperatoris Honorij ſocer, quum ab eo deffectionem moliretur, filioque ſuo Eucherio imperium comparare ſtuderet, concitaturus in generum imperatorem ſeditionem, verſus omnes Sibyllinos cremauit. cuius rei meminit ita Rutilius Claudius Numatianus itinerario ſecundo:

Nec tantum Geticis graſſatus proditor armis,
Ante Sibyllinæ fata cremauit opis.

Vel, vt alibi legitur:

Ne tantum patrijs ſæuiret proditor armis,
Sancta Sibyllinæ fata cremauit opis.

Quare cum Sibyllinorum oraculorum interitu, XV. virorum quoque ſacerdotium ſublatum eſt. Atque hæc ſunt quæ tam de Sibyllis quam oraculis Sibyllinis & XV. viris ſacris faciundis, apud veteres auctores extare didicerim. Sed antequam operi extremam manum imponam, non alienum erit, hoc loco referre quæ Iuſtinus de antro Sibyllæ Cumanæ vel Cumææ tradit, quod Puteolis ſe vidiſſe ſcribit. Ipſe enim in libro ad gentes admonitorio narrat, quum Cumas Campaniæ animi gratia aliquando pe-

tiisset, non longe a Baiis Sibyllæ domicilium se vidisse: id erat maxima Basilica tota in lapide incisa, opus quidem eximium, & omni admiratione dignum. Vbi Sibyllam olim oracula edere solitam fuisse incolæ referebant, idque se a maioribus suis accepisse testificabantur. Ostendebanturque (vt ille ait) adhuc vasa tria in templi medio in eodem lapide incisa, quibus aqua repletis lauabatur, acceptaque stola in abditissimam eius templi partem, in eodem lapide fabrefactam, sese includens, thronoque, siue alta sede in eodem lapide excauata considens, oracula reddebat. Templum hoc vsque ad nostram ætatem perdurauit. Anno enim salutis M. D. XXXIX. terræmotu ingenti Campania terra quassata, Puteolis minutissimo puluere cinerque e mari surgente totum coopertum est, collisque satis editus enatus est, vbi olim celeberrimũ Sibyllæ fanum fuerat. Mihi autem Puteolos Baiasq; anno domini M. D. XLIIX. profecto accolæ quos regionis peritos mercede conduxeram, & templi locum, & formã, & ea omnia fuisse narrabãt, quæ Iustinus mil-

le trecentis

le trecentis annis ante se vidisse scriptum reliquit, antequam arcanum id, templumque ingens terræmotus vi terra obrutum esset.

FINIS.

EX SVPERIORI tractatu pauciores quidem quam decem Sibyllas a plerisque plures vero a nemine veterum auctorum enumeratas & constitutas fuisse patet. Et certe non tam numerus apud scriptores controuertitur, quam singularum nomina & patria. Vt plane ignorem, qua recentiores auctoritate freti duodecim Sibyllas repræsentent. Ac mihi quidem non rei veritatem, sed pictorum libertatem spectasse videntur: quibus perinde ac poetis quidlibet audendi semper fuit æqua potestas. Ii ad imitationem forsan XII. Deum Consentum, vel Herculis laborum, vel Apostolorum, totidem nobis Sibyllas effinxerunt, & decem illis supra ex priscorum scriprorũ sententia descriptis duas alias addiderunt. Quarum picturæ & nomina hæc sunt.

XI. SIBYLLA EVROPAEA.



De vndecima hac Sibylla nihil quicquam penes quenquam auctorem reperio, præter

præter hexaſtichon in antiquo codice EVROPAEAE adſcriptum: quod vna cum reliquarum Sibyllarum vaticiniis infra referemus.

XII. SIBYLLA AGRIPPINA.



Duodecima & vltima Sibylla vulgo fertur AGRIPPA ſiue AGRIPPINA. Sed ne hæc quidem a veteribus appellatur. Recentiorum nonnulli indigitant eam AEGYPTIAM.

PTIAM. Quæ (ſi hoc verum nomen) vna fuit e quattuor ab Æliano relatis, & ſecundũ Suidam, regnante apud Ægyptios Pharaone futura prædixit. Verum Pauſanias in Phocicis ſcribit, Ægyptiam eandem fuiſſe cum Sabba ſiue Sambetha Beroſi filia, quæ a diuerſis modo Chaldæa, modo Hebræa, modo Babylonia, modo Perſica, nuſquam Agrippina nominata fuit.

ΤΩΝ ΣΙΒΥΛΛΩΝ ΕΓΚΩΜΙΑ, ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ ΕΚ ΤΩΝ παλαιῶν συγγραφέων.

ΠΛΑΤΩΝ ΕΝ ΘΕΑΓ.

ΣΟΚ. Εἴποις ἂν οὖν μοι τίνα ἐπωνυμίαν ἔχει Βάκις τε καὶ Σίβυλλα, καὶ ὁ ἡμεδαπός Ἀμφίλυτος, ΘΕΑΓ. Τίνα γὰρ ἄλλην, ὦ Σώκρατες, πλήν γε χρησμῳδοί.

ΕΝ ΦΑΙΔΡΩ.

Τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν γίγνεται διὰ μανίας, θείᾳ μέντοι δόσει διδομένης. ἥ τε γὰρ δὴ ἐν Δελφοῖς προφῆτις, αἵ τ' ἐν Δωδώνῃ ἱέρειαι, μανεῖσαι μὲν πολλὰ δὴ καὶ καλὰ ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ τὴν Ἑλλάδα εἰργάσαντο· σωφρονοῦσαι δὲ, βραχέα, ἢ οὐδέν. καὶ ἐὰν δὴ λέγωμεν Σίβυλλάν τε καὶ ἄλλοις, ὅσοι μαντικῇ χρώμενοι ἐνθέῳ πολ-

λὰ δὴ

SIBYLLARVM ELOGIA ET TESTIMONIA EX VETERIBUS auctoribus.

PLATO IN THEAGE.

Socr. Dic mihi, sodes, ecquo nomine Bacis, & Sibylla, & nostras ille Amphilytus appellãdi sint? Theag. Quonam alio, Socrates, nisi vates vocentur?

Idem in Phædro.

Maxima bona nobis contingunt per furorem diuino quodam munere concessum. nam quæ in Delphis est vates, eæque sacerdotes quæ sunt in Dodona furore correptæ, multis beneficiis & publice & priuatim Græciam affecerunt: mentis vero compotes, exigua aut nulla beneficia eidem tribuerũt. Quod si Sibyllam, aliosque omnes qui vaticinio vsi sunt, singulatim vellemus recensere, quãtas vtilitates sagaci illa rerum futurarum scientia

plurimis attulerint, in re omnibus perſpicua operam tempusque inſumeremus.

Ariſtoteles problematum ſect. xxx. quæſtione prima.

Multi etiam propterea, quod ille calor ſedi mentis in vicino eſt, morbis veſaniæ implicantur, aut inſtinctu lymphatico inferueſcunt. ex quo Sibyllæ efficiuntur, & Bacchæ, & omnes qui diuino ſpiraculo inſtigari creduntur, cum ſcilicet id non morbo, ſed naturali intemperie accidit.

Idem in libro de mirabilibus auſcultationibus.

Cumæ in Italia oſtenditur quoddam (vt videtur) conclaue ſubterraneum Sibyllæ fatidicæ: quam diutiſsime vixiſſe, & virginem permanſiſſe perhibent, patria quidem Erythræam, a quibuſdam vero Italiæ incolis Cumæam, ab aliis Melanchrænam dictam.

Diodo-

λὰ δὴ πολλοῖς προὔλεγον εἰς τὸ μέλλον ὀρθῶς, μηκύνοιμεν ἂν, δῆλα πᾶσι λέγοντες.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ ΠΡΟΒΛΗΜΑ-των τμήματι λ΄. προβλ. α΄.

Πολλοὶ καὶ διὰ τὸ ἐγγὺς εἶναι τοῦ νοεροῦ τόπου τὴν θερμασίαν (κράσεως μελαγχολικῆς,) νοσήμασιν ἁλίσκονται μανικοῖς, ἢ ἐνθουσιαστικοῖς. ὅθεν Σίβυλλαι, καὶ Βάκιδες, καὶ οἱ ἔνθεοι γίνονται πάντες, ὅταν μὴ νοσήματι γένωνται, ἀλλὰ φυσικῇ κράσει.

ὁ αὐτὸς ἐν τῷ περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων.

Ἐν τῇ Κύμῃ τῇ περὶ τὴν Ἰταλίαν δείκνυταί τις, ὡς ἔοικε, θάλαμος κατάγειος Σιβύλλης τῆς χρησμολόγου, ἣν πολυχρονιωτάτην γενομένην παρθένον διαμεῖναί φασιν, οὖσαν μὲν Ἐρυθραίαν, ὑπό τινων δὲ τῶν τὴν Ἰταλίαν κατοικούντων Κυμαίαν, ὑπὸ δέ τινων Μελάγκραιναν καλουμένην.

ΔΙΟΔΩΡΟΣ ΣΙΚΕΛΟΣ

ἱστορ. βιβλιοθήκης βιβλ. δ'.

Επειθ' οἱ μὲν Ἐπίγονοι τὴν πόλιν ἑλόντες διήρπασαν, καὶ τῆς Τειρεσίου θυγατρὸς Δάφνης ἐγκρατεῖς γενόμενοι, ταύτην μὲν ἀνέθεσαν εἰς Δελφούς, κατά τινα εὐχήν, ἀκροθίνιον τῷ θεῷ· αὕτη δὲ τὴν μαντικὴν τοῦ πατρὸς οὐδὲν ἧττον εἰδυῖα, πολὺ μᾶλλον, ἐν τοῖς Δελφοῖς διατρίψασα, τὴν τέχνην ἐπηύξησε. φύσει δὲ θαυμαστῇ κεχορηγημένη, χρησμοὺς ἔγραψε παντοδαπούς, διαφόρους ταῖς κατασκευαῖς· παρ' ἧς φασὶ καὶ τὸν ποιητὴν Ὅμηρον πολλὰ τῶν ἐπῶν σφετερισάμενον, κοσμῆσαι τὴν ἰδίαν ποίησιν. ἐνθεαζούσης δὲ αὐτῆς πολλάκις, καὶ χρησμοὺς ἀποφαινομένης, φασὶν ἐπικληθῆναι Σίβυλλαν· τὸ γὰρ ἐνθεάζειν κατὰ γλῶσσαν ὑπάρχειν σιβυλλαίνειν.

παρὰ τὸ σιβύλλαινειν.

Στρα-

Diodorus Siculus bibliothecæ lib. IIII.

Thebæ captæ ac dirutæ sunt. Tiresiæ filiam Daphnen postea cum victores cepissent, in Delphos voto suscepto misere oblationem Deo. Ea diuinandi artem edocta, in Delphis degens, multo maiorem scientiam assecuta est. Itaque natura admirabili duce, plurima scripsit varij generis responsa. Cuius ex versibus Homerum poetam ferunt multa ad ornatum sui poematis sumpta transtulisse. Cum hæc sæpius Dei spiritu ferretur multaque traderet responsa, Sibylla ab omnibus cognominata est. nam plenam deo, & Sibyllam esse, idem notat.

Strabo libro XIV.

Erythris nata fuit priscis temporibus Sibylla, mulier fatidica & diuino furore incitata. Alexandri etiam tempore alia fuit ibidem orta, & itidem vates, nomine Athenais.

Idem libro XVII.

Multis a nobis de Ammone dictis, id tantum adijcimus: veteribus & diuinationem vniuersam, & oracula in summo fuisse honore: nunc eadem admodum negligi, Romanis in Sibyllæ oraculis & Etrusca diuinatione per extispicia, auguria, & seruationes de cœlo, adquiescentibus.

Et mox.

De generis quidē nobilitate etiam Ery-

ΣΤΡΑΒΩΝ ΒΙΒΛ.

Ἐκ δὲ Ἐρυθρῶν Σιβύλλα ἐστίν, ἔνθοις καὶ μαντικὴ γυνὴ τῶν ἀρχαίων τις. κατ' Ἀλέξανδρον δὲ ἄλλη ἦν τὸν αὐτὸν τρόπον μαντική, καλουμένη Ἀθηναΐς, ἐκ τῆς αὐτῆς πόλεως.

ὁ αὐτὸς βιβλ. ιζ.

Πολλὰ δ' εἰρηκότες περὶ τοῦ Ἄμμωνος, τοσοῦτον εἰπεῖν βουλόμεθα· ὅτι τοῖς ἀρχαίοις μᾶλλον ἦν ἐν τιμῇ καὶ ἡ μαντικὴ καθόλου, καὶ τὰ χρηστήρια· νυνὶ δ' ὀλιγωρία κατέχει πολλή, τῶν Ῥωμαίων ἀρκουμένων τοῖς Σιβύλλης χρησμοῖς, καὶ τοῖς Τυρρηνικοῖς θεοπροπίοις, διά τε σπλάγχνων, καὶ ὀρνιθείας, καὶ διοσημείων.

Καὶ αὐτίκα.

Περὶ δὲ τῆς ἀληθείας καὶ τὴν Ἐρυθραίαν

Ἀθηναΐδα φησὶν ἀνειπεῖν. καὶ γὰρ ταύτην ὁμοίαν γενέσθαι τῇ παλαιᾷ Σιβύλλῃ τῇ Ἐρυθραίᾳ.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ μὴ χρᾶν ἔμμετρα νῦν τὴν Πυθίαν.

Σίβυλλα μαινομένῳ στόματι, καθ' Ἡράκλειτον, ἀγέλαστα καὶ ἀκαλλώπιστα καὶ ἀμύριστα φθεγγομένη, χιλίων ἐτῶν ἐξικνεῖται τῇ φωνῇ διὰ τὸν θεόν.

Καὶ μετ' ὀλίγον.

Ὅμοια δὲ περὶ τῶν Σιβυλλείων ἀπεκρινάμην. ἐπεὶ γὰρ ἔστημεν κατὰ τὴν πέτραν γενόμενοι τὴν κατὰ τὸ βουλευτήριον, ἐφ' ἧς λέγεται καθίζεσθαι τὴν πρώτην Σίβυλλαν ἐκ τοῦ Ελικῶνος παραγενομένην, ὑπὸ τῶν μουσῶν τραφεῖσαν, (ἔνιοι δέ φασιν εἰς Μαλεῶνα ἀφικέσθαι, Λαμίας οὖσαν θυγατέρα τοῦ Ποσειδῶνος) ὁ μὲν Σεραπίων ἐμνήσθη τῶν ἐπῶν,

ἐν οἷς

thræam Athenaidem effatam ferunt, quæ Erythrææ antiquæ Sibyllæ similis fuerit.

Plutarchus in libro, cur nam Pythia non reddat oracula carmine.

Sibylla furente ore, vt ait Heracletus, risus, ornatus & fuci expertia sonant, Dei beneficio vocem ad CIↃ. *annos continuat.*

Et paulo post.

Similia etiam de Sibyllinis respondebam. Nam quum adstitissemus ad saxum curiæ vicinum, cui insedisse dicitur prima Sibylla quum eo ex Helicone venisset, a Musis enutrita (alij ad Maleonem aduenisse eam dicunt filiam Lamiæ quæ Neptuno nata fuit) Serapio mentionem fecit versuum, in

quibus ipsa sese celebrans, vaticinandi finem ne morte quidem facturam se ait: sed se in luna circumire, mutata in eam quæ dicitur in luna apparere faciem: spiritum autem aeri cōtemperatum, semper omnia suo motu edíturum: e corpore autem in terra mutato herbas ac materiem exstituram quibus sacræ pecudes nutriantur, varios colores, formas, & qualitates viscerum habentes, vnde hominibus futura præmonstrentur. Hæc quum Boethus aperte derideret, Zous, Vt, inquit, hæc maxime fabularum videantur similia, tamen vaticinijs testimonium ferunt multarum Græcarum vrbium excidia atque migrationes, multorum barbaricorum exercituum irruptiones, imperiorum euersiones. Hæc vero quæ recens apud Cumas & Dicæarchiam acciderūt, nōne pridem

Sibyllinis

ἐν οἷς ὕμνησεν ἑαυτήν, ὡς οὐδὲ ἀποθανοῦσα λήξει μαντικῆς· ἀλλ᾽ αὐτὴ μὲν ἐν τῇ σελήνῃ περίεισι τὸ καλούμενον φαινόμενον γινομένη πρόσωπον, τῷ δὲ ἀέρι τὸ πνεῦμα συγκραθὲν, ἐν φήμαις ἀεὶ φορήσεται καὶ κληδόσιν. ἐκ δὲ τοῦ σώματος μεταβαλόντος ἐν τῇ γῇ πόας καὶ ὕλης ἀναφυομένης, βοσκήσεται ταύτην ἱερὰ θρέμματα, χρόας τε παντοδαπὰς ἴσχοντα, καὶ μορφὰς, καὶ ποιότητας ἐπὶ τῶν σπλάγχνων, ἀφ᾽ ὧν αἱ προδηλώσεις ἀνθρώποις τοῦ μέλλοντος. ὁ δὲ Βόηθος ἔτι μᾶλλον ἦν φανερὸς καταγελῶν· τοῦ δὲ Ζώου εἰπόντος, ὡς εἰ καὶ ταῦτα μύθοις ἔοικεν, ἀλλὰ ταῖς τε μαντείαις ἐπιμαρτυροῦσι πολλαὶ μὲν ἀναστάσεις καὶ μετοικισμοὶ πόλεων Ἑλληνίδων, πολλαὶ δὲ βαρβαρικῶν στρατιῶν ἐπιφάνειαι, καὶ ἀναιρέσεις ἡγεμονικῶν· ταυτὶ δὲ τὰ πρόσφατα καὶ νέα πάθη περί τε Κύμην καὶ Δικαιαρχίαν, οὐχ ὑμνούμενα πάλαι καὶ ᾀδόμενα διὰ τῆς

Σιβυλλείων ὁ χρόνος ὥσπερ ὀφείλων ἀποδέδωκεν, ἐκρήξεις πυρὸς ὀρείου, καὶ ζέσεις θαλασσίας, καὶ πέτρων καὶ φλεγμονῶν ὑπὸ πνεύματος ἀναῤῥίψεις, καὶ φθορὰς πόλεων ἅμα τοσούτων καὶ τηλικούτων, ὡς μεθ' ἡμέραν ἐπελθοῦσιν ἄγνοιαν εἶναι καὶ ἀσάφειαν ὅπου κατῴκηντο τῆς χώρας συγκεχυμένης. Ταῦτα γὰρ εἰ γέγονε, πιστοῦσθαι χαλεπόν ἐστι, μήτοι γε προειπεῖν ἄνευ θειότητος.

Καὶ αὖθις.

Σίβυλλαι δὲ αὗται καὶ Βάκιδες ὥσπερ εἰς πόντον ἀτεκμάρτως τὸν χρόνον κατέβαλον, καὶ διέσπειραν ὡς ἔτυχε παντοδαπῶν ὀνόματα καὶ ῥήματα παθῶν καὶ συμπτωμάτων· οἷς γινομένων ἐνίων ἀπὸ τύχης, ὁμοίως ψεῦδός ἐστι τὸ νῦν λεγόμενον, κἂν ὕστερον ἀληθῶς, εἰ τύχοι, γένηται. Τοιαῦτα τοῦ Βοέθου διεξιόντος, ὁ Σεραπίων, Δίκαιον (ἔφη) τὸ ἀξίωμα περὶ τῶν οὕτως λέγει Βόηθος ἀορίστως καὶ ἀνυποθέτως

λεγο-

Sibyllinis decantata carminibus tempus veluti debens persoluit? eruptionem inquam montani ignis, feruorem maris, saxorum & massarum flagrantium venti vi eiectionem, tot tantarumque simul vrbium interitum, vt hodie qui ea loca accedunt, non poßint cernere vbinam conditæ fuerint.

Item.

Sibyllæ autem & Bacchides tanquam in mare promiscue in tempus coniecerunt, & vt in buccam venit disseminauerunt nomina & verba omnis generis euentuum. quorum quædam quum fortuito euenerint, similiter falsum est quod nunc dicitur, etiamsi postmodo verum fiat re contingente. Hæc loquuto Boetho, Vera est, inquit Serapio, hæc sententia de his quæ ita prædicuntur sicut Boethus dixit, indefinite & incerto argumen-

to: puta, si vicit imperator cui prædicta fuit victoria, si vrbs deletur cui exscidiũ prædictum est. Ubi autem non modo quid futurum sit, sed etiam quomodo, quando, qua occasione, quo auctore, prædicitur: non hoc est coniectatio fortasse futuri, sed certo futuri prædictio.

Paulo post.

Multa nomina videmus ab cognominibus occultari. Herophilam Erythræam, fatidica quod esset, Sibyllam appellauerunt.

Ælianus variæ historiæ libro XII.

Sibyllæ sunt quattuor, Erythræa, Samia, Ægyptia, & Sardiana. Adiungunt quidam sex alias, vt sint omnes numero decem, e quibus Cumæa & Judæa esse feruntur.

Pausanias

λεγομένων· εἰ νίκη στρατηγῷ προείρηται, νενίκηκεν· εἰ πόλεως ἀναίρεσις, ἀπόλωλεν. ὅπερ οὖν οὐ μόνον λέγεται τὸ γενησόμενον, ἀλλὰ καὶ πῶς καὶ πότε καὶ μετὰ τί καὶ μετὰ τίνος, οὐκ ἔστιν εἰκασμὸς τῶν τάχα γενησομένων, ἀλλὰ τῶν πάντως ἐσομένων προδήλωσις.

μετὰ βραχύ.

Πολλὰ, ὡς ἔοικε, τῶν ὀνομάτων ἀποκρύπτουσιν αἱ παρωνυμίαι. Ἡροφίλην τὴν Ἐρυθραίαν, μαντικὴν γενομένην, Σιβύλλαν προσηγόρευσαν.

ΑΙΛΙΑΝΟΣ ΠΟΙΚΙΛΗΣ ἱστορίας βιβλίῳ ιβ'.

Σίβυλλαι τέσσαρες, ἡ Ἐρυθραία, ἡ Σαμία, ἡ Αἰγυπτία, ἡ Σαρδιανή· οἱ δέ φασιν, καὶ ἑτέρας ἕξ, ὡς εἶναι τὰς πάσας δέκα, ὧν εἶναι καὶ τὴν Κυμαίαν, καὶ τὴν Ἰουδαίαν.

ΠΑΥΣΑΝΙΑΣ ΦΩΚΙΚΟΙΣ.

Πέτρα δέ ἐστιν ἀνίσχουσα ὑπὲρ ταύτης. ἐπὶ ταύτῃ Δελφοὶ στᾶσαν φασὶν ᾆσαι τοὺς χρησμοὺς ὄνομα Ηροφίλην, Σιβύλλαν δὲ ἐπίκλησιν τὴν πρότερον γενομένην. ταύτην ταῖς μάλιστα ὁμοίως οὖσαν ἀρχαίαν εὕρεισκον, ἣν θυγατέρα Ελληνες Διὸς καὶ Λαμίας τῆς Ποσειδῶνος φασὶν εἶναι, καὶ χρησμοὺς τὴν αὐτὴν γυναικῶν πρώτην ᾆσαι, καὶ ὑπὸ τῶν Λιβύων Σιβύλλαν λέγουσιν ὀνομασθῆναι. ἡ δὲ Ηροφίλη, νεωτέρα μὲν ἐκείνης, φαίνεται δὲ ὅμως πρὸ τοῦ πολέμου γεγονυῖα καὶ αὐτὴ τοῦ τρωϊκοῦ. καὶ Ελένην τὲ προεδήλωσεν ἐν τοῖς χρησμοῖς, ὡς ἐπ' ὀλέθρῳ τῆς Ἀσίας καὶ Εὐρώπης τραφήσοιτο ἐν Σπάρτῃ, καὶ ὡς Ιλιον ἁλώσεται δι' αὐτὴν ὑπὸ Ελλήνων. Δήλιοι δὲ καὶ ὕμνων μέμνηνται τῆς γυναικὸς ἐς Ἀπόλλωνα. καλεῖ δὲ οὐκ Ηροφίλην μόνην, ἀλλὰ καὶ

Αρτεμιν

Pausanias in Phocicis.

Saxum illic eminet, de quo Sibyllam Herophilen oracula canere solitam Delphi tradidere, quæ cognomine Sibylla nuncupata ab initio fuit. Hanc perinde atque aliam quamuis antiquam fuisse comperi. Filiam Græci Iouis & Lamiæ dictitant: Lamiam ipsam Neptuno genitam, mulierum omnium primam vaticinatam, & ab Afris Sibyllam nominatam. hæc vero de qua nunc est sermo, Herophile, illa certe posterior: constat tamen & ipsam ante Troianum bellum viguisse. prædixit enim ad Asiæ & Europæ perniciem, Spartæ Helenam educatum iri: propter quam futurum esset, vt Ilium euertetur a Græcis. Eius feminæ hymnorum in Apollinem, Delij mentionem faciunt. Ipsa vero se non Herophilen solum, sed Dia-

nam etiam suis versibus vocat. est vbi vxorem se, & vbi vel sororem, vel filiam Apollinis esse dicit: sed hæc scilicet furens, & diuino afflatu perculsa. Alibi vero immortali matre (Idæarum scilicet nympharum vna) patre homine se natam dixit, hisce versibus:

Partim ego Cetiuoro mortali parte creata,
Partim immortali Nympha: me fontibus Ida
Eduxit vitreis, tenuis glebaque rubente
Marpessus matri patria est, fluuiusque Aidoneus.

Extant autem adhuc in Ida Phrygiæ Marpeßi vrbis vestigia, quo loco sunt inquilini circiter LX. *Tota est circa Marpessum terra subrussa, & mire torrida. Quocirca quod Ladon amnis modo se subter terram abdat, modo rursus emergat, ac eiusmodi sæpius repetitis vicibus*

postremo

Ἄρτεμιν ἐν τοῖς ἔπεσιν αὐτὴν, καὶ Ἀπόλλωνος γυνὴ γαμετὴ, τὸ δὲ ἀδελφὴ, καὶ αὖθις θυγάτηρ φησὶν εἶναι. Ταῦτα μὲν δὴ μαινομένη τε καὶ ἐκ τοῦ θεοῦ κάτοχος πεποίηκεν. Ἑτέρωθι δὲ εἶπε τῶν χρησμῶν, ὡς μητρὸς μὲν ἀθανάτης εἴη μιᾶς τῶν ἐν Ἴδῃ Νυμφῶν, πατρὸς δὲ ἀνθρώπου· καὶ οὕτω λέγει τὰ ἔπη·

Εἰμὶ δ' ἐγὼ γεγαυῖα μέσον θνητοῦ τε θεᾶς τε,
Νύμφης δ' ἀθανάτης, πατρὸς δ' αὖ κητοφάγοιο,
Μητρόθεν Ἰδογενὴς, πατρὶς δέ μοι ἐστὶν ἐρυθρὴ
Μάρπησσος, μητρὸς ἱερὴ ποταμὸς δ' Αἰδωνεύς.

Ην δὲ ἔτι καὶ ἐν τῇ Ἴδῃ τῇ Τρωϊκῇ πόλεως Μαρπήσσου τὰ ἐρείπια, καὶ ἐν αὐτοῖς οἰκήτορες ὡς ἑξήκοντα ἄνθρωποι· ὑπέρυθρος δὲ πᾶσα περὶ τὸ Μάρπησσον γῆ, καὶ δεινῶς ἐστιν αὐχμώδης· ὥστε καὶ τῷ Λάδωνι ποταμῷ καταδύεσθαί τε, ἐς τὴν χώραν, καὶ ἀναχόντι τὸ αὐτὸ αὖθις πάσχειν, τέλος δὲ καὶ ἀφανίζεσθαι κατὰ τῆς

γῆς· αἴτιον (ἐμοὶ δοκεῖν) ἐστιν, ὅτι λεπτή τε κατὰ τοῦτο καὶ σπηλαιώδης ἐστιν ἡ Ἴδη. ἀπέχει δὲ Ἀλεξανδρείας τῆς ἐν τῇ Τρῳάδι τεσσαράκοντα ἡ Μάρπησσος καὶ διακόσια στάδια, Τὴν δὲ Ἡροφίλην οἱ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, ταύτην νεωκόρον τε τοῦ Ἀπόλλωνος γενέσθαι τοῦ Σμινθέως, καὶ ἐπὶ τῷ ὀνείρατι τῷ Ἑκάβης χρῆσαί φασιν αὐτὴν, ἃ δὴ καὶ ἐπιτελεσθέντα ἴσμεν. Αὕτη ἡ Σιβύλλα ᾤκησε μὲν τὸ πολὺ τοῦ βίου ἐν Σάμῳ, ἀφίκετο δὲ καὶ ἐς Κλάρον τὴν Κολοφονίων, καὶ ἐς Δῆλον τε, καὶ ἐς Δελφούς. ὁπότε δὲ ἀφίκοιτο, ἐπὶ ταύτης ἱσταμένη τῆς πέτρας ᾖδε. Τὸ μέντοι χρεὼν αὐτὴν ἐπέλαβεν ἐν τῇ Τρῳάδι· καί οἱ τὸ μνῆμα ἐν τῷ ἄλσει τοῦ Σμινθέως ἐστὶ, καὶ ἐλεγεῖον ἐπὶ στήλης.

Ἁδ' ἐγὼ ὁ Φοίβοιο σαφηγερίς. εἰμι Σίβυλλα,
Τῷδ' ὑπὸ λαϊνέῳ σάματι πυθομένα.
Παρθένος αὐδάεσσα τὸ πρίν, νῦν δ' αἰὲν ἄναυδος
Μοίρᾳ ὑπὸ στιβαρῇ τῷδε λαχοῦσα πέδαν.

Ἀλλὰ

postremo penitus occultetur, ad Idæ montis naturam arbitror referendum, quod rarum est ac pertenue solum, & multis cuniculis cauernosum. Abest ab Alexandrea, quæ est in Troade, Marpessus stadia ferme ducenta & quadraginta. Et Herophilen quidem, qui Alexandreæ degunt, Apollinis aiunt Sminthei fuisse aedituam: Hecubæ vero somnium interpretatam ita vt rei qui vulgo notissimus est euentum diuinarit. Magnam vitæ partem egit hæc Sibylla Sami: sed Claron etiam, quæ Colophoniorum vrbs est, venit: venit eadem Delon, & Delphos: ac Delphis quidem, de quo diximus saxo vaticinia edebat sua. Mors ei in Troade contigit: eius est sepulcrum in Sminthei luco, incisis columnæ elogijs:

Illa ego sum Phœbi interpres non vana Sibylla,
Hic quæ marmoreo contineor tumulo:
Vocalis quondam, æternum nunc muta puella,
Heu nimis hæc fati compede pressa graui.

Mercurio tamen & Nymphis ſociata quieſco,
Phœbo, quod fuerim grata, ferens pretium.

Iuxta ſepulchrum erectus eſt Mercurius e lapide figura quadrangula. Ad læuam aqua in conceptaculum delabitur, vbi Nympharum ſigna ſunt. Erythræi (de Herophile enim hi acerrime Græcorum omnium certant) Corycum montem & in eo antrum oſtendunt, in quo natam Herophilen dicunt. Parentes eius fuiſſe Theodorum paſtorem indigenam, & Nympham, cui fuerit cognomen Idææ. Cognominis non eſſe aliam rationem, quã quod condenſa arboribus loca Idas tunc homines appellarint. Verſum quidem de Marpeſſo, deque Aidoneo flumine, eximũt Erythræi ex Herophiles carmine. Iã poſt illã, eam quæ fatidica ipſa etiã fuit, e Cumis

Ἀλλὰ πέλας Νύμφαισι καὶ Ἑρμῇ τῷδ' ὑπόκειμαι,
Μοῖραν ἔχουσ' Ἑκάτου τῆς τότ' ἀνακτορίης.

Ὁ μὲν δὴ παρὰ τὸ μνῆμα ἕστηκεν Ἑρμῆς λίθου τετράγωνον σχῆμα. ἐξ ἀριστερᾶς δὲ ὕδωρ τε καὶ κατερχόμενον ἐς κρήνην, καὶ τῶν Νυμφῶν ἐστι τὰ ἀγάλματα. Ἐρυθραῖοι δὲ (ἀμφισβητοῦσι γὰρ τῆς Ἡροφίλης προθυμότατα Ἑλλήνων) Κώρυκόν τε καλούμενον ὄρος, καὶ ἐν τῷ ὄρει σπήλαιον ἀποφαίνουσι, τεχθῆναι τὴν Ἡροφίλην ἐν αὐτῷ λέγοντες, Θεοδώρου δὲ ἐπιχωρίου ποιμένος καὶ Νύμφης παῖδα εἶναι. Ἰδαίαν δὲ ἐπίκλησιν γενέσθαι τῇ Νύμφῃ, κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν, τῶν δὲ χωρίων τὰ δασέα ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἴδας τότε ὀνομάζεσθαι. Τὸ δὲ ἔπος τὸ ἐς τὴν Μάρπησσον, καὶ τὸν ποταμὸν τὸν Αἰδωνέα, τοῦτο μὲν Ἐρυθραῖοι τὸ ἔπος ἀφαιροῦσιν ἀπὸ τῶν χρησμῶν. Τὴν δὲ ἐπὶ ταύτῃ χρησμοὺς κατὰ ταῦτα, εἰποῦσαν ἐν

Κύμης τῆς ἐν Ὀπικοῖς εἶναι, καλεῖσθαι δὲ αὐτὴν Δημὼ, συνέγραψεν Ὑπέροχος ἀνὴρ Κυμαῖος. χρησμὸν δὲ οἱ Κυμαῖοι τῆς γυναικὸς ταύτης ἐς οὐδένα εἶχον ἐπιδεῖξαι, λίθου δὲ ὑδρίαν ἐν Ἀπόλλωνος ἱερῷ δεικνύουσιν οὐ μεγάλην, τῆς Σιβύλλης ἐνταῦθα κεῖσθαι φάμενοι τὰ ὀστᾶ. Ἐπετράφη δὲ καὶ ὕστερον τῆς Δημοῦς παρὰ Ἑβραίοις τοῖς ὑπὲρ τῆς Παλαιστίνης γυνὴ χρησμολόγος, ὄνομα δὲ αὐτῇ Σάββη. Βηρώσου δὲ εἶναι πατρὸς, καὶ Ἐρυμάνθης μητρός φασι Σάββην. οἱ δὲ αὐτὴν Βαβυλωνίαν, ἕτεροι δὲ Σιβύλλην καλοῦσιν Αἰγυπτίαν. Φαεννὶς δὲ θυγάτηρ βασιλεύσαντος ἀνδρὸς ἐν Χάοσι, καὶ αἱ πέλειαι παρὰ Δωδωναίοις ἐμαντεύσαντο μὲν ἐκ θεοῦ καὶ αὗται· Σίβυλλαι δὲ ὑπὸ ἀνθρώπων οὐκ ἐκλήθησαν. τῆς μέντοι δὴ πυθέσθαι τὴν ἡλικίαν καὶ ἐπιλέξασθαι ῥάδιον τοῖς χρησμοῖς. Ἀντιόχου γὰρ μετὰ τὸ

ἁλῶναι

Cumis quæ ſunt in Opicis) & Demó nomine fuiſſe appellatam, Hyperochus vir Cumanus ſcripſit. Eius tamẽ feminæ prædictionem omnino nullam Cumani, quã cuiquam oſtenderent, habuerunt: oſtendunt tantum vrnulam in Apollinis lapideam, in ea Sibyllæ condita eſſe oſſa dictitantes. Poſt Demó in fatidicarum feminarum numerum conſcripſerunt Hebræi qui ſupra Palæſtinam ſunt, gentilem ſuam, Sabbam nomine, quam Beroſo patre, matre Erymanthe genitam tradunt. hanc alij Babyloniam, Ægyptiam alij Sibyllam vocant. Phaennis vero, hominis in Chaonibus regnantis filia, & Peleæ apud Dodonæos (quas columbas fuiſſe fabulati ſunt) diuinarunt illæ quidem, Sibyllæ tamen non fuerunt ab hominibus vocitatæ Phaënnidis certe neque ætatem inquirere, neque vaticinia colligere eſt difficile: iiſdem enim temporibus extitit, quibus regnum Antiochus

F

capto Demetrio occupauit. Peleadas vero Phemonoë fuisse dicunt ætate superiores, & mulierum omnium primas versus illos decantasse:

Iupiter est, fuit, atque erit; o bone Iupiter alme,
Quæ tribuit fruges, tellurem dicite matrem.

Iustinus in admonitorio ad Græcos.

Perfacile autem vobis erit, rectam religionem ex parte aliqua, & ea quæ proxime ad prophetarum accedunt doctrinam, a veteri Sibylla ex afflatu quodam mirifico per sortes ac responsa vos docente percipere. Hanc Babylone ortam, Berosi, qui Chaldaicam historiam scripsit, filiam ad Campaniæ oras nescio quomodo peruenisse ferunt, vbi responsa dedit, in vrbe cui Cumæ nomen est.

ἀλῶναι Δημήτρειον αὐτίκα ἐς τὴν ἀρχὴν καθισταμένον γέγονε Φαεννίς. τὰς Πελειάδας δὲ Φημονόης τε ἔτι προτέρας γενέσθαι λέγουσι, καὶ ᾆσαι γυναικῶν πρώτας τάδε τὰ ἔπη.

Ζεὺς ἦν, Ζεὺς ἐστί, Ζεὺς ἔσεται, ὦ μεγάλε Ζεῦ.
Α καρποὺς ἀνίει, διὸ κλῄζετε μητέρα γαῖαν.

ΙΟΥΣΤΙΝΟΣ ΕΝ ΛΟΓΩ
Παραινετικῷ πρὸς Ἕλληνας.

Ἔσται δὲ ὑμῖν ῥᾳδίως τὴν ὀρθὴν θεοσέβειαν ἐν μέροις παρὰ τῆς παλαιᾶς Σιβύλλης ἔκ τινος δυνατῆς ἐπιπνοίας διὰ χρησμῶν ὑμᾶς διδασκούσης, μανθάνειν ταῦθ᾽ ἅπερ ἐγγὺς εἶναι δοκεῖ τῆς τῶν προφητῶν διδασκαλίας. ταύτην δὲ ἐν μὲν Βαβυλῶνος ὡρμῆσθαί φασι, Βηρώσου τοῦ τὴν Χαλδαϊκὴν ἱστορίαν γράψαντος θυγατέρα οὖσαν, εἰς δὲ τὰ μέρη τῆς Καμπανίας οὐκ οἶδ᾽ ὅπως διαβᾶσαν, ἐκεῖ τοὺς χρησμοὺς ἐξαγορεύειν ἐν τινι Κουμᾷ οὕτω καλου-

μένῃ πόλει, ἐξ σημαίοις διεσώσῃ Βαΐων, ἔνθα τὰ θερμὰ τῆς Καμπανίας εἶναι συμβαίνει. ἐθεασάμεθα δὲ ἐν τῇ πόλει γενόμενοι καί τινα τόπον ἐν ᾧ βασιλικὴν μεγίστην ἐξ ἑνὸς ἐξεσμένην λίθου ἔγνωμεν, πρᾶγμα μέγιστον, καὶ παντὸς θαύματος ἄξιον, ἔνθα τοὺς χρησμοὺς αὐτὴν ἀπαγγέλλειν (4) ὡς τὰ πάτρια παρειληφότες παρὰ τῶν ἑαυτῶν προγόνων, ἔφασκον. ἐν μέσῳ δὲ τῆς βασιλικῆς ἐπεδείκνυον ἡμῖν τρεῖς δεξαμενὰς ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐξεσμένας λίθου, ὧν πληρουμένων ὕδατος, λούεσθαι αὐτὴν ἐν αὐταῖς ἔλεγον, καὶ στολὴν ἀναλαμβάνουσαν, εἰς τὸν ἐνδότατον τῆς βασιλικῆς βαδίζειν οἶκον ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐξεσμένον λίθου, καὶ ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου καθεζομένην ἐπὶ ὑψηλοῦ βήματος καὶ θρόνου. οὕτω τοὺς χρησμοὺς ἐξαγορεύειν. Ταύτης δὲ τῆς Σιβύλλης ὡς χρησμῳδοῦ πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι τῶν συγγραφέων μέμνηνται, καὶ Πλά-

των ἐν

men est, sexto a Baijs (qui locus thermas Campanas habet) lapide. Vidimus sane ea in vrbe cum essemus, locum quendam, vbi basilicam ingentem vno fabrefactam saxo conspeximus, rem profecto maximã & admiratione omni dignissimam: vbi oracula eam edidisse, qui res patrias a maioribus suis quasi per manus traditas acceperãt affirmabãt. In media autem basilica nobis illi ostenderunt tria solia ex eodẽ excisa lapide, quibus aqua repletis lauisse ibi eam, & stola sumpta in penitissimam se basilicæ ædem eodem extructam saxo abdere, atque in media ea æde super subliniore gradu & throno consideri solitam, & sortes ad eum modum promulgasse dixerunt. Huius Sibyllæ tanquam fatidicæ cum permulti alij meminere scriptores, tum etiam Plato in Phædro. Mihi certe quidem is videtur, cum in illius

vaticinia incidisset, vates diuinitate donasse. Videbat enim prædictiones eius ad rẽ conferri ac proinde admiratione ductus in libro ad Menonem fatidicos laudat, & ad verbũ ita scribit: Recte profecto diuinos eos appellauerimus, quos modo vocamus fatidicos & vates, nec minus hos etiã (in reipublicæ administratione versantes homines) quàm reliquos, atq; insuper eos quoque dixerimus diuinos esse, atque numine instigari afflatos, nec non a Deo agitari attonitos, qui res multas & magnas recte & vere dicunt, nihil eorum quæ loquuntur intelligentes: manifesto & aperte ad carmina respiciens Sibyllæ. Huic enim haudquaquã, sicuti Poetis, etiã postquã poemata scripsere, facultas fuit corrigẽdi atque expoliẽdi respõsa sua, iuxta exquisitionẽ numerorũ & dimensionũ carminis rationẽ: sed in ipso afflatus tempore sortes illa suas explebat: & euanescẽte instinctu ipso, simul quoque dictorum memoria euanuit. Atque hæc ipsa causa est

τῶν ἐν τῷ Φαίδρῳ. δοκεῖ δέ μοι ταῖς ταύ-
της χρησμοῖς ἐντυχὼν ὁ Πλάτων τοὺς χρη-
σμῳδοὺς ἐκθειάζειν. ἑώρα γὰρ τὰ ὑπ' αὐ-
τῆς πάλαι προειρημένα ἔργοις πληρούμενα
καὶ διὰ τοῦτο θαυμάσας ἐν τῷ πρὸς Μένω-
να λόγῳ, αὐταῖς λέξεσιν ἐπαινῶν τοὺς χρη-
σμῳδούς· οὐχ' ἥκιστα φαῖμεν ἂν τούτοις
θείοις εἶναι καὶ ἐνθουσιάζειν ἐπίπνοις ὄντας, καὶ
κατεχομένους ἐκ τοῦ Θεοῦ, ὅταν κατορθῶσι
λέγοντες πολλὰ καὶ μεγάλα πράγματα,
μηδὲν εἰδότες ὧν λέγουσι, σαφῶς καὶ φανε-
ρῶς εἰς τοὺς Σιβύλλης ἀφορῶν χρησμούς·
αὕτη γὰρ οὐχ ὥσπερ οἱ ποιηταὶ, καὶ μετὰ τὸ γρά-
ψαι τὰ ποιήματα εἶχεν ἐξουσίαν διορθοῦ-
σθαι, καὶ ἐπιξέειν μάλιστα διὰ τὴν τῶν μέτρων
ἀκρίβειαν, ἀλλ' ἐν μὲν τῷ τῆς ἐπιπνοίας
καιρῷ τὰ τῆς προφητείας ἐπλήρου. παυσα-
μένης δὲ τῆς ἐπιπνοίας, ἐπέπαυτο καὶ ἡ
τῶν εἰρημένων μνήμη. τοῦτ' οὖν αἴτιον

τοῦ μὴ πάντα τὰ μέτρα τῶν ἐπῶν τῆς Σιβύλλης σώζεσθαι. αὐτοὶ γὰρ ἐν τῇ πόλει γενόμενοι παρὰ τῶν περιηγητῶν μεμαθήκαμεν, τῶν καὶ τοὺς τόπους ἐν οἷς ἐχρησμῴδει ἡμῖν ὑποδειξάντων, καὶ φακόν τινα ἐκ χαλκοῦ κατεσκευασμένον, ἐν ᾧ τὰ λείψανα αὐτῆς σώζεσθαι ἔλεγον. ἔφασκον δὲ μετὰ πάντων ὧν διηγοῦντο καὶ τοῦτο, ὡς παρὰ τῶν προγόνων ἀκηκοότες, ὅτι οἱ ἐκλαμβάνοντες τοὺς χρησμοὺς, τηνικαῦτα ἐκτὸς παιδεύσεως ὄντες πολλαχοῦ τῆς τῶν μέτρων ἀκριβείας διήμαρτον, καὶ ταύτην ἔλεγον αἰτίαν εἶναι τῆς ἐνίων ἐπῶν ἀμετρείας, τῆς μὲν χρησμῳδοῦ μετὰ τὸ πεπαῦσθαι τῆς κατοχῆς καὶ τῆς ἐπιπνοίας, μὴ μεμνημένης τῶν εἰρημένων, τῶν δὲ ὑπογραφέων δι' ἀπαιδευσίαν τῆς τῶν μέτρων ἀκριβείας ἐκπεπτωκότων. διὰ τοῦτο τοίνυν τὸν Πλάτωνα εἰς τοὺς τῆς Σιβύλλης ἀφορῶντα χρησμοὺς περὶ τῶν χρησμῳδῶν τοῦτ'

εἰρηκέναι

quamobrem non omnes carminis numeros Sibyllæ seruent oracula. Quin ipsi quoque, cum in vrbe ea essemus, indicibus, qui hospites ad ea quæ visenda sunt ducere solent, ostendentibus, qui nobis loca etiam in quibus illa est vaticinata commonstrarũt, vidimus loculum quendam ex aere elaboratum, vbi reliquias eius seruari dicebant. Insuper inter alia omnia quæ indices isti exposuerunt, illud quoque fuit: a maioribus se audiuisse, quod qui responsa ab oraculo excipiebant, quia tum ab eruditione alieni fuissent, multoties in accuratiore numerorum obseruatione errauerint: & proinde istam illi carminum quorundã inconcinnitatis attulerunt causam, quod cum vates ipsa mentis emotione et afflatu libera, dictorum suorum memoriam non retinuerit: tum qui oracula scripto mandabant, propter imperitiam numerorum obseruãdorum accurata ratione exciderint. Quapropter Platonẽ in Sibyllæ oracula innuẽtem, de vatibus hoc

dixisse constat, ita scribentem: Cum multas magnasque res recte & vere dicunt, nihil eorum quæ loquuntur intelligentes. Porro cum non in poeticis numeris, neque in ea quæ apud vos clara habetur eruditione, viri Græci, res veri cultus Dei sint sitæ, relicta deinceps carminum & orationum exquisita ratione, ad dicta Sibyllæ, citra contentionis studium, animum aduertentes, cognoscite tandem, quorum vobis illa bonorum futura sit cōciliatrix, Seruatoris nostri Iesu Christi aduentum disertis verbis clare prædicens: Qui cum Dei sit verbum, virtute ac potentia ab eo indiscretum, homine qui iuxta imaginem & similitudinem Dei conformatus est, assumpto, ad memoriam nos priscorum parentum nostrorum religionis reuocauit. quam qui ex eis prognati sunt, mortales relinquentes, inuidi dæmonis instinctu, ad eorum qui dicuntur & non sunt, vtpote falsorũ deorum, delapsi sunt cultum. Quod si vos addubitatio aliqua conturbat,

εἰρηκέναι δῆλον. ἔφη γὰρ οὕτως, Ὅταν κατορθῶσι λέγοντες πολλὰ καὶ μεγάλα πράγματα, μηδὲν εἰδότες ὧν λέγουσι. Πλὴν ἀλλ' ἐπειδήπερ, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, οὐκ ἐν ποιητικοῖς μέτροις τὰ τῆς ἀληθοῦς θεοσεβείας πράγματα, οὐδὲ ἐν τῇ παρ' ὑμῖν εὐδοκιμούσῃ παιδεύσει, ἀφέμενοι λοιπὸν τῆς τῶν μέτρων καὶ λόγων ἀκριβείας, τοῖς ὑπ' αὐτοῖς εἰρημένοις ἀφιλονείκως προσέχοντες, γνῶτε πόσων ὑμῖν ἀγαθῶν αἰτία ἔσται, τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἄφιξιν σαφῶς καὶ φανερῶς προαγορεύουσα, ὃς τοῦ Θεοῦ ὑπάρχων λόγος ἀχώριστος δυνάμει, τὸν κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ πλασθέντα ἀναλαβὼν ἄνθρωπον, τῆς τῶν ἀρχαίων ἡμᾶς προγόνων ἀνέμνησε θεοσεβείας, ἣν οἱ ἐξ αὐτῶν γενόμενοι ἄνθρωποι καταλιπόντες, διδασκαλίᾳ βασκάνου δαίμονος ἐπὶ τὴν τῶν μὴ θεῶν ἐτράπησαν θρησκείαν. εἰ δέ τις ὄκνος ὑμῖν

ἐνοχλεῖ πίστεως περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου πλά-
σεως, πείσθητε τούτοις, οἷς ἔπι προσέχειν οἴε-
σθε δεῖν, καὶ γνῶτε ὅτι τὸ παρ' ἡμῖν χρηστήριον
ἀξιωθὲν ὑπό τινος ὕμνον τοῦ παντοκράτορος
ἐκδοῦναι Θεοῦ, οὕτως ἐν μέσῳ τοῦ ὕμνου ἔφη,
Ὃς πρῶτον πλάσας μερόπων, Ἀδὰμ δὲ
καλέσας· καὶ τοῦτον σώζεσθαι τὸν ὕμνον πα-
ρὰ πολλοῖς ὧν ἴσμεν συμβαίνει, εἰς ἔλεγχον
τῶν μὴ πείθεσθαι τῇ ὑπὸ πάντων μαρτυρου-
μένῃ ἀληθείᾳ βουλομένων. εἰ τοίνυν, ὦ ἄν-
δρες Ἕλληνες, μὴ προτιμοτέραν ἡγεῖσθε
τῆς ὑμῶν αὐτῶν σωτηρίας τὴν περὶ τῶν μὴ
ὄντων θεῶν ψευδῆ φαντασίαν, πείσθητε, ὥσ-
περ ἔφην, τῇ ἀρχαιοτάτῃ καὶ σφόδρα πα-
λαιᾷ Σιβύλλῃ, ἧς τὰς βίβλους ἐν πάσῃ τῇ
οἰκουμένῃ σώζεσθαι συμβαίνει, περὶ μὲν τῶν
λεγομένων θεῶν, ὡς μὴ ὄντων, ἀπό τινος δυ-
νατῆς ἐπιπνοίας διὰ χρησμῶν ὑμᾶς διδα-
σκούσῃ· περὶ δὲ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ

Χριστοῦ

conturbat, quo minus creationem hominis credatis: eis duntaxat fidem habete, quorum vos auctoritatem sequi debere existimatis: ac scitote, oraculum vestrum a quopiam, vt hymnum & laudem omnipotentis ederet Dei, rogatum, sic illud in medio hymno cecinisse:

Quem primum finxit mortalem, dixit
Adamum.

Atque hymnus hic multis qui mihi noti sunt asseruatur: ad eos coarguendos, qui omnium testificatione confirmatæ veritati credere nolunt. Itaque viri Græci, si falsam de eis qui non sunt, dijs imaginationem salute vestra antiquiorem non habetis: credite, sicut dixi, antiquissimæ & priscæ admodum Sibyllæ, cuius libri in vniuerso extant orbe, de eis qui dicuntur, nõ sunt autem, dijs mirifico quodã præpotẽtis numinis afflatu sortibus vos datis docẽti: de futuro autẽ Seruatoris nostri Ie-

ſu Chriſti aduentu, ac de rebus ab eo gerendis liquido & aperte vaticinanti. Harum namque rerum cognitio pernecessaria fuerit, ſacrorum virorum prædictiones antecedens præmeditatio. Denique ſi quis opinetur ab antiquiſsimis quibusque, ſicuti apud vos nominati fuerunt, philoſophis, de Deo diſcendam eſſe rationem, Acmonem is & Mercurium audiat: illum quidem in libris de eo ſuis, Deum πάγκρυφον *id eſt prorſus occultum nominantem: hunc vero clare & manifeſte dicentem, Deum intelligentia comprehendere difficile eſt, eloqui autem impoßibile, ei quoque cui intelligentia illum noſſe ſit poßibile. Undequaque ergo & modis omnibus ſcire conuenit, nullo plane pacto aliter aut aliunde de Deo, vel de recta religione diſci quidquam poſſe, quàm a prophetis ſolis, qui diuina inſpiratione afflati vos docent & inſtituunt.*

Clemens

Χριστοῦ μηνυούσης ἔσεσθαι προῤῥήσεις, καὶ περὶ πάντων ὧν ὑπ' αὐτοῦ γίνεσθαι μελλόντων σαφῶς καὶ φανερῶς προαναφωνούσῃ. ἔσται γὰρ ὑμῖν ἀναγκαῖον προγύμνασμα ἡ τούτων γνῶσις τῆς τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν προφητείας. Εἰ δέ τις οἴοιτο παρὰ τῶν πρεσβυτάτων παρ' αὐτοῖς ὀνομασθέντων φιλοσόφων τὸν περὶ Θεοῦ μεμαθηκέναι λόγον, Ἀμμωνός τε καὶ Ἑρμοῦ ἀκουέτω, Ἀμμωνος μὲν ἐν τοῖς περὶ αὐτοῦ λόγοις πάγκρυφον τὸν Θεὸν ὀνομάζοντος, Ἑρμοῦ δὲ σαφῶς καὶ φανερῶς λέγοντος, θεὸν νοῆσαι μέν ἐστι χαλεπὸν, φράσαι δὲ ἀδύνατον, ᾧ καὶ νοῆσαι δυνατόν. Πανταχόθεν τοίνυν εἰδέναι προσήκει, ὅτι οὐδαμῶς ἕτερος περὶ θεοῦ ἢ τῆς ὀρθῆς θεοσεβείας μανθάνειν οἷόν τε, ἢ παρὰ τῶν προφητῶν μόνον τῶν διὰ τῆς θείας ἐπιπνοίας διδασκόντων ὑμᾶς.

ΚΛΗΜΗΣ Ο ΑΛΕΞΑΝΔΡΙνὸς στρωματέων βιβλ. ά.

Ἡράκλειτος οὐκ ἀνθρωπίνως φησὶν, ἀλλὰ σὺν θεῷ μᾶλλον Σιβύλλη πεφάνθαι. φασὶ γ' οὖν ἐν Δελφοῖς παρὰ τὸ βουλευτήριον δείκνυσθαι πέτραν τινὰ, ἐφ' ἧς λέγεται καθίζεσθαι τὴν πρώτην Σύβυλλαν ἐκ τῆς Ἑλικῶνος παραγενομένην, ὑπὸ τῶν μουσῶν τραφεῖσαν· ἔνιοι δὲ φασὶν ἐκ Μαλιαίων ἀφικέσθαι, Λαμίας οὖσαν θυγατέρα τῆς Σιδῶνος. Σαραπίων δὲ ἐν τοῖς ἔπεσι, μηδὲ ἀποθανοῦσαν λῆξαι μαντικῆς φισὶ τὴν Σίβυλλαν, καὶ τὸ μὲν εἰς ἀέρα χωρῆσαν αὐτῆς μετὰ τελευτὴν, τοῦτ' εἶναι τὸ ἐν φήμαις καὶ κληδόσι μαντευόμενον· τοῦ δὲ εἰς γῆν μεταβαλόντος σώματος, πόας, ὡς εἰκὸς, ἀναφυείσης, ὅσα δὴ αὐτὴν ἐπινεμηθῇ θρέμματα κατ' ἐκεῖνον δήπουθεν γενόμενα τὸν τόπον ἀκριβῆ, τὴν διὰ τῶν σπλάγχνων τοῖς ἀνθρώποις προ-

φαίνειν

Clemens Alexandrinus libro primo Stromat.

Heraclitus ſcribit, Sibyllæ non humanitus, ſed diuinitus res futuras oſtenſas eſſe. Dicunt ſane, Delphis apud curiam oſtendi petram quandam, in qua prima Sibylla, cum eo ex Helicone a Muſis educata veniſſet, ſediſſe dicitur. nonnulli ex Malea veniſſe aiunt, Lamiæ ex Sidone filiam. Serapion autem neque mortuam deſiiſſe vaticinari Sibyllam tradit: & quod poſt obitum in aerem abierit, ſortibus & auguriis diuinare. e corpore autem in terram coniecto herbam, vt fieri ſolet, progreſſam eſſe: quam quæ in eis locis ſunt pecudes depaſcentes, mortalibus in viſceribus certam futuro-

rum præmonstrant significationem. Et animam eius esse putat, quæ in luna apparet faciem. Et hæc de Sibyllis.

Item.

Neque vero Moses, solus, sed etiam Sibylla Orpheo antiquior est. Traditur enim & de nomine eius, & de oraculis quæ illi asscribuntur, quorum sunt complures libri: eamque fuisse Phrygiam nomine Dianam, quæ ad Delphos profecta sic cecinerit:

O Delphi, Phœbi ferientis qui eminus estis
Serui, veni ad vos Iouis expositura potentis
Mentem, in germanum cum sim bile percita
Phœbum.

Est autem alia quoque quæ vocatur Herophile Erythræa. Harum meminit Heraclides Ponticus in libro de Oraculis. Mitto Ægyptiam, & Italicam quæ Romæ habitauit Carmentale, cuius fuit filius Euander: qui

Romæ

φαίνειν τοῦ μέλλοντος δήλωσιν γράφει· τὴν δὲ ψυχὴν αὐτῆς εἶναι τὸ ἐν τῇ σελήνῃ φαινόμενον πρόσωπον οἴεται. τάδε μὲν περὶ Σιβύλλης

Καὶ αὖθις.

Καὶ οὔτι γε μόνος οὗτος (ὁ Μωυσῆς) ἀλλὰ καὶ ἡ Σίβυλλα Ὀρφέως παλαιοτέρα· λέγεται γὰρ καὶ περὶ τῆς ἐπωνυμίας αὐτῆς, καὶ περὶ τῶν χρησμῶν τῶν καταπεφημισμένων ἐκείνης εἶναι, λόγοι πλείους· Φρυγίαν τὴν οὖσαν, κεκλῆσθαι Ἄρτεμιν, καὶ ταύτην παραγενομένην εἰς Δελφοὺς ᾆσαι·

Ὦ Δελφοὶ θεράποντες ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος
Ἦλθον ἐγὼ χρήσουσα Διὸς νόον αἰγιόχοιο,
Αὐτοκασιγνήτῳ κεχολωμένη Ἀπόλλωνι.

Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Ἐρυθραία Ἡροφίλη καλουμένη. μέμνηται τούτων Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ χρηστηρίων· ἐῶ δὲ τὴν Αἰγυπτίαν καὶ τὴν Ἰταλήν, ἣ ἐν Ῥώμῃ Κάρμαλον ᾤκησεν· ἧς υἱὸς Εὔανδρος, ὁ τὸ ἐν

Ῥώμῃ τοῦ Πανὸς ἱερὸν τὸ Λουπέρκιον καλούμενον κτίσας.

ΣΤΕΦΑΝΟΣ ΠΕΡΙ πόλεων.

Γέργις, πόλις Τροίας. ἀφ' ἧς Γεργιθία ἡ χρησμολόγος Σιβύλλα, ἥτις καὶ τετύπωτο ἐν τῷ νομίσματι τῶν Γεργιθίων, αὐτή τε καὶ ἡ σφὶγξ, ὡς Φλέγων ἐν Ὀλυμπιάδων πρώτῃ. ἐν δὲ τῷ ἱερῷ τοῦ Γεργιθίου Ἀπόλλωνος, Σιβύλλης φασὶν εἶναι τάφον.

Μερμησσὸς πόλις Τρωϊκὴ, ἀφ' ἧς ἡ Ἐρυθραία Σιβύλλα. ἦν γὰρ καὶ ἡ πόλις αὐτὴ ἐρυθρᾷ τῷ χρώματι.

ΕΥΣΤΑΘΙΟΣ Ο ΤΟΥ Ὁμήρου σχολιαστής.

Ἀῤῥιανός φησιν, ὅτι Δάρδανος ἐκ Σάμου τῆς Θρακίας ἐλθὼν, τὰς τοῦ Τεύκρου βασιλέως θυγατέρας ἔγημε, Νησὼ καὶ Βάτειαν, καὶ ἐκ μὲν τῆς Νησοῦς ἦν αὐτῷ θυγάτηρ Σίβυλλα

Romæ templum Panis, quod Lupercal appellatur, condidit.

Stephanus de vrbibus.

Gergis, oppidum Troiæ. a qua Gergithia Sibylla, femina fatidica, quæ vna cũ ſphinge in Gergiticorum moneta expreſſa eſt, vt Phlegon in prima olympiade ſcribit. Ferunt in Gergithij Apollinis templo, Sibyllæ ſepulchrum eſſe.

Merpeſſus oppidum eſt in Troiæ regione, ex quo Erythræa Sibylla oriũda fuit. erat autem ea vrbs ruſſa colore.

Euſtathius Homeri ſcholiaſtes.

Arrianus tradit, Dardanum cum ex Samo Thracica veniſſet; Teucri regis filias ſibi deſponſaſſe, Nesó & Batean dictas, & ex Nesó filiam ipſi na-

tam fuisse Sibyllã vatem: a qua quotquot mulieres fatidicæ fuerunt, Sibyllæ dicebantur, non quod sanguine illi iunctæ essent, sed quia similiter Deum paterentur, id nominis sortitæ.

Aristophanis scholiastes in auibus.

Tres fuerunt Sibyllæ: quarum prima se Apollinis sororẽ in suis versibus dixit: secunda Erythræa, tertia Sardiana nominatur.

Hermias philosophus in secundo libro scholiorum ad Platonis Phædrum.

De Sibylla adeo miranda narrantur, vt fabulæ videri queant. Multæ certe Sibyllæ fuerunt, omnes diuinandi artem amplexæ. Et ob aliquam forte causam, commune nomen Sibyllæ assumpserunt. Perinde ac Mercurius Trismegistus

τηρ Σιβύλλα ἡ μάντις, ἀφ' ἧς καὶ ἄλλαι γυναῖκες ὅσαι ἐγένοντο μαντικαὶ, σίβυλλαι ἐλέγοντο, οὐχ ὡς πρὸς αἷματος αὐτῇ οὖσαι, ἀλλὰ διὰ τὴν ὁμοίαν θεοφορίαν, τυχοῦσαι τῆς ἐπικλήσεως.

ΣΧΟΛΙΑΣΤΗΣ ΑΡΙΣΤΟ-φάνους ἐν Ὄρνισι.

Σιβύλλαι τρεῖς ἐγένοντο, ὧν ἡ μὲν ἐστιν, ὡς διὰ τῆς ποιήσεως φησὶν, Ἀπόλλωνος ἀδελφή. δευτέρα δὲ, Ἐρυθραία· τρίτη δὲ, ἡ Σαρδιανή.

ΕΡΜΕΙΑΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν εἰς τὸν Πλάτωνος Φαῖδρον σχολίων.

Περὶ δὲ τῆς Σιβύλλης οὕτως ἐστὶ θαυμαστὰ λεγόμενα, ὥστε δόξαι μύθους εἶναι. πολλαὶ μέντοι σιβύλλαι γεγόνασι πᾶσαι τὸ μαντικὸν ἑλόμεναι βίον. πᾶσαι μέντοι διά τινα ἴσως αἰτίαν εἵλοντο σιβύλλαι προσαγορεύεσθαι. ὥσπερ δὴ ὁ τρισμέγιστος Ἑρμῆς

λέγεται πλεονάκις ἐπιδημήσας τῇ Αἰγύπτῳ, ἑαυτοῦ ἀνεμνῆσθαι καὶ τρίτον κεκλῆσθαι Ἑρμῆν. καὶ τρεῖς δὲ λέγονται Ὀρφεῖς παρὰ Θρᾳξὶ γενέσθαι. ἴσως οὖν καὶ αὗται κατά τινα κοινωνίαν καὶ ἀνάμνησιν εἵλοντο ταύτας τὰς προσηγορίας. ἐπεὶ αὐτήγε ἡ Σίβυλλα ἡ Ἐρυθραία, περὶ ἧς νῦν λέγει, Ἐριφύλη ἐκαλεῖτο ἐξ ἀρχῆς. λέγουσι δὲ αὐτὴν εὐθὺς προελθοῦσαν, προειπεῖν ἐξ ὀνόματος ἑκάστου, καὶ ἔμμετρα φθέγξασθαι, καὶ ἐν βραχεῖ χρόνῳ τέλειον εἶδος ἀνθρώπου λαβεῖν.

ΣΟΥΙΔΑΣ.

Σίβυλλα, Δελφὶς, ἣν καὶ Ἄρτεμιν προσηγόρευσαν. γέγονε δὲ αὕτη πρὸ τῶν Τρωϊκῶν, καὶ ἔγραψε χρησμοὺς δι' ἐπῶν. ὁ πατὴρ Σιβύλλης τῆς Χαλδαίας Βηρωσὸς ἐκαλεῖτο, ἡ δὲ μήτηρ αὐτῆς Ἐρυμάνθη.

Σίβυλλα, Ἀπόλλωνος καὶ Λαμίας, κατ'

gistus in Ægypto degens sæpe sui dicitur meminisse, seque tertium Mercurium appellasse. Apud Thracas quidem tres Orphei fuisse feruntur. Quapropter & hæ forsitan ob communionem & commonefactionem quandam idem cognomen vsurparunt. Quia ipsa quoque Sibylla Erythræa, de qua nunc sermo est, olim Eriphyle vocabatur: quam aiunt recta prodeuntem, ex cuiuslibet nomine futura prædicere, carminaque profari; ac breui tempore ad hominis formam redire.

Suidas.

Sibylla Delphica, etiam Diana dicta, bellum Troianum antecessit, & versibus heroicis scripsit oracula. Pater Sibyllæ Chaldææ Berosus dictus fuit, mater Erymanthe.

Sibylla Apollinis & Lamiæ filia, se-

cundum quosdam autem Aristocratis & Hydoles: vt vero alij tradunt, Crinagoræ: vt Hermippus, Theodori. Erythræa, eo quod nata esset in loco Erythrarum, qui Batti appellabatur. Nunc ipse locus in vrbis modum exædificatus, dicitur Erythre. Quidam eam Siculam, quidam (Σαρδάναν) Sardanam, quidam Gergethiam, quidā Rhodiam, alij Libycam, alij Lucanam, alij Samiam esse putauerunt. Fuit autem post excidij Troiani tempora annis 483. & hos libros composuit: De palpitationibus, Carmina, Oracula. Dicitur & triangulari forma Lyram prima inuenisse.

Sibylla, Elissa, scripsit diuinationes & oracula versibus.

Sibylla Colophonia, Lampusa dicta, a Calchante oriunda, & ipsa diuinationes & oracula & alia quædam versibus edidit.

Sibylla

δέ τινας Ἀριστοκράτους καὶ Ὑδώλης· ὡς δὲ ἄλλοι, Κριναγόρου· ὡς δὲ Ἕρμιππος, Θεοδώρου· Ἐρυθραία, παρὰ τὸ γεννηθῆναι ἐν χωρίῳ τῶν Ἐρυθρῶν ὃ προσηγορεύετο Βάτοι. νῦν δὲ αὐτὸ τὸ χωρίον πολισθὲν προσαγορεύεται Ἐρυθραί. τινὲς δὲ αὐτὴν Σικελὴν, ἄλλοι Σαρδανὴν, ἄλλοι Γεργῆθαν, ἄλλοι δὲ Ρωδίαν, ἄλλοι δὲ Λίβυσσαν, ἄλλοι Λευκανὴν, ἄλλοι Σαμίαν ἐδόξασαν. Γέγονε δὲ τοῖς χρόνοις τῆς Τρωϊκῆς ἁλώσεως, μετὰ υπγ΄ ἔτη, καὶ συνετάξατο βιβλία ταῦτα· περὶ παλμῶν, μέλη, χρησμούς· λέγεται δὲ καὶ τρίγωνον εἶδος λύρας αὐτὴν πρώτην εὑρεῖν.

Σίβυλλα, ἔλισσα, ἔγραψε μαντείας καὶ χρησμοὺς δι᾽ ἐπῶν.

Σίβυλλα, Κολοφωνία, ἥτις ἐκλήθη Λάμπουσα, ἀπόγονος Κάλχαντος, καὶ αὐτὴ μαντείας καὶ χρησμοὺς δι᾽ ἐπῶν καὶ ἄλλα.

Σίβυλλα Θετταλὴ, ἡ κληθεῖσα καὶ Μαντὼ, ἀπόγονος Τειρεσίου.

Σίβυλλα, ἡ κληθεῖσα ὑπό τινων Σάρδις, ὑπὸ δέ τινων Κασάνδρα, ἄλλων δὲ Ταραξάνδρα· καὶ αὐτὴ χρησμοῖς.

Σίβυλλα Κυμαία, καὶ Σίβυλλα Θεσπρωτὶς, ὁμοίως χρησμοῖς.

Σίβυλλα Χαλδαία, ἡ καὶ πρός τινων Ἑβραία ὀνομαζομένη, ἡ καὶ Περσὶς, ἡ κυρίῳ ὀνόματι καλουμένη Σαμβήθη, ἐκ τοῦ μακαριωτάτου Νῶε, ἡ περὶ τῶν κατὰ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα λεγομένων προειρηκυῖα· ἧς μνημονεύει Νικάνωρ ὁ τὸν Ἀλεξάνδρου βίον ἱστορήσας· ἡ περὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ μυρία προθεσπίσασα καὶ τῆς αὐτοῦ παρουσίας. ἀλλὰ καὶ αἱ λοιπαὶ συνᾴδουσιν αὐτῇ, πλὴν ὅτι ταύτης εἰσὶ βιβλία κδʹ περὶ παντὸς ἔθνους καὶ χώρας περιέχοντα. ὅτι δὲ οἱ στίχοι αὐτῆς ἀτελεῖς καὶ ἄμετροι εὑρίσκονται, οὐ τῆς

προφή-

Sibylla Thessalica, Manto dicta, a Tiresia oriunda.

Sibylla a quibusdam Sarbis, a quibusdam Cassandra dicta, ab aliјs Taraxandra, oracula & ipsa edidit.

Sibylla Cumana, & Sibylla Thesprotia, eodem modo oracula ediderunt.

Sibylla Chaldæa, quæ a quibusdam Hebræa nominatur, & Persica, suo nomine Sambethe dicta, a beatissimo Noe oriunda. De Alexandro Macedone vaticinata est: cuius meminit Nicanor, qui vitam Alexandri scripsit. Hæc de domino Christo, et eius aduentu plurima prædixit. Sed et reliquæ cum ea consentiunt, nisi quod huius libri sunt XXIIII. de gente qualibet atque regione agentes. Quod autem versus eius imperfecti & vitiosi reperiuntur, non

prophetidis culpa est, sed notariorum: qui orationis impetum assequi non potuerunt: aut etiam indocti fuerunt, & imperiti grammatices. Vna enim cum afflatu, etiam eorum quæ ab ea dicta essent, memoria desinebat: eaque de causa & versus imperfecti reperiuntur, & sententia claudicans. Aut etiam certo Dei consilio factum hoc est, ne a multis indignis oracula eius cognoscerentur: aut longum tempus, vt & aliorum multorum, huius rei causa fuit. Atque etiam obscuritas eorum quæ a prophetide dicta sunt, & crebra librorum descriptio: nihil miri est, si & sententiæ confusionem & versuum perturbationem attulerunt.

Sibyllæ diuersis et locis et tẽporibus fuerũt decẽ. Prima Chaldæa seu Persica, suo nomine

προφήτιδος ἐστὶν ἡ αἰτία. ἀλλὰ τῶν ταχυγράφων, οὐ συμφθασάντων τῇ ῥύμῃ τοῦ λόγου, ἢ καὶ ἀπαιδεύτων γινομένων καὶ ἀπείρων γραμματικῆς· ἅμα γὰρ τῇ ἐπιπνοίᾳ ἐπέπαυτο ἡ τῶν λεχθέντων μνήμη· καὶ διὰ τοῦτο εὑρίσκονται οἱ στίχοι ἀτελεῖς, καὶ διάνοια σκάζουσα. εἴτε κατ' οἰκονομίαν Θεοῦ τοῦτο γέγονεν, ὡς μὴ γινώσκοιντο ὑπὸ πολλῶν καὶ ἀναξίων οἱ χρησμοὶ αὐτῆς· εἴτε δὴ καὶ ὁ μακρὸς χρόνος, ὡς καὶ ἄλλων πολλῶν αἴτιος τούτου ὑπῆρξεν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἡ ἀσάφεια τῶν ὑπὸ τῆς προφήτιδος εἰρημένων, καὶ τὸ πλεονάκις ἴσως ἀντιγραφῆναι τὰ βιβλία, οὐδὲν θαυμαστὸν, εἰ σύγχυσιν τῆς τε διανοίας καὶ τῶν μέτρων ἐμπεποιήκεσαν.

Σίβυλλαι γεγόνασιν ἐν διαφόροις τόποις καὶ χρόνοις, τὸν ἀριθμὸν δέκα. πρώτη οὖν ἡ Χαλδαία, ἡ καὶ Περσὶς, ἡ κυρίῳ ὀνόματι

καλουμένη Σαμβήθη· δευτέρα, ἡ Λίβυσσα· τρίτη, ἡ Δελφὶς, ἡ ἐν Δελφοῖς τεχθεῖσα· τετάρτη, ἡ Ἰταλικὴ, ἡ ἐν Κιμμερίᾳ τῆς Ἰταλίας· πέμπτη, ἡ Ἐρυθραία, ἡ περὶ τοῦ Τρωϊκοῦ προειρηκυῖα πολέμου· ἕκτη, Σαμία, ἡ κυρίῳ ὀνόματι καλουμένη Φυτὼ, περὶ ἧς ἔγραψεν Ἐρατοσθένης· ἑβδόμη, Κυμαία, ἡ καὶ Ἀμαλθαία καὶ Ἱεροφίλη· ὀγδόη, Ἑλλησποντία, τεχθεῖσα ἐν κώμῃ Μαρμισσῷ, περὶ τὴν πολίχνην Γεργίτιον· αἳ τῆς ἐνορίας ποτὲ Τρῳάδος ἐτύγχανον ἐν καιροῖς Σόλωνος καὶ Κύρου· ἐνάτη, Φρυγία· δεκάτη, ἡ Τιβουρτία, ὀνόματι Ἀλβουναία. φασὶ δὲ ὡς ἡ Κυμαία ἐννέα βιβλία χρησμῶν ἰδίων προσεκόμισε Ταρκυνίῳ Πρίσκῳ, τῷ τηνικαῦτα βασιλεύοντι τῶν Ῥωμαίων, καὶ τούτου μὴ προσηκαμένου ἔκαυσε βιβλία β΄.

Σίβυλλα, Ῥωμαϊκὴ λέξις ἐστὶν, ἑρμηνευομένη προφῆτις, ἤγουν μάντις· ὅ-

θεν ἐνὶ

nomine Sambethe. Altera, Libyca. Tertia, Delphica, Delphis nata. Quarta, Italica, quæ (ἐν κώμῃ lego, pro ἐν κιμμερίᾳ) Cumis in Italia fuit. Quinta, Erithræa, quæ ante bellum Troianum diuinauit. Sexta, Samia, ſuo nomine dicta Phyto, de qua ſcripſit Eratoſthenes. Septima, Cumana, quæ & Amalthæa, & Hieropile. Octaua, Helleſpontia, nata in pago Marmiſſo, iuxta oppidulum Gergitium (αἱ τῆς ἐνοείας ποτὲ Τρωάδος ἐτύγχανον) quæ aliquando Troianæ ditionis fuerunt. temporibus Solonis & Cyri. Nona, Phrygia. Decima, Tiburtina, nomine Albunea. Cumanam tradunt nouem libros ſuorum oraculorum obtuliſſe Tarquinio Priſco, Romanorum regi : quos cum ille repudiaſſet, cremaſſe duos.

Sibylla vatem ſignificat: itaque omnes

fatidicæ mulieres hoc nomine appellantur.

Et iterum.

Brutides mulieres ita dictæ, veluti Sibyllæ & prophetides. Omnes autem numine afflatas, Sibyllas vocabant.

Idem in περιμηθῶς.

Eo tempore (Iudicum Hebræorum tempore quo vixerunt Prometheus, Epimetheus, Atlas, Argus) fuit & fatidica Sibylla, regnante apud Ægyptios Pharaone, qui & Taracho dicitur.

Georgius Cedrenus.

Ac regina Sabæ, quæ a Græcis Sibylla dicta fuit, audita Salomonis fama, Hierosolyma aduenit, vt proposita quæstione de sapientia eius periculum faceret. nam & ipsa Sibylla ob ingenij promptitudinem, sapientiamque, & rerum multarum peritiam magni erat nominis. De hac etiam dominus dixit, Ab extremis terræ finibus

θεν ἐνὶ ὀνόματι αἱ θήλειαι, μάντιδες ὠνομάσθησαν.

Καὶ αὖθις.

Βρούτιδες γυναῖκες οὕτω καλούμεναι, οἱονεὶ σιβύλλαι καὶ προφήτιδες· πάσας δὲ τὰς ἐνθουσιάσας σιβύλλας ἐκάλουν.

ὁ αὐτός.

Ην δὲ τότε καὶ μάντις Σιβύλλα, βασιλεύοντος παρὰ Αἰγυπτίοις Φαραὼ τοῦ καὶ Παραχώ.

ΓΕΩΡΓΙΟΣ ΚΕΔΡΗΝΟΣ.

Καὶ βασίλισσα Σαβᾶ, ἥτις ἐλέγετο Σιβύλλα παρὰ ἕλλησιν, ἀκούσασα τὸ ὄνομα Σολομῶντος, ἦλθεν εἰς Ιερουσαλὴμ πειράσαι αὐτὸν ἐν αἰνίγμασι. ἦν γὰρ καὶ αὐτὴ ἡ Σιβύλλα πάνυ ἐπ' ἀγχινοίᾳ τε καὶ σοφίᾳ, καὶ πολυπειρείᾳ διαβόητος. περὶ ἧς καὶ ὁ κύριος ἔφη, βασίλισσα νότου ἦλθεν ἐκ τῶν

περάτων τῆς γῆς, ἰδεῖν τὴν σοφίαν Σολομῶντος.

Αὐτίκα.

Αμεσίας υἱὸς Ιωάδος βασιλεύει ἔτη κθ'. ἐπὶ τούτου Σίβυλλα ἡ Κυμαία ἐγνωρίζετο.

Καὶ πάλιν.

Εφ' ὧν καὶ Σίβυλλα ἡ Σαμωναία ἐγνωρίζετο.

Μετὰ βραχύ.

Κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ἡ Σίβυλλα ἐν Σάμῳ ἐγνωρίζετο.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡΕΥΣ

ἱστορία α'. τῶν Γοτθικῶν πολέμων.

Εν τῇ Κύμῃ ἐστὶ ἐπιχώριοι τὸ Σιβύλλης δεικνύουσι σπήλαιον. ἔνθα δὴ αὐτῆς τὸ μαντεῖον γενέσθαι φασιν.

finibus Austrinam venisse reginam, vt sapientiam Salomonis cerneret.

Statim.

Amasias filius Ioasi regnauit annos XXIX. *Huius ætate Sibylla Cumæa innotuit.*

Et rursum.

Tunc(tempore Iosiæ regis) Sibylla Samonaea innotuit.

Paulo post.

Tunc (Darij Astyagis tempore) & in Samo Sibylla innotuit.

Procopius Cæsariensis lib.1. de bello Gotth.

Cumis incolæ ipsi Sibyllæ speluncam ostendunt, in eaque ferunt illam vaticinatam fuisse.

Agathias lib.1.

Spelunca erat vtrinque patentior & profunda, penitißimisque & amplißimis penetralibus, voraginibusque immensis in abruptum descenderat. Hanc ferunt Sibyllam Italicensem illam & magnam incoluisse, quæ Phœbo capta, & spiritu diuino instincta, petentibus futura prædiceret. Siquidem Æneæ, Anchisæ filio, tradunt se adeunti omnia prædixisse, quæ illi essent in posterum occursura.

Iamblichus ad Porphyrium..

Sibylla in Delphis duplici ratione Deum suscipere solita est: aut enim per tenuem spiritum & ignem, qui alicubi ex ore quodam antri prorumpebat: aut ipsa etiam in adyto sedẽs super æneam sellam, quæ tripes vel quadrupes foret, numinique dicata, & vtrobique diuino illo spiritu acta, vaticinia fundebat: itaque cum plurimus ignis ex antro euolans vati vndique

dique circumfunditur, eamque ſuo numine repletam agitat. Aut item ſacratæ ſedi adhæret, per quam Deo afflata protinus ad vaticinia erumpit.

Cicero de diuinatioue lib. I.

Cum duobus modis animi ſine ratione & ſcientia, motu ipſi ſuo, ſoluto & libero incitarentur: vno, furente: altero, ſomniante: furoris diuinationem Sibyllinis maxime verſibus contineri arbitrati, eorum decem interpretes delectos ex ciuitate eſſe voluerunt.

Item.

Carent, arte ij qui non ratione aut coniectura obſeruatis ac notatis ſignis, ſed concitatione quadam animi, aut ſoluto liberoque motu futura præſentiunt. Quod & ſomniantibus ſæpe contingit, & nonnunquam vaticinantibus per furorem, vt Bacchis Boeotius, vt Epimenides Cres, vt Sibylla Erythræa.

Item.

Terræ vis Pythiam Delphis incitabat, naturæ Sibyllam.

Idem lib. II. de diuinatione.

Sibyllæ versus obseruamus, quos illa furens fudisse dicitur. Quorum interpres nuper falsa quadam hominum fama dicturus in senatu putabatur, eum, quem re vera regem habebamus, appellandum quoque esse regem, si salui esse vellemus. Hoc si est in libris, in quem hominem, & in quod tempus est? callide enim qui illa composuit, perfecit, vt, quodcunque accidisset, prædictum videretur, hominum & temporum definitione sublata. Adhibuit etiam latebram obscuritatis, vt iidem versus alias in aliam rem posse accommodari viderentur. Non esse autem illud carmen furentis, cum ipsum poema declarat (est enim magis artis & diligentiæ quam incitationis & motus) tum vero ea

quæ

quæ ἀκροστιχὶς dicitur, cum deinceps ex primis versus litteris aliquid connectitur, vt in quibusdam Ennianis, quæ Ennius fecit. Id certe magis est attenti animi quam furentis. Atque in Sibyllinis ex primo versu cuiusque sententiæ primis litteris illius sententiæ carmen omne prætexitur. Hoc scriptoris est, non furentis; adhibentis diligentiam, non insani.

Virgilius lib. III. Æneid.

Huc vbi delatus, Cumæam accesseris vrbem,
Diuinosque lacus, & Auerna sonantia syluis,
Insanam vatem aspicies, quæ rupe sub ima
Fata canit, folijsque notas & nomina mandat.
Quæcunque in folijs descripsit carmina virgo,
Digerit in numerũ, atque antro seclusa relinquit:
Illa manent immota locis, neque ab ordine cedunt.
Verum eadem verso tenuis cum cardine ventus
Impulit, & teneras turbauit ianua frondes:
Nunquam deinde cauo volitantia prendere saxo,
Nec reuocare situs, aut iungere carmina curat.
Inconsulti abeunt, sedemque odere Sibyllæ.

VI. Æneid.

At pius Æneas arces, quibus altus Apollo
Præſidet, horrendæque procul ſecreta Sibyllæ,
Antrum immane, petit: magnam cui mentem animumque
Delius inſpirat vates, aperitque futura.

Mox.

Exciſum Euboicæ latus ingens rupis in autrum,
Quo lati ducunt aditus centum, oſtia centum:
Vnde ruunt totidem voces, reſponſa Sibyllæ.
Ventum erat ad limen, cum virgo, Poſcere fata
Tempus, ait: Deus ecce, Deus. Cui talia fanti,
Ante fores ſubito, non vultus, non color vnus,
Non comptæ manſere comæ: ſed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument: maiorque videri,
Nec mortale ſonans, afflata eſt numine quando
Iam propriore Dei. ------

Ibidem.

Talibus ex adyto dictis, Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages, antroque remugit,
Obſcuris vera inuoluens. ea frena furenti
Concutit, & ſtimulos ſub pectore vertit Apollo.

Liuius

Liuius lib. 1. decadis 1.

Euander tum ea, profugus ex Peloponneso, authoritate magis quam imperio regebat loca: venerabilis vir miraculo litterarum rei nouæ inter rudes artium homines: venerabilior diuinitate creditæ Carmentæ matris, quam fatiloquam ante Sibyllæ in Italiam aduentum miratæ hæ gentes fuerant.

Ouidius XIIII. Metamorph.

Littora Cumarum, viuacisque antra Sibyllæ
Intrat, & vt manes adeat per auerna paternos
Orat. at illa diu vultu tellure moratum
Erexit, tandemque Deo furibunda recepto,
Magna petis, dixit, vir factis maxime, &c.

Et paulo post.

Respicit hinc vates, & suspiratibus haustis,
Nec dea sum dixit, nec sacri thuris honore
Humanum dignare caput. neu nescius erres.
Lux æterna mihi, carituraque fine dabatur,
Si mea virginitas Phœbo patuisset amanti.
Dum tamen hanc sperat, dũ præcorrumpere donis

Me cupit, elige, ait virgo Cumæa, quid optes,
Optatis potiere tuis: ego pulueris hauſti
Oſtendẽs cumulum, quot haberet corpora puluis,
Tot mihi natales contingere vana rogaui,
Excidit vt peterẽ iuuenes quoque protinus annos.
Hos tamen ille mihi dabat, æternamque iuuẽtam,
Si venerem paterer. Contempto munere Phœbi
Innuba permaneo, ſed iam felicior ætas
Terga dedit, tremuloq; gradus venit ægra ſenectus,
Quæ patiẽda diu eſt: nam iam mihi ſæcula ſeptem
Acta vides, ſupereſt numeros vt pulueris æquem.
Ter centum meſſes, ter centum muſta videre
Tempus erit, cum de tanto me corpore paruam
Longa dies faciet, conſumptaque membra ſenecta,
Ad minimũ redigentur onus, nec amata videbor,
Nec placuiſſe Deo: Phœbus quoque forſitan ipſe
Vel non agnoſcet, vel dilexiſſe negabit.
Vſque adeo mutata ferar, nullique videnda,
Voce tamen noſcar, vocem mihi fata relinquent.

Corn. Tacitus annal. lib. IV.

Relatum inde ad patres a Quinctiliano tribuno plebei de libro Sibyllæ, quem Caninius Gallus quindecim vir recipi inter ceteros

ter ceteros eiusdē vatis, & ea de re senatuscōsultum postulauerat. quo per discessionem facto, misit litteras Cæsar modice tribunum increpans, ignarum antiqui moris ob iuuentam: Gallo exprobrabat, quod scientiæ cæremoniarumque vetus, incerto auctore, ante sententiam collegij, non, vt assolet, lecto per magistros æstimatoque carmine, apud infrequentem senatum egisset. Simul commonefecit: quia multa vana sub nomine celebri vulgabantur, sanxisse Augustum, quem intra diem ad prætorem vrbanum deferrentur, neque habere priuatim liceret. quod a maioribus quoque decretum erat, post exustum sociali bello Capitoliū, quæsitis Samo, Ilio, Erythris, per Africam etiam ac Siciliam & Italicas colonias carminibus Sibullæ; vna seu plures fuere: datoque sacerdotibus negotio, quantum humana ope potuissent, vera discernere. Igitur tunc quoque notioni quindecim virum is liber subijcitur.

Plinius nat. hiſt. lib. VII. cap. XXXIII.

Diuinitas & quædam cœlitum ſocietas nobiliſsima, ex fœminis in Sibylla fuit, ex viris in Melampode apud Græcos, apud Romanos in Marcio.

Idem lib. XXXIV. cap. V.

Equidem & Sibyllæ ſtatuas iuxta roſtra eſſe non miror, tres ſint licet: vna, quam Sex. Pacuuius Taurus ædilis plebis reſtituit: duæ quas M. Meſſala.

Solinus Polyhiſt. cap. VIII.

Cumis Sibyllæ ſacellum eſt, ſed eius quæ rebus Romanis quinquageſima Olympiade interfuit, cuiuſque librum ad Cornelium vſque Syllam Pontifices noſtri conſulebant. tunc enim vna cum Capitolio igni abſumptus eſt. Nam priores duos Tarquinio Superbo parcius preciũ offerente, quàm poſtulabatur, ipſa exuſſerat,

ferat. Huius ſepulcrum in Sicilia adhuc manet. Delphicam autem Sibyllam ante Troiana bella vaticinatam Bocchus autumat, cuius verſus plurimos operi ſuo Homerum inſeruiſſe manifeſtat. Hanc Heriphile Erythræa annis aliquot intercedentibus inſecuta eſt, Sibyllaque appellata eſt de ſcientiæ parilitate: quæ inter alia magnifica Lesbios amiſſuros maris imperium multo ante præmonuit, quàm id accideret. Ita Cumanam fuiſſe tertio poſt has loco ipſa æui ſeries probat.

Iuuenalis Satyra III.

Laudo tamen vacuis quod ſedem figere Cumis
Deſtinet, atque vnum ciuem donare Sibyllæ.

Satyra VIII.

Quod modo propoſui, nõ eſt ſententia: verum eſt.
Credite me vobis folium recitare Sibyllæ.

In origine gentis Rom.

Addunt præterea quidam, Æneam in eo littore Euxini cuiuſdã comitis ma-

trem vltimo ætatis affectam, circa stagnũ quod est inter Misenon Auernumque extulisse, atque inde loco nomen inditum, qui etiam nunc Euxinius sinus dicitur. cumque comperisset ibidem Sibyllam mortalibus futura præcinere, in opido quod vocatur Cimbarionis, venisse eo sciscitatum de statu fortunarum suarum: aditisque fatis, vetitum ne is cognitam in Italia sepeliret Prochytam, cognatione sibi coniunctam, quam incolumen reliquerat. Et postquam ad classem rediit, reperitque mortuam, in insula proxima sepelisse; quæ nunc quoque eodẽ est nomine, vt scribunt Vulcatius et Acilius Piso.

Arnobius aduersus gentes lib.1.

Si quo tempore Sibylla præsaga, oracula illa depromẽs fundebat, vi (vt dicitis) Apollinis plena, ab impiis esset cæsa atque interempta latronibus, nunquid Apollo diceretur in ea esse occisus?

Lactantius lib. I de falsa religione cap. VI.

M. Varro, quo nemo vnquam doctior, ne apud Græcos quidem, (nedum apud Latinos,) vixit in libris rerum diuinarum, quos ad C. Cæsarem Pontificem maximum scripsit: cum de quindecim viris loqueretur, Sibyllonos libros ait non fuisse vnius Sibyllæ, sed appellari vno nomine Sibyllinos, quod omnes (feminæ) vates, Sibyllæ sint a veteribus nuncupatæ, vel ab vnius Delphidis nomine, vel a consiliis deorum enuntiandis: σιοὺς *enim deos, non* θεοὺς, *& consilium, non* βουλὴν, *sed* βυλὴν, *appellabant Aeolico sermonis genere. Itaque in Sibyllam dictam esse quasi* θεοβούλην. *Ceterum Sibyllas decem numero fuisse; easque omneis enumerauit sub auctoribus, qui de singulis scriptitauerunt. Primam fuisse de Persis, cuius mentionem fecerit Nicanor, qui res gestas Alexandri Macedonis scripsit. Secundam Libyssam, cuius meminerit*

Euripides in Lamiæ prologo. Tertiam Delphicam, de qua Chrysippus loquatur in eo libro quem de diuinatione cõposuit. Quartam Cimmeriam in Italia, quam Næuius in libris belli Punici, Piso in annalibus nominet. Quintam Erythræam, quam Apollodorus Erythræus adfirmet suam fuisse ciuem: eamque Graiis Ilium petentibus vaticinatam, & perituram esse Troiam, & Homerum mendacia scripturum. Sextam Samiã, *de qua scribat Eratosthenes in antiquis annalibus* Samiorum *reperisse se scriptum.* Septimam *Cumanam nomine Amalthæam: quæ ab aliis Demophile, vel Herophile nominetur: eamque nouem libros attulisse ad regem Tarquinium Priscum, ac pro his trecentos philippeos postulasse, regemque aspernatũ pretij magnitudinẽ derisisse mulieris insaniam: illã in conspectu regis tres combußisse, ac pro reliquis idem prepiũ poposcisse: Tarquiniũ multo magis insanire mulierem putauisse. Quæ denuo*

tribus

*tribus aliis exuſtis, cũ in eodẽ pretio perſe-
ueraret, motũ eſſe regẽ ac reſiduos trecẽtis
aureis emiſſe: quorum poſtea numerus ſit
auctus, Capitolio refecto, q̃d ex omnibus
ciuitatib, et Italicis et Græcis, præcipueq́
Erythræis coacti, allatiq; ſunt Romã, cu-
iuſcumq; Sibyllæ nomine fuerũt. Octauã,
Helleſpontiã in agro Troiano natã, vico
Marpeſſo, circa oppidum Gergithium:
quã ſcribat Heraclides Ponticus Solonis
& Cyri temporibus fuiſſe. Nonã Phry-
giã, quæ vaticinata ſit Ancyræ. Decimã
Tiburtem, nomine Albuneã, quæ Tiburi
colatur vt dea iuxta ripas amnis Anienis:
cuius in gurgite ſimulachrũ eius inuentũ
eſſe dicitur, tenẽs in manu librũ, (cuius ſa-
cra ſenatus in Capitoliũ trãſtulerit.) Ha-
rũ omniũ Sibyllarũ carmina et feruntur,
& habẽtur, præterquam Cumææ, cuius li-
bri a Romanis occulũtur, nec eos ab vllo,
niſi a Quindecim viris, inſpici fas habẽt.
Et ſunt ſingularum ſinguli libri: qui quia
Sibyllæ nomine inſcribuntur, vnius eſſe*

creduntur: suntque confusi, nec discerni, ac suum cuique aßignari potest, nisi Erythrææ, quæ & nomen suum verum carmini inseruit, & Erythræam se nominat vbi prælocuta est, cum esset orta Babylone: sed & nos confuse Sibyllam dicemus, sicubi testimoniis earum fuerit abutendum. Omnes igitur hæ Sibyllæ vnum Deũ prædicant, maxime tamen Erythræa: quæ celebrior inter ceteras ac nobilior habetur: siquidem Fenestella diligentißimus scriptor de xv. viris dicens, ait: Restituto Capitolio retulisse ad Senatum C. Curionem cos ut legati Erythras mitterentur, qui carmina Sibyllæ conquisita Romam deportarent: itaque missos esse P. Gabinium, M. Octacilium, L. Valerium: qui descriptos a priuatis versus circa mille Romam deportarunt. Idem supra ostendimus dixisse Varronem.

Idem lib. de ira, cap. XXII

Sibyllas multas fuisse plurimi & maximi auctores tradiderunt: Græcorum

Aristonicu

Ariſtonicus & Apollodorus Erythræus: noſtrorum, Varro & Feneſtella. Hi omnes præcipuam & nobilem præter ceteras Erythræam fuiſſe commemorant. Apollodorus quidem vt de ciui ac populari ſua gloriatur. Feneſtella vero etiam legatos Erythras a Senatu eſſe miſſos refert, vt huius Sibyllæ carmina Romam deportarentur, & ea conſules Curio & Octauius in Capitolio, quod tunc erat, curante Q. Catulo reſtitutum, ponenda curarent.

Ambroſius comment. in epiſt. 1. ad Corinth. cap. 11.

Spiritus mundi hic eſt per quem arripiuntur fanatici, qui ſine Deo ſunt. eſt enim inter mũdanos ſpiritus potior: vnde ſolet cõiecturis quæ mundi ſunt diuinare, quem Pythonem appellant. Hic eſt qui per veriſimila fallitur & fallit: hic eſt qui per Sibyllam locutus eſt, ſenſum noſtrorum ſecutus, locum volens inter cæleſtes habere.

Hieronymus aduersus Iouinianum lib. 1.

Quid referam Sibyllas Erythræam atque Cumanam & octo reliquas? (nam Varro decem fuisse autumat) quantum insigne virginitas est, & virginitatis præmium diuinatio? Quod si Æolici genere sermonis Sibylla θεοβούλη *appellatur: recte consilium Dei sola scribitur nosse virginitas.*

Idem in chronicis.

Sub Romulo *agnoscitur Sibylla Erythræa.*

Item.

Sibylla Samia quæ Herophila appellabatur, in Samo insignis habetur, tempore Numæ Pompilij.

Et statim.

Sibylla quæ & Herophila, in Samo nobilis habetur: sub Tullo Hostilio.

August. lib. XVIII. cap. XXIIII.

Numa regnante Romæ, & apud Hebræos initio regni Manasse, a quo impio

rege

rege propheta Esaias perhibetur occisus, Samiam fuisse Sibyllam ferunt.

Idem Augustinus lib. XVIII. de ciuitate Dei cap. XXIII.

Romuli tempore nonnulli Erythræam vaticinatam ferunt. Sibyllas autem Varro prodidit plures fuisse, non vnam. Hæc sane Erythræa Sibylla quædam de Christo manifesta conscripsit, quæ etiam nos in Latina lingua versibus male Latinis & non stantibus legimus, per nescio cuius interpretis imperitiam, sicut post cognouimus. Nam vir clarissimus Flaccianus, qui etiam proconsul fuit, homo facillimæ facundiæ, multæq; doctrinæ, cū de Christo colloqueremur, Græcū nobis codicē protulit, carmina esse dicēs Sibyllæ Erythrææ, etc.

Et mox:

Nōnulli sane Erythræā Sibyllā nō Romuli, sed belli Troiani tēpore fuisse scripserūt.

Idem lib. XIII. contra Faustum Manichæum cap. XV.

Sibylla porro, vel Sibyllæ, & Orpheus, &

nescio quis Homerus, & si qui alij vates vel theologi, vel sapientes, vel philosophi gentium de filio Dei, aut de patre Deo vera prædixisse seu dixisse perhibentur: valet quidem aliquid ad paganorum vanitatem reuincendam, non tamen ad istorum auctoritatem amplectendam, cum illum Deum nos colere ostendimus, de quo nec illi tacere potuerunt, qui suos congentiles populos, idola & dæmonia colenda partim docere ausi sunt, partim prohibere ausi non sunt.

Rutilius Claud. Numatianus itineratij lib. II.

Nec tantum Geticis grassatus proditor armis,
Ante Sibyllinæ fata cremauit opis.

Ammianus Marcellinus lib. XXI.

Aperiunt nunc quoque ventura quum æstuant hominum corda, sed loquuntur diuina. Sol enim (vt aiunt physici) mens mundi, nostras mentes ex sese velut scintillas diffunditans, quum eas incenderit vehementius, futuri conscias reddit. Vn-

de Sibyllæ crebro ſe dicunt ardere, torrente vi magna flammarum.

Martianus Capella lib. II. de nuptiis philologiæ.

Alij quoque huius generis homines in diuinandi vſum et præſcientiam procreati, vt Carmentis in Arcadia, ab effuſo per vaticinia carmine memorata. Sibylla, vel Erythrea, quæq; Cumana eſt, vel Phrygia: quas non decem, vt aſſerunt, ſed duas fuiſſe non neſcis, id eſt, Erophilam Troianam Marmenſi filiam, & Symmachiam Hyppotenſis filiam, quæ Erythrea progenita, etiam Cumis eſt vaticinata.

Donatus in III. Æneid. Virgilij.

Inſanam dixit vatem, plenã numinis.

Sedemque odere Sibyllæ] *Morem dixit Sibyllæ, & quo in loco ſit, & quo ordine ſingulorum deſiderijs reſpondeat. Sumit, inquit, folia: illic reſponſa conſcribit, ordinat. & dimittit: veniunt homines, conſiderant folia, & futura cognoſcunt. Sed hoc habet mos ipſe contra-*

rium. quippe si ventus implerit fores, & ordinationem foliorum turbauerit, pereunt consulta, & dubij remeant, qui instructi fuerant redituri.

Seruius in IV. eclog. Virgilij.

Vltima Cumæi venit iam carminis ætas] *Sibyllæ quæ Cumana fuit, & sæcla per metalla diuisit: dixit etiam, quis quo sæculo imperaret: & Solem vltimum, id est decimum, voluit. Nouimus autem eundē esse Apollinem, vnde dicit: Tuus iam regnat Apollo.*

Idem in III. Æneid. Virg.

Insanam vatem alij magnam dicunt: quia duo genera vaticinandi sunt, aut simplex, vt Heleni; aut per furorem, vt Sibyllæ, quia vates a vi mentis appellatos Varro auctor est. Sed melius est Deo plenam & vaticinatricem intelligamus, a Græcorum tractum etymologia, qui μάντεις ἀπὸ τῆς μανίας *appellauerunt. nam supra sensus humanos intelligentia, furor et insania dicitur, teste Cicerone lib. de diuinatione.*

natione. Huic præstantissimæ rei nomen nostris a diuis, Græci (vt Plato interpretatur) a furore dixerunt, prorsus furoris diuinationem Sibyllinis maxime versibus contineri arbitrati.

Item.

Tribus modis futura prædicit; aut voce, aut scriptura, aut signis: id est quibusdam notis, vt in obelisco Romæ videmus. Vel vt alij dicunt, notis litterarum, vt per vnam litteram significet aliquid. In folijs autem palmarum Sibyllam scribere solere, Varro testatur.

Carmina virgo] *Quia eius responsa versibus scribebãtur. Virgo vero Phemonoe dicta est: nam Sibylla appellatiuũ nomẽ est omniũ vaticinantiũ, adeo vt Varro quot Sibyllæ fuerint, scripserit. Sibylla autẽ dicitur omnis puella, cuius pectus numẽ recipit: nã Æoli* σιοὺς *dicũt deos,* βουλὴ *autẽ est sentẽtia. Ergo* ὑσιβύλλας *quasi* σιοῦ βουλὰς *dixerũt. Inde est, Magnã cui mentẽ animũq; Delius inspirat vates. Sane sciẽdũ,*

omnia responsa Sibyllæ plus minusve cētum contineri sermonibus: vnde Vergilius ait, Quo lati ducunt aditus centum, ostia centum, Vnde ruunt totidem voces responsa Sibyllæ.

Idem in VI. Æneid.

Bene autem Sibylla quid sit, expreßit, Magnam cui mentem animumque Delius inspirat vates. Nam, vt supra diximus, Sibylla dicta est quasi σιῦ βυλὴ, id est De sentētia. Æolici enim σιοὺς deos dicūt.

Item.

Deiphobe Glauci] *Subaudi filia, & est proprium nomen Sibyllæ: multæ enim fuerunt, vt supra diximus in tertio, quas omnes Varro in libris Rerum diuinarum commemorat, & requirit a qua sint fata Romana conscripta, & multi sequentes Virgiliū, ab hac Cumana dicūt. quæ licet longæua dicatur: non tamen valde congruit eam vsque ad Tarquinij tempora durasse, cui libros Sibyllinos constat esse oblatos. Dicit tamen Varro Erythræam*

creditam

creditam scripsisse, quia post incensum Apollinis templum in quo fuerant libri, apud Erythræam insulam ipsa inuenta sunt carmina.

Ibidem.

Longæua sacerdos] *Sibylla. Hanc Apollo pio amore dilexit, & ei obtulit poscendi quod vellet arbitrium. Illa hausit arenam manibus, & longam vitam poposcit. Cui Apollo respondit, id posse fieri, si Erythræam insulam, in qua habitabat, relinqueret, & eam nunquam videret. Profecta igitur Cumas tenuit, & illic defecta corporis viribus, vitam in sola voce retinuit. Quod cum ciues eius cognouissent, siue inuidia, siue miseratione commoti, ei epistolam miserunt, creta antiquo more signatam: quæ visa terra (nam erat de eius insula) in mortem resoluta est. Unde nonnulli dicunt, hanc esse quæ Romana fata scripsit: quod incenso Apollinis templo inde Romam allati sunt libri, vnde hæc fuerat.*

Iſidorus cap. VIII. lib. VIII. orig.

Sibyllæ generaliter dicuntur omnes feminæ vates lingua Græca. Nã σιὸς *Æolico ſermone Deum,* βȣλὴν *Græci mentem nuncupant, quaſi Dei mentem. Proinde igitur, quia diuinam voluntatem hominibus interpretari ſolebant, Sibyllæ nominatæ ſunt. ſicut enim omnis vir prophetãs vel vates dicitur, vel propheta: ita omnis femina prophetãs Sibylla vocatur. Quod nomen ex officio, non ex proprietate vocabuli eſt. Decem autem Sibyllæ à doctiſsimis auctoribus traduntur fuiſſe: quarum prima de Perſis fuit: ſecunda Libyca: tertia Delphica in templo Delphici Apollinis genita, quæ ante Troiana bella vaticinata eſt, eius plurimos verſus operi ſuo Homerus inſeruit: quarta Cimmeria in Italia: quinta Erythræa nomine Erophyla in Babylone orta, quæ Græcis Ilium petẽtibus vaticinata eſt perituram eſſe Troiam, & Homerum mendacia ſcripturum.*

ſcripturũ. Dicta autem Erythræa, quia in eadem inſula, eius inuenta ſunt carmina. Sexta Samia, quæ Samonote dicta eſt a Samo inſula, vnde fuit cognominata. Septima Cumana nomine Amalthea, quæ nouem libros attulit Tarquinio Priſco, in quibus erant decreta Romana cõſcripta. Ipſa eſt et Cumæa, de qua Virgilius, Vltima Cumæi venit iam carminis ætas. Dicta autem Cumana a ciuitate Cumis quæ eſt in Campania, cuius ſepulchrum in Sicilia adhuc manet. Octaua Helleſpontia in agro Troiano nata, quæ ſcribitur Solonis & Cyri fuiſſe temporibus. Nona Phrygia, quæ vaticinata eſt Ancyræ: decima Tiburtina nomine Albunea. Quarum omnium carmina efferuntur: in quibus de Deo & de Chriſto, & gentibus multa ſcripſiſſe manifeſtiſsime comprobantur. Celebrior autem inter ceteras ac nobilior Erythræa perhibetur.

ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΙΜΑΧΟΥ

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ ΕΙΣ ΤΟΥΣ Σιβυλλιακοὺς χρησμούς.

Εἰ τὸ περὶ τὴν ἀνάγνωσιν τῶν Ἑλληνικῶν γραφῶν ἐκπονεῖν, πολλὴν τοῖς ἐκτελοῦσι τὴν ὠφέλειαν ἀπεργάζεται, ἅτε πολυμαθεῖς τοὺς περὶ ταῦτα πονήσαντας ἐκτελέσαι δυνάμενον· πολλῷ μᾶλλον περὶ τὰς θείας γραφὰς, ἅτε περὶ θεοῦ καὶ τῶν ὠφέλειαν προξενούντων δηλούσας, τοὺς εὖ φρονοῦντας προσήκει σχολάζειν διαπαντὸς, διπλοῦν ἐκεῖθεν τὸ κέρδος κερδαίνοντας, ἑαυτούς τε καὶ τοὺς ἐντυγχάνοντας ὠφελεῖν δυναμένους. ἔδοξε τοίνυν διὰ τοῦτο κἀμὲ, τοὺς ἐπιλεγομένοις χρησμοὺς σποράδην εὑρισκομένοις καὶ συγκεχυμένοις, τὴν τούτων ἀνάγνωσιν καὶ ἐπίγνωσιν ἔχοντας, εἰς μίαν συνάφειαν καὶ ἁρμονίαν ἐκθέσθαι τοῦ λόγου· ὡς ἂν εὐσύνοπτοι τοῖς ἀναγινώσκουσιν ὄντες, τὴν ἐξ αὐτῶν ὠφέλειαν τούτοις ἐπιβραβεύωσιν. οὐκ ὀλίγα τῶν ἀναγκαίων καὶ χρησίμων δηλοῦντες, καὶ πολυτελεστέραν ἅμα καὶ ποικιλωτέραν τὴν πραγματείαν ἀπεργαζόμενοι. καὶ γὰρ περί τε πατρὸς, υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος τῆς θείας καὶ ζωαρχικῆς τριάδος ἀριδήλως διασαφοῦσι· περί τε τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς ἐκ παρθένου φημὶ ἀφεύστου γεννήσεως, καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ τελεσθεισῶν ἰάσεων· ὡσαύτως τοῦ ζωοποιοῦ πάθους αὐτοῦ, καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν τριημέρου ἐγέρσεως, καὶ τῆς μελλούσης γενέσθαι κρίσεως, καὶ ἀνταποδόσεως ὧν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ἐπράξαμεν ἅπαντες. πρὸς τούτοις, τὰ ἐν ταῖς Μωσαϊκαῖς γραφαῖς, καὶ ταῖς τῶν προφητῶν βίβλοις δηλούμενα· περί τε τῆς κοσμικῆς κτίσεως, τῆς τοῦ ἀνθρώπου πλάσεως, καὶ ἐκπτώσεως τοῦ παραδείσου, καὶ αὖθις ἀναπλάσεως, τρανῶς διαλαμβάνουσι. περὶ τινῶν γεγονότων, ἢ καὶ ἴσως γενησομένων ποικίλως προλέγουσι. καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, οὐ μικρῶς τοὺς ἐντυγχάνοντας ὠφελεῖν δύνανται.

Σίβυλλαι τοίνυν, ὡς πολλοὶ ἔγραψαν, γεγόνασιν ἐν διαφόροις τόποις καὶ χρόνοις, τὸν ἀριθμὸν δέκα. Σίβυλλα δὲ Ῥωμαϊκὴ λέξις, ἑρμηνευομένη προφῆτις, ἤγουν μάντις. ὅθεν ἑνὶ ὀνόματι αἱ θήλειαι μάντιδες ὠνομάσθησαν. πρώτη οὖν, ἡ Χαλδαία, ἤγουν ἡ Περσὶς, ἡ κυρίῳ ὀνόματι καλουμένη Σαμβήθη, ἐκ τοῦ γένους οὖσα τοῦ μακαριωτάτου Νῶε, ἡ τὰ κατ' Ἀλέξανδρον τὸν

Μακεδόνα

MARCI ANTIMACHI

PRÆFATIO IN SI-
byllina Oracula,

SI GRAECORVM ſcriptorum lectio multam affert vtilitatem, quippe quod multarum rerum peritos efficiat eos qui circa ea elaborant: multo magis conuenit eos qui ſapiunt, aſſiduam operam nauare diuinis litteris, in quibus de Deo & de iis quæ ad hominis ſalutem pertineant, agatur: cum hinc geminum lucrum conſequantur, quo & ſeipſos & alios iuuare poſſunt. Hac de cauſa viſum eſt mihi, de Sibyllinis oraculis (in quibus ea quæ dixi contineantur) ſummatim & in vniuerſum diſſerere (quoniam ea alioqui ſparſa extant, atque confuſa) vt lectoribus ad intelligendum faciliora ſint, atque ita faciliorem eis vtilitatem pariant: declarant enim non pauca neceſſaria atque vtilia, & excellentius magisque varium opus efficiunt. Nam & de patre, filio, & ſpiritu ſancto (quæ diuina eſt, autorque vitæ trinitas) aperte loquuntur: itemque de acta in carne vita domini Deique & ſeruatoris noſtri IESV CHRISTI, videlicet de eius ex alma virgine generatione, de morborum ſanationibus: itemque de viuifico eius ſupplicio, de reſurrectione a mortuis poſt triduum, & de futuro iudicio, ac remuneratione eorum quæ noſtrum quisque fecerit in hac vita. Præterea quæ in Moſaicis ſcriptis vatumque libris habentur, deque mundi creatione, hominis formatione, & ex paradiſo eiectione, & porro recreatione: de his inquam rebus explicate ſcribitur in his oraculis. in iisque & præterita dicuntur, & futura varie prænunciantur. atque, vt ſimpliciter dicam, lectores non parum iuuare poſſunt.

Fuerunt autem Sibyllæ (vt multi ſcripſerunt) diuerſis & locis & temporibus, numero decem. eſtque huius verbis ea notio, vt ſit idem Sibylla, quod vates. vnde vno nomine, fœminæ vates appellatæ ſunt. Prima fuit Chaldæa, ſiue Perſica, quæ proprio nomine Sambetha eſt nuncupata, de genere beati Noe: quæ quidem Alexandri

Macedonis gesta prædixisse fertur; facitque eius mentionem Nicanor, qui vitam conscripsit Alexandri. Secunda Sibylla fuit Libyssa, cuius meminit Euripides in Prologo Lamiæ. Tertia Delphica, quæ Delphis nata est: de qua locutus est Chrysippus in libro de Diuinitate. Quarta fuit Italica, in finibus Italiæ: cuius filius fuit Euander, is qui Romæ Panis fanum Lupercum appellatum condidit. Quinta Erythræa, ea quæ Troianum bellum prædixit, de qua Apollodorus Erythræus asseuerat. Sexta Samia, quæ proprio nomine vocatur Phyto, de qua scripsit Eratosthenes. Septima Cumæa, quæ dicitur Amalthea, eademque Erophila, a nonnullis Taraxandra. Virgilius Cumæam Deiphoben appellat, Glauci filiam. Octaua Hellespontia, nata in pago Marmiso, apud oppidulum Gergitium, quod fuit olim in finibus Troadis, temporibus Solonis & Cyri, sicuti scripsit Heraclides Ponticus. Nona Phrygia. Decima Tiburtina, nomine Albunæa. Tradunt, Cumæam attulisse oraculorum suorum libros nouem Tarquinio Prisco, qui tum Romæ regnabat, & pro iis trecentos Philippeos petijsse. Cumque contempta fuisset, & ne quidem interrogata, quæ nam essent quæ in illis continerentur, cremauit igni tres ex illis libris. Ac rursus in alio congressu regi sex libros obtulit, idem precium postulans. Cumque rursum despectui habita fuisset, combussit alios tres. Deinde tertio reliquos tres afferens, regem adit, idem pretium petens: seque eos quoque crematuram dicens, nisi ille emisset. Tunc rex illos legit: & admiratus, dedit pro eis centum Philippeos, eosque abstulit. Interrogauit etiam de aliis. Illa renunciauit, se neque habere similes eorum qui combusti fuissent, neque quicquam earum rerum scire sine diuina permotione. nonnunquam etiam nonnullos ex diuersis vrbibus & locis excepisse, quæ ipsis necessaria & conducibilia videbantur, ea esse colligenda: id quod etiam quamprimum factum est. Quod enim vere diuinitus datum erat, id in abdito positum non latuit. Omnium autem Sibyllarum libri repositi fuerunt in Capitolio priscæ Romæ, Cumææ Sibyllæ libris abditis, nec in vulgus prolatis: quoniam quæ in Italia euentura forent, ea ibi magis proprie & aperte efferrentur. Alij fuerunt omnibus cogniti. Sed qui Erythrææ inscribuntur, habent hoc a loco nomen, a quo loco fuit ipsa nuncupata. Alij titulum auctoris non habent, sed indistincti sunt. Firmianus quidem, qui fuit non vulgaris philosophus & sacerdos illius quod dixi Capitolij, in Christum æternũ lumen nostrum intuitus in suis operibus exposuit Sibyllarum dicta de ineffabili gloria errorisque Græci imperitiam valide confutauit, oratione Latina

Gellius lib. 1. cap. 9.

Μακεδόνα λεγομένην προειρηκέναι, ἧς μνημονεύει Νικάνωρ ὁ τὸν Ἀλεξάνδρου βίον ἱστορήσας. δευτέρα Σίβυλλα, ἡ Λίβυσσα, ἧς μνήμην ἐποιήσατο Εὐριπίδης ἐν τῷ προλόγῳ τῆς Λαμίας. τρίτη Δελφὶς, ἡ ἐν Δελφοῖς τεχθεῖσα· περὶ ἧς εἶπε Χρύσιππος ἐν τῷ περὶ θειότητος βιβλίῳ. τετάρτη, ἡ Ἰταλική, ἡ ἐν Κιμμερίᾳ τῆς Ἰταλίας· ἧς υἱὸς ἐγένετο Εὔανδρος, ὁ τὸ ἐν Ῥώμῃ τοῦ Πανὸς ἱερὸν, τὸ καλούμενον Λουπέρκον, κτίσας. πέμπτη, ἡ Ἐρυθραία, ἡ καὶ περὶ τοῦ Τρωϊκοῦ προειρηκυῖα πολέμου· περὶ ἧς Ἀπολλόδωρος ὁ Ἐρυθραῖος διαβεβαιοῦται. ἕκτη, ἡ Σαμία, ἡ κυρίῳ ὀνόματι καλουμένη Φυτὼ, περὶ ἧς ἔγραψεν Ἐρατοσθένης. ἑβδόμη, ἡ Κυμαία, ἡ λεγομένη Ἀμαλθεία, ἡ καὶ Ἐροφίλη, παρά τισι δὲ Ταραξάνδρα. Βιργίλιος δὲ τὴν Κυμαίαν, Δηϊφόβην καλεῖ, Γλαύκου θυγατέρα. ὀγδόη ἡ Ἑλλησποντία, τεχθεῖσα ἐν κώμῃ Μαρμισσῷ, περὶ τὴν πολίχνην Γεργίτιον, ἥ τῆς ἐνορίας ποτὲ Τρῳάδος ἐτύγχανεν, ἐν καιροῖς Σόλωνος καὶ Κύρου, ὡς ἔγραψεν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικός. ἐννάτη ἡ Φρυγία. δεκάτη, ἡ Τιβουρτία, ὀνόματι Ἀλβουναία. φασὶ δὲ, ὡς ἡ Κυμαία, ἐννέα βιβλία χρησμῶν ἰδίων προσεκόμισε Ταρκυνίῳ Πρίσκῳ, τῷ τηνικαῦτα βασιλεύοντι τῶν Ῥωμαϊκῶν πραγμάτων, τριακοσίους φιλιππείους ὑπὲρ αὐτῶν ζητήσασα. καταφρονηθεῖσα δὲ, καὶ οὔτε ἐρωτηθεῖσα τίνα ἐστὶ τὰ ἐν αὐτοῖς περιεχόμενα, πυρὶ παρέδωκεν ἐξ αὐτῶν τρία. αὖθίς τε ἐν ἑτέρᾳ προσόδῳ τοῦ βασιλέως, προσήνεγκε τὰ ἓξ βιβλία τὸν αὐτὸν ὄγκον ἐπιζητήσασα, οὐκ ἀξιωθεῖσα δὲ λόγου, πάλιν ἔκαυσεν ἄλλα τρία. εἶτα ἐκ τρίτου ἀναφερομένη τὰ περιλειφθέντα τρία προσῆλθεν, αἰτοῦσα τὸ αὐτὸ τίμημα, λέγουσα εἰ μὴ λάβοι, καίειν καὶ αὐτά. τότε, φασὶν, ὁ βασιλεὺς ἐντυχὼν αὐτοῖς, καὶ θαυμάσας, ἔδωκε μὲν ὑπὲρ αὐτῶν ἑκατὸν φιλιππείους, καὶ ἐκομίσατο αὐτά, παρεκάλει δὲ περὶ τῶν ἄλλων. αὐτῆς δὲ ἀπαγγειλάσης, μήτε τὰ ἴσα τῶν ἐμπρησθέντων ἔχειν, μήτε τι δίχα ἐνθουσιασμοῦ τοιοῦτον εἰδέναι· ἐσθ' ὅτε δέ τινας ἐκ διαφόρων πόλεων καὶ χωρίων ἐξειληφέναι τὰ νομισθέντα αὐτοῖς ἀναγκαῖα καὶ ἐπωφελῆ, καὶ δεῖν ἐξ αὐτῶν συναγωγὴν ποιήσασθαι· τοῦτο τάχιστα καὶ πεποιήκασι. τὸ γὰρ ἐκ θεοῦ δοθὲν ὡς ἀληθῶς μυχῷ κείμενον οὐκ ἔλαθε. πασῶν δὲ τῶν Σιβυλλῶν τὰ βιβλία, ἀπετέθησαν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ Ῥώμης τῆς πρεσβυτέρας· τῶν μὲν τῆς Κυμαίας κατακρυβέντων, καὶ οὐ διαδοθέντων εἰς πολλοὺς· ἐπειδὴ τὰ συμβησόμενα ἐν Ἰταλίᾳ ἰδικώτερα καὶ τρανώτερον ἀνεφώνησε· τῶν δὲ ἄλλων, γνωσθέντων ἅπασιν. ἀλλὰ τὰ μὲν τῆς Ἐρυθραίας προγεγραμμένα, ἔχει τοῦτο ἀπὸ τοῦ χωρίου ἐπικεκλημένον αὐτῇ ὄνομα. τὰ δέ γε ἄλλα οὐκ ἐπιγράφονται ποῖα ποίοις εἰσὶν, ἀδιάκριτα δὲ καθέστηκε. Φιρμιανὸς τοίνυν οὐκ ἀθαύμαστος φιλόσοφος καὶ ἱερεὺς τοῦ προλεχθέντος Καπιτωλίου γενόμενος, πρὸς τὸ αἰώνιον ἡμῶν φῶς τὸν Χριστὸν βλέψας ἐν ἰδίοις πονήμασι, τὰ εἰρημένα ταῖς Σιβύλλαις περὶ τῆς ἀῤῥήτου δόξης παρέθηκε, καὶ τὴν ἀλογίαν τῆς Ἑλληνικῆς πλάνης δυνατῶς ἀπήλεγξε. καὶ ἡ μὲν αὐτοῦ

ἔντονος ἐξήγησις τῇ Αὐσονίᾳ γλώττῃ, οἱ δὲ Σιβυλλιακοὶ στίχοι Ελλάδι φωνῇ ἐξηνέχθησαν. ἵνα δὲ τοῦτο μὴ ἄπιστον φαίνηται, μαρτυρίαν τοῦ προμνημονευθέντος ἀνδρὸς παρέξομαι, ἔχουσαν τόνδε τὸν τρόπον. Επεὶ οὖν τὰ παρ' ἡμῖν εὑρισκόμενα Σιβυλλιακά, οὐ μόνον ὡς εὐπόριστα τοῖς νοσοῦσι τὰ Ελλήνων εὐκαταφρόνητά ἐστι (τὰ γὰρ σπάνια, τίμια δοκεῖ) ἀλλὰ καὶ ὡς πάντων τῶν στίχων μὴ σωζόντων τὴν ἀκρίβειαν τοῦ μέτρου, ἀργοτέραν ἔχει τὴν πίστιν. αἰτία δὲ αὕτη τῶν ταχυγράφων, οὐ συμφθασάντων τῇ ῥύμῃ τοῦ λόγου, ἢ καὶ ἀπαιδεύτων γενομένων, οὐ τῆς προφήτιδος, ἅμα γὰρ τῇ ἐπιπνοίᾳ ἐπέπαυτο ἡ τῶν λεχθέντων μνήμη. πρὸς ἃ καὶ ὁ Πλάτων βλέψας ἔφη, ὅτι κατορθῶσι πολλὰ καὶ μεγάλα πράγματα, μηδὲν εἰδότες ὧν λέγουσι. ἡμεῖς οὖν ἐκ τῶν κομισθέντων ἐν Ρώμῃ ὑπὸ τῶν πρέσβεων, ὅσα δυνατὸν παραθήσομεν. ἐξηγήσατο τοίνυν περὶ τοῦ ἀνάρχου θεοῦ τάδε.

ΟΙ ΤΗΣ

Latina ille quidem, ſed Sibyllinis verſibus Græca lingua citatis. Ac ne cui hoc falſum videatur, eius teſtimonium adducam, quod ſic habet. Enimuero quæ apud nos extant Sibyllina, ea non ſolum tanquam vilia contemnuntur ab iis qui Græca ſupra modum ſuſpiciunt (quoniam quæ rara ſunt, precioſa videntur) verumetiam quia non omnes verſus retinent numerorum exactos modos, minus fidei inueniunt. In cauſa ſunt notarij, qui ſermonis rapiditatem aſſequi nequiuerint, aut etiam indocti fuerint: non ipſius vatis, cuius vna cum inſpiratione, ceſſaret effatorum recordatio. Atque hanc ob cauſam dixit Plato, vates multas magnasque res componere, nihil ſcientes eorum quæ dicant. Nos igitur ex iis quæ Romam a legatis allata ſunt, quæ poterimus adducemus. Igitur de Deo, qui principio careat, ſic effata eſt.

Hunc locũ quia in Lactãtio non inuenimus, de Græco Antimachi conuertimus

SIBYLLINA ORACVLA.

PROOEMIVM

Ex Theophilo ad Autolycum.

Sibylla, quæ cum apud cæteras nationes, tum apud Græcos fuit vates, in principio suæ vaticinationis, hominum genus ita obiurgat:

MORTALES *homines, vilissima corpora carnis,*
Cur vos effertis, neque finem cernitis æui?
Non tremitis, summũque Deum (quo præside statis)
Non formidatis? qui conspicit omnia testis,
Conditor omnia qui nutrit, cunctisque suauem
Indidit afflatum, mortales qui regat omnes,
Vnus qui solus regnat Deus, atque supremus,
Omnipotens, nunquam genitus, qui conspicit ipse
Omnia, mortali non aspectabilis vlli.

ΟΙ ΤΗΣ ΣΙΒΥΛΛΑΣ ΧΡΗΣΜΟΙ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ

ἐκ τῶν τοῦ Θεοφίλου πρὸς Αὐτόλυκον.

Σίβυλλα ἐν Ἕλλησι καὶ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι γενομένη προφῆτις, ἐν ἀρχῇ τῆς προφητείας αὐτῆς ὀνειδίζει τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος λέγουσα·

ΑΝΘΡΩΠΟΙ θνητοὶ καὶ σάρκινοι, οὐδὲν ἐόντες,
Πῶς ταχέως ὑψοῦσθε, βίου τέλος οὐκ ἐσορῶντες·
Οὐ τρέμετ᾽, οὐδὲ φοβεῖσθε θεόν, τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν
Ὕψιστον, γνώστην πανεπόπτην, μάρτυρα πάντων,
Παντοτρόφον κτίστην, ὅστις γλυκὺ πνεῦμ᾽ ἐν ἅπασι
Κάτθετο, χ᾽ ἡγητῆρα βροτῶν πάντων ἐποίησεν;
Εἷς θεός, ὃς μόνος ἄρχει ὑπερμεγέθης, ἀγένητος,
Παντοκράτωρ, ἀόρατος, ὁρῶν μόνος αὐτὸς ἅπαντα,
Αὐτὸς δ᾽ οὐ βλέπεται θνητῆς ὑπὸ σαρκὸς ἁπάσης.
Τίς γὰρ σὰρξ δύναται τὸν ἐπουράνιον καὶ ἀληθῆ

Οφθαλμοῖσιν ἰδεῖν θεὸν ἄμβροτον, ὃς πόλον οἰκεῖ,
Αλλ' οὐδ' ἀκτίνων κατεναντίον ἠελίοιο
Ανθρωποι στῆναι δυνατοὶ, θνητοὶ γεγαῶτες
Ανδρες, ἐν ὀστέεσσι φλέβες καὶ σάρκες ἐόντες,

Αὐτὸν τὸν μόνον ὄντα σέβεσθ' ἡγήτορα κόσμου,
Ος μόνος εἰς αἰῶνα καὶ ἐξ αἰῶνος ἐτύχθη,
Αὐτογενὴς, ἀγένητος, ἅπαντα κρατῶν διαπαντὸς,
Πᾶσι βροτοῖσιν νέμων τὸ κριτήριον ἐν φαεῖ κοινῷ
Τῆς κακοβουλοσύνης δὲ τὸν ἄξιον ἕξετε μισθὸν,
Οτι θεὸν προλιπόντες ἀληθινὸν, ἀέναόν τε
Δοξάζειν, αὐτῷ τε θύειν ἱερὰς ἑκατόμβας,
Δαίμοσι τὰς θυσίας ἐποιήσατε, τοῖσιν ἐν ᾅδου.
Τύφῳ καὶ μανίῃ δὲ βαδίζετε, καὶ τρίβον ὀρθὴν
Ευθεῖαν προλιπόντες, ἀπήλθετε, καὶ δι' ἀκανθῶν
Καὶ σκολόπων ἐπλανᾶσθε βροτοὶ παύσασθε μάταιοι,
Ρεμβόμενοι σκοτίῃ, καὶ ἀφεγγεῖ νυκτὶ μελαίνῃ·
Καὶ λίπετε σκοτίην νυκτὸς, φωτὸς δὲ λάβεσθε·
Οὗτος ἰδοὺ πάντεσσι σαφής. ἀπλάνητος ὑπάρχει.
Ελθετε, μὴ σκοτίην δὲ διώκετε, καὶ γνόφον αἰεί.
Ηελίου γλυκυδερκὲς ἰδοὺ φάος ἔξοχα λάμπει.
Γνῶτε δὲ κατθέμενοι σοφίην ἐν στήθεσιν ὑμῶν·
Εἷς θεός ἐστι, βροχὰς, ἀνέμους, σεισμοὺς ἐπιπέμπων,
Αστεροπὰς, λιμοὺς, λοιμοὺς, καὶ κήδεα λυγρὰ,
Καὶ νιφετοὺς, κρύσταλλα. τί δὴ καθ' ἓν ἐξαγορεύω;
Οὐρανοῦ ἡγεῖται, γαίης κρατεῖ, αὐτὸς ὑπάρχει.

Καὶ

Corporeis oculis etenim quis cernere verum,
Æternumque Deum poßit, cœlumque colentem?
Cum neque ſplendentis radiantia lumina ſolis
Suſtineant homines mortales cernere contra.
Hunc colite, hũc vnũ, qui ſolus regnat in orbe,
Qui ſolus ſemperque fuit, ſemperque futurus,
Non genitus, per ſe conſtans, tenet omnia ſemper,
Et viget in cunctis mortalibus, atque vigorem
Senſibus inſinuat, communis luminis autor. In hoc verſu diuinaui.
Præmia ſed prauæ mentis digna accipietis:
Quandoquidem æternoque Deo, veroque relicto,
Cui decus & ſacro debetur victima ritu,
Manibus infernis feciſtis ſacra ſuperbi.
Inſanique, via recta veraque relicta,
Erratis per iter ſcopulis & ſentibus horrens.
Deſinite in tetræ noctis titubare tenebris,
Vani mortales: noctiſque nigrore relicto,
Vtimini (patet en cunctis errore ſine vllo)
Solis luce, ſuo qui lumine cuncta ſerenat.
Atque hoc pectoribus ſapienter noſcite veſtris:
Vnus, qui pluuias mittit, motuſque, notoſque,
Eſt Deus, atque fames, peſtes, triſteſque dolores,
Atque niues, glaciem. ſed quorſum ſingula pãdo?
Imperat & cœlis, & terræ præſidet. Ipſe eſt.

De iis autem qui generati dicuntur, ait:

Quod si progenitum est, prorsum interit: exq; virili
Fæmineoque nequit membro Deus esse creatus.
Sed Deus est vnus solus, rerumque supremus,
Qui cælum, solem, stellas, lunamque creauit,
Frugiferam terram, pontique fluenta tumentis,
Siluosos montes, fontesque perenne scatentes,
Et sub aquis degens genus innumerabile gignit,
Quæque premunt terram serpentia corpora nutrit,
Et varias volucres, seu balbas, siue canoras,
Stridentes, teneras, sulcantes aëra plantis,
Et genus imposuit syluis agreste ferarum,
Subiecitque pecus nobis mortalibus omne,
Cunctorumque ducem fecit diuinitus ortum,
Subiecitque viro quæ vel comprendere non sit.
Nam quis hæc valeat mortalis noscere cuncta?
Ipse sed hæc solus nouit, qui condidit vnus,
Auctor inextinctus, æternus, in æthere degens,
Et multo maiora bonis bona præmia reddens,
Iniustosque, malosque, ira pœnisque coërcens,
Immittens bellum, pestem, tristesque dolores.
Stirpitus, o homines, cur insurgendo peritis?
Non pudet in diuos, feles & bruta referre?
An non est rabies, cæcæque insania mentis?
Tauros furantur diui, prædantur & ollas,

Καὶ πρὸς τοὺς γεννητοὺς λεγομένους ἔφη.

Εἰ δὲ γεννητὸν ὅλως καὶ φθείρεται, οὐ δύνατ' ἀνδρὸς
Ἐκ μηρῶν μήτρας τε θεὸς τετυπωμένος εἶναι.
Ἀλλὰ θεὸς μόνος εἷς πανυπέρτατος, ὃς πεποίηκεν
Οὐρανὸν, ἠέλιόν τε, καὶ ἀστέρας, ἠδὲ σελήνην,
Καρποφόρον γαῖάν τε, καὶ ὕδατος οἴδματα πόντου,
Οὔρεα θ' ὑλήεντα, καὶ ἀέναα χεύματα πηγῶν,
Τῶν τ' ἐνύδρων πάλι γεννᾷ ἀνήριθμον πολὺ πλῆθος.
Ἑρπετὰ δὲ γαίης κινούμενα ψυχοτρόφεστε,
Ποικίλα τε κτηνῶν λιγυρόθροα, τραυλίζοντα,
Ξουθὰ, λιγυπτερόφωνα, ταράσσοντ' ἀέρα ταρσοῖς·
Ἐν δὲ νάπαις ὀρέων ἀγρίαν γένναν θέτο θηρῶν,
Ἡμῖν τε κτήνη ὑπέταξεν πάντα βροτοῖσιν·
Πάντων θ' ἡγητῆρα κατέστησεν θεότευκτον,
Ἀνδρὶ δ' ὑπέταξεν παμποίκιλα, κ' οὐ καταληπτά.
Τίς γὰρ σὰρξ δύναται θνητῶν γνῶναι τάδ' ἅπαντα;
Ἀλλ' αὐτὸς μόνος οἶδεν ὁ ποιήσας τάδ' ἀπ' ἀρχῆς,
Ἄφθαρτος κτίστης, αἰώνιος, αἰθέρα ναίων·
Τοῖς ἀγαθοῖς ἀγαθὸν προφέρων πολὺ πλείονα μισθὸν,
Τοῖς δὲ κακοῖς, ἀδίκοις τε, χόλον καὶ θυμὸν ἐγείρων,
Καὶ πόλεμον, καὶ λοιμὸν, ἰδ' ἄλγεα δακρυόεντα.
Ἄνθρωποι τί μάτην ὑψούμενοι ἐκριζοῦσθε;
Αἰσχύνθητε γαλᾶς καὶ κνώδαλα θεοποιοῦντες.
Οὐ μανίη καὶ λύσσα φρενῶν, καὶ * ἐστησία φάρη; f. ἐτώσια βάρη.
Εἰλοπόδας κλέπτουσι θεοὶ, συλῶσι δὲ χύτρας,

Ἀντὶ δὲ χρυσήεντα πόλον καταπίονα ναίειν,
Σητόβρωτα δέδορκε, πυκναῖς δ' ἀράχναις δεδίασται.
Προσκυνέοντες ὄφεις, κύνας, αἰλούρους ἀνόητοι,
Καὶ πετεινὰ σέβεσθε, καὶ ἑρπετὰ θηρία γαίης,
Καὶ λίθινα ξόανα, καὶ ἀγάλματα χειροποίητα,
Κἀν παρόδοισι λίθων συγχώματα· ταῦτα σέβεσθε,
Ἄλλά τε πολλὰ μάταια, ἃ δὴ κ' αἰσχρὸν ἀγορεύειν.
Εἰσὶ θεοὶ μερόπων δολοήτορες οὗτοι ἀβούλων,
Τῶν δὴ κἀκ στόματος χεῖται θανατηφόρος ἰός.
Οὗ δ' ἔστιν ζωή τε, καὶ ἄφθιτον ἀέναον φῶς,
Καὶ μέλιτος γλυκεροῦ γλυκερώτερον ἀνδράσι χάρμα
Ἐκπροχέει· τῷ δεῖ μόνῳ αὐχένα κάμπτειν,
Καὶ τρίβον αἰώνεσσιν ἐν εὐσεβέεσσ' ἀνακλίνειν.
Ταῦτα λιπόντες ἅπαντα, δίκης μεστὸν τὸ κύπελλον
Ζωρότερον, στιβαρόν, βεβαρημένον, εὖ μάλ' ἄκρητον
Εἵλκυσατ' ἀφροσύνῃσι μεμηνότι πνεύματι πάντες.
Κ' οὐ θέλετ' ἐκνῆψαι, καὶ σώφρονα πρὸς νόον ἐλθεῖν,
Καὶ γνῶναι βασιλῆα θεόν, τὸν πάντ' ἐφορῶντα.
Τοὔνεκεν αἰθομένοιο πυρὸς σέλας ἔρχετ' ἐφ' ὑμᾶς.
Λαμπάσι καυθήσεσθε δι' αἰῶνος τὸ πανῆμαρ
Ψεύδεσιν αἰσχυνθέντες ἐπ' εἰδώλοισιν ἀχρήστοις.
Οἱ δὲ θεὸν τιμῶντες ἀληθινόν, ἀέναόν τε,
Ζωὴν κληρονομοῦσι, τὸν αἰῶνος χρόνον, αὐτοὶ
Οἰκοῦντες παραδείσου ὁμῶς ἐριθηλέα κῆπον,
Δαινύμενοι γλυκὺν ἄρτον ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος,

ΣΙΒΥΛ-

Quosque poli ſedes aureas habitare deceret,
Hos caries , denſiſque infeſtat aranea telis.
Serpentes colitis, ſtulti, feleſque, caneſque,
Et volucres, & quæ ſerpunt animalia terræ,
Et fabricata manu ſimulacra, & ſaxea ſigna,
Et paßim lapidum moles. hæc, vanaque multa
Præterea colitis, quæ ſunt turpißima dictu.
Talia ſunt hominum ſtultorum numina falſa
Quorum mortiferum diſtillat ab ore venenum.
At cuius vita eſt, cuius lux illa perennis,
Lætitia vnde viris dimanat dulcior omni
Melle : iſti ceruix omnis ſe ſubdere ſoli
Debet, quique pijs oſtendit qua ſit eundum
In vitam. his inquam neglectis, inſipienter
Ingentem, magnum calicem, plenumque meraco
Pœnarum hauſiſtis furioſis mentibus omnes.
Nec ſobrij vultis ſanæque euadere mentis,
Et nouiſſe Deum regem, qui cuncta tuetur.
Propterea feruens ignis vos opprimet ardor,
Semper & in flammis turpes ardebitis, omne
Quandoquidem vanis ſtatuis impenditis æuum.
At quibus æternus colitur Deus, atque perennis
Hi vitam degent quæ tempus in omne manebit,
Floriferos hortos paradiſi ſemper habentes,
Et dulcem cœli panem ſtellantis edentes,

PROOEMIVM
de Deo principij experte.

VNVS, QVI *ſolus regnat Deus, vnus & idem,*
Non genitus, rerum ſummus, ſuper omnia magnus,
Qui cœlum, ſolem, ſtellas, lunamque creauit,
Frugiferam terram, pontique fluenta tumentis:
Qui ſolus Deus eſt, incomprenſusque creator.
Hic hominũ formã & ſpeciem conſtruxit, & idem
Viuentem generis naturam miſcuit omnem.

NARRATIO.

AGGREDIOR *primo generis mortalis ab æuo,*
Vſque ad ſupremum diuine pandere cuncta:
Quæ fuerint mũdo, quæ ſint, quæ deinde ſequãtur
Ob ſcelus humanum. Primum, quænam ſit origo
Mundi, dicere me Deus imperat. Ergo ſcienter
Ne mea mortalis temnas præcepta caueto.
Mundi creario. **Supremum regem, qui mundum condidit omnem,*
Sic fatus, fiat: factumque eſt. namque locauit
Quæ cingatur aquis, & cingat tartara, terram:
Dulce dedit lumen: cœlum ſubuexit in altum:
Et mare cæruleum explicuit: cœlumque renidens

ΣΙΒΥΛΛΑΣ ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ
περὶ τοῦ ἀνάρχου θεοῦ.

ΕΙΣ ΘΕΟΣ ὃς μόνος ἄρχει,
ὑπερμεγέθης, ἀγένητος.
Ἀλλὰ θεὸς μόνος εἷς πανυπέρτατος, ὃς πεποίηκεν
Οὐρανὸν, ἠέλιόν τε, καὶ ἀστέρας, ἠδὲ σελήνην,
Καρποφόρον γαῖάν τε, καὶ ὕδατος οἴδματα πόντου,
Ὃς μόνος ἐστὶ θεὸς κτίστης, ἀκράτητος ὑπάρχων,
Αὐτὸς στήριξεν μερόπων μορφήν τε τύπον τε,
Αὐγὰς μῖξε, φύσιν πάντων γενετῆς βιότοιο.

ΕΚ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

Ἀρχομένη πρώτης γενεῆς μερόπων ἀνθρώπων,
Ἄχρις ἐπ' ἐσχατίῃσι προφητεύσω τὰ ἕκαστα,
Ὁππόσα πρὶν γέγονεν, πόσα τ' ἐστὶν, ὁπόσα τε μέλλει
Ἔσσεσθαι κόσμῳ, διὰ δυσσεβίας ἀνθρώπων.
Πρῶτον δή κέλεταί με λέγειν θεός. ὡς ἐγενήθη
Ἀτρεκέως κόσμος. σὺ δὲ ποικίλε θνητὲ πίφασκε
Νουνεχέως, ἵνα μή ποτ' ἐμῶν ἐφετμῶν ἀμελήσῃς.
Ὕψιστον βασιλῆα, ὃς ἔκτισε κόσμον ἅπαντα,
Εἴπας γενέσθω, καὶ γείνατο. ἥδρασε γὰρ γῆν
Ταρτάρῳ ἀμφίσαλον, καὶ φῶς γλυκὺ αὐτὸς ἔδωκε.
Οὐρανὸν ὕψωσε, γλαυκὴν δ' ἥπλωσε θάλασσαν,

Καὶ πόλον

Καὶ πόλον ἐστεφάνωσεν. ἅλις πυριλαμπέσιν ἄστροις.
Καὶ γαῖαν κόσμησε φυτοῖς, ποταμοῖσι δὲ πόντον
Χευάμενος ἐκέρασε, καὶ ἀέρι μῖξεν ἀϋτμὰς,
Καὶ νέφεα δροσόεντα. τιθεὶς ἄρα καὶ γένος ἄλλο,
Ἰχθύας ἐν πελάγεσσι, καὶ ὄρνεα δῶκεν ἀήταις·
Ὕλαις δ' αὖ θῆρας λασιαύχενας, ἠδὲ δράκοντας
Ἑρπυστὰς, καὶ πάντ' ὅσα κυκλόσε νῦν καθορᾶται.
Αὐτὸς ταῦτ' ἐποίησε λόγῳ, καὶ πάντ' ἐγενήθη
Ὦκα καὶ ἀτρεκέως. ὅδε γὰρ πέλετ' αὐτολόχευτος.
Οὐρανὸν ἐγκαθορῶν, ὑπὸ δ' αὖ τετέλεστο δὲ κόσμος.
ἀνθρώπου κτίσις. Καὶ τότε δὴ μετέπειτα πλάσεν πάλιν ἔμπνοον ἔργον,
Εἰκόνος ἐξ ἰδίης ἀπομαξάμενος νέον ἄνδρα,
Καλὸν, θεσπέσιον, τὸν δὴ κέλετ' ἐν παραδείσῳ
Ἀμβροσίῳ ναίειν, ὡς οἱ καλὰ ἔργα μεμήλῃ.
Αὐτὰρ ὁ μοῦνος ἐὼν αὐτοῦ ἐριθήλεϊ κήπῳ,
Προσλαλιὴν ποθέεσκε, καὶ ηὔχετο εἶδος ἀθρῆσαι
Ἄλλ' οἷον αὐτὸς ἔχεν. τοῦ δὴ θεὸς αὐτὸς ἀπούρας
Ἐκ λαπάρας, τούτῳ ἐποιήσατο Εὔαν ἀγητὴν
Κουριδίην ἄλοχον· τὴν δὴ πόρεν ἐν παραδείσῳ
Τούτῳ συνναίειν. ὁ δέ μιν κατιδὼν, μέγα θυμῷ
Θαῦμ' ἔχεν, ἐξαίφνης κεχαρημένος, οἷος ὁρᾶται
λείπει Ἀδάμου ῥήματα. Ἀντίτυπον μίμημα, σοφοῖς δ' ἠμείβετο μύθοις,
Αὐτομάτοισι ῥέουσι. θεῷ γὰρ πάντ' ἐμεμήλει.
Οὔτε γὰρ ἀκρασίῃ νόον ἔσκεπον, οὔτε μὲν αἰδῶ

Εἶχον,

Astrorum clara cinxit densaque corona:
Et terram ornauit plantis: & flumina ponto
Indidit infundens: & miscuit aëre ventos,
Et pluuias nubes. Aliud genus edidit inde,
Et commisit aquis pisces, ventisque volucres,
Atque feras syluis hirsutas, atque dracones
Serpentes: breuiter, quæ nunc cernuntur vbique,
Hæc fecit verbo, & sunt protinus omnia facta,
Et plane: siquidem per se parit ipse sua vi.
Cœlum despiciens perfecto denique mundo, Hominis creatio.
Rursum finxit opus spirabile. namque recentem
Expreßit, propria ducens ab imagine, pulchrum,
Præstantemq; virum, & viridaria iußit amœna
Incolere, vt studijs operam nauaret honestis.
Verum cum solus viridantibus esset in hortis,
Colloquium optabat, proprioque videre volebat
Consimiles vultus. igitur Deus ipsius, eius
Ereptam lateri, formosam condidit Euam:
Vxoremque viro propriam coniunxit, vt vna
Degeret. hanc simulac vidit, propriæque notauit
Exemplar formæ, stupuit simul, atque recentem
Hausit lætitiam: tum docte farier infit,
Verbis sponte sua manantibus, omnia quando
Curabat Deus. Desunt Adami verba.
Nam neque velabat mentem laxata libido,

Nec pudor vllus erat: sed praua mente carebant,
Luce palam vulgo coëuntes, more ferarum.
Illis deinde Deus tradens præcepta, cauendum
Serpẽs. *Arboris ostendit gustu. sed pessimus illos*
Decepit vafrè serpens, vt mortis abirent
In fatum, scirentq; bonumq; malumque quid esset.
Sed mulier primo proditrix extitit illi,
Quæ dedit, ignoraque rei peccare suasit.
Ille quidem audita persuasus coniuge, patrem
Æternum oblitus, spreuit clarissima iussa.
Hoc ergo peperere sibi mala, non bona, facto.
Ac tum mellitæ ficus folijs contextis
Vestes fecerunt, quibus obtexêre pudenda
Impositis inter sese, cogente pudore.
At pater æternus facto succensuit illo,
Deiecitque loco immortali, quatenus æquum
Degere mortali fuit in regione, rebelles
Contra immortalis magni præcepta parentis.
Qui simul egressi terram tetigere parentem,
Et gemitu & lachrymis perfundebantur. & inde
Immortalis eos Deus est affarier orsus:
Crescite multiplici numero, terrãq; per artem
Exercete, cibos alimentaque desudantes.
Sic ait, & fraudis serpentem qui fuit autor,
In latus & ventrem, terram calcare coëgit,

Acriter

Εἶχον, ἀλλ' ἦσαν κραδίης ἀπάνευθε κακοῖο.
Καὶ ὡς θῆρες δὴ βίνεσκον ἀπὸ σκοπιῆσι.
tradiderant, ob quam etiam dedecorosæ furiæ, sicut commemorant qui de Daphne scribunt. Hæc, inquam, Sibylla intus in ipsis aliquādo adytis importuna superstitione occupata, ac diuina certe inspiratione referta, carminibus futura de Deo vaticinata est, perspicue in serie primarum litterarum, quæ ἀκροστιχὶς dicitur, historiam aduentus Iesu declarans. Est autem Acrostichis ista: IESVS CHRISTVS, DEI FILIVS, SERVATOR, CRVX S. *Carmina vero illius hæc sunt.*

I udicij fuerit cum signum, terra madebit,
E t cœlo veniet princeps per secla futurus,
S cilicet vt carnem præsens & iudicet orbem.
O mnis homo hūc, fidusq; Deū, infidusq; videbit,
V na cum sanctis excelsum fine sub æui:
S ede sedens animas censebit, corpora & ipsa.
C hersos erit mundus, spinas feret vndique tellus.
R eijcient simulachra homines & munera Ditis.
I nquirens portas infringet carceris atri.
S ic etenim cunctæ veniet lux libera carni,
T unc sanctis: ignis sontes æternus aduret.
O ccultos actus omnes & quisque loquetur,
S ed tenebrosa Deus collustrans pectora pandet.

TH renus erit cunctis, & stridor dentis adest.
E ffugiet solis iubar, astrorumque choreæ,
O mne poli lumen soluetur, & aurea luna.
V alles extollet, collesque a vertice perdet.
V squã nec celsum mortalibus aut graue quicquã.
I nde æqui montes campis, hinc cerula ponti
O mne ratis spernent onus, hiscet fulmine tellus.
S ic fontes simul arescent, & fluminis aluei.
S tridula tũ querulũ sonitũ tuba fundet olympo,
O rbis grande malum rugiens, & damna futura,
T artareumque chaos monstrabit terra dehiscens.
E t venient omnes reges magni ante tribunal.
R efluet & cœlo tunc sulphuris amnis, & ignis.
S ic cũctorum hominũ fient manifesta sepulchra.
T um fidis lignum, cornu atque optabile fiet:
A tque piorum vita hominũ, nocumentaq; mundi
V ndis lustrabunt bisseno in fonte vocatos.
R ex pastoris erit nobis & ferrea virga,
O mnipotens Deus est præscriptus versibus istis,
S eruator nostro æternus rex passus amore.

Et hæc virgo perspicue vaticinari potuit. Hanc ego quidem beatam iudico, quam Seruator prouidentiæ suæ erga nos vatem elegit. Verum multi sunt, qui hanc ista vaticinatam esse non credunt, quamuis Sibyllam Erythræam vatem fuisse confiteantur:

Θ ρῆνος δ' ἐκ πάντων ἔσται, καὶ βρυγμὸς ὀδόντων.
Ε κλείψει σέλας ἠελίου, ἄστρων τε χορεῖαι,
Ο ὐρανὸν εἱλίξει, μήνης δέ τε φέγγος ὀλεῖται.
Υ ψώσει δὲ φάραγγας, ὀλεῖ δ' ὑψώματα βουνῶν.
Υ ψος δ' οὐκέτι λυγρὸν ἐν ἀνθρώποισι φανεῖται.
Ι σα τ' ὄρη πεδίοις ἔσται, καὶ πᾶσα θάλασσα
Ο ὐκ εἰς πλοῦν ἕξει. γῆ γὰρ φρυχθεῖσα κεραυνῷ,
Σ ὺν πηγαῖς, ποταμοὶ δὲ καχλάζοντες λείψουσιν.
Σ άλπιγξ δ' οὐρανόθεν φωνὴν πολύθρηνον ἀφήσει,
Ω ρύουσα τὸ μέλλον, καὶ δὴ πήματα κόσμου,
Τ αρτάρεον δὲ χάος τότε δείξει γαῖα χανοῦσα.
Η ξουσιν δ' ἐπὶ βῆμα θεοῦ βασιλῆες ἅπαντες.
Ρ εύσει δ' οὐρανόθεν ποταμὸς πυρὸς, ἠδέ γε θείου.
Σ ῆμα δέ τοι τότε πᾶσι βροτοῖς ἀριδείκετον, οἷον
Τ ὸ ξύλον ἐν πιστοῖς, τὸ κέρας τὸ ποθούμενον ἔσται,
Α νδρῶν εὐσεβέων ζωὴ, πρόσκομμά τε κόσμου·
Υ δασι φωτίζον πιστοὺς ἐν δώδεκα πηγαῖς.
Ρ άβδος ποιμαίνουσα σιδηρείη γε κρατήσει.
Ο ὗτος ὁ νῦν προγραφεὶς ἐν ἀκροστιχίσιν θεὸς ἡμῶν,
Σ ωτὴρ ἀθάνατος, βασιλεὺς, ὁ παθὼν ἕνεχ' ἡμῶν.

Καὶ ταῦτα τῇ παρθένῳ δηλαδὴ θεόθεν ἐπέστη προκηρύξαι. μακαρίαν δ' αὐτὴν ἔγωγε κρίνω, ἣν ὁ σωτὴρ ἐξελέξατο προφῆτιν τῆς ἑαυτοῦ περὶ ἡμῶν προμηθείας. ἀλλ' οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἀπιστοῦσι, καὶ ταῦθ' ὁμολογοῦντες Ἐρυθραίαν γεγενῆσθαι Σίβυλλαν

μάντιν· ὑποπτεύουσι δέ τινα τὸν τῆς ἡμετέρας θρησκείας ποιητικῆς μούσης οὐκ ἄμοιρον, τὰ ἔπη ταῦτα πεποιηκέναι, νοθεύεσθαί τε αὐτὰ, καὶ Σιβύλλης θεσπίσματα εἶναι λέγεσθαι, ἔχοντα βιωφελεῖς γνώμας, τὴν πολλὴν τῶν ἡδονῶν περικοπτούσας ἐξουσίαν, καὶ ἐπὶ τὸν σώφρονά τε καὶ κόσμιον βίον ὁδηγούσας. ἐν προφανεῖ δ' ἀλήθεια τῆς τῶν ἡμετέρων ἀνδρῶν ἐπιμελείας, συλλεξάσης τοὺς χρόνους ἀκριβέστερον, ὡς πρὸς τὸ μηδένα ὑπάζειν μετὰ τὸν τοῦ Χριστοῦ κάθοδον καὶ κρίσιν γεγενῆσθαι τὸ ποίημα, καὶ ὡς πάλαι προλεχθέντων ὑπὸ Σιβύλλης τῶν ἐπῶν ψεῦδος διαφημίζεσθαι. ὡμολόγηται γὰρ, Κικέρωνα ἐντετυχηκότα τῷ ποιήματι, μετενεγκεῖν τε αὐτὸ εἰς τὴν Ῥωμαίων διάλεκτον, καὶ συντάξαι αὐτὸ τοῖς ἑαυτοῦ συντάγμασι, τοῦτον ἀναιρεῖσθαι κρατήσαντος Ἀντωνίου. Ἀντωνίου δ' αὖ πάλιν Αὔγουστον περιγεγενῆσθαι, ὃς ἓξ καὶ πεντήκοντα ἔτη ἐβασίλευσε. τοῦτον Τιβέριος διεδέξατο, καθ' ὃν χρόνον ἡ τοῦ σωτῆρος ἐξέλαμψε παρουσία, καὶ τὸ τῆς ἁγιωτάτης θρησκείας ἐπηκράτησε μυστήριον, ἥ τε νέα τοῦ δήμου διαδοχὴ συνέστη, περὶ ἧς οἶμαι λέγειν τὸν ἐξοχώτατον τῶν κατ' Ἰταλίαν ποιητῶν·

Ενθεν ἔπειτα νέων πληθὺς ἀνδρῶν ἐφαάνθη.

Καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ τινὶ τῶν βουκολικῶν τόπῳ·

Σικελίδες Μοῦσαι, μεγάλην φάτιν ὑμνήσωμεν·

Τί τούτου φανερώτερον; προστίθησι γάρ·

Ηλυθε

fiteantur: ſed ſuſpicantur, aliquem noſtræ religionis, poeticæ Muſæ non expertem, hæc condidiſſe carmina: eſſeque illa adulterina, & falſo Sibyllæ vaticinia dici, cum vtiles ſententias hobeant, multam voluptatum licentiam amputantes, & ad temperatam & honeſtam vitæ conuerſationem ducentes. Eſt autem veritas in propatulo, eo quod noſtræ religionis viri tempora diligenter & exacte collegerunt: non poſſe coniecturari, quod poema hoc a quopiam ſit, poſt Chriſti factum deſcenſum, & iudicium. Eſt enim in confeſſo, Ciceronem poema hoc legiſſe, illudque & in Romanam dialectum tranſtuliſſe, & commentariis ſuis inſeruiſſe: denique hunc imperante Antonio interemptum: Antonium vero poſtea ab Auguſto ſuperatum, qui quinquaginta ſex annos imperauit: & huic Tiberium ſucceſsiſſe, cuius tempore Chriſti aduentus illuxit, & ſanctiſsimæ religionis myſterium obtinuit, ac noua populi ſucceſsio conſtitit. De quo eminentiſsimum Italiæ poetarum loqui puto. vbi ait:

Prodijt in lucẽ hominum genus inde nouorum.

Et iterum, in alio quodam Bucolicorum loco.

Sicelides Muſæ, paulo maiora canamus.

Quid manifeſtius? adijcit enim:

Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.

Significans videlicet, Cumæam Sibyllam. Nec his contentus, vlterius progressus est, tanquam ipsa necessitas testimonium ipsius desideraret. Quid igitur dicit?

Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo.
Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna.

Quæ nam igitur hæc virgo est, quæ rediit? An non ea, quæ plena & fœta facta est de spiritu sancto? Et quid impedit, quo minus puella hæc de diuino spiritu grauida, semper sit & maneat virgo? Redibit autem denuo, orbemque aduentu suo releuabit. Et addit Poeta:

Tu modo nascenti pucro, quo ferrea primum
Desinet, ac toto surget gens aurea mundo,
Casta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo.
Te duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,
Irrita perpetua soluent formidine terras.

Intelligimus autem dicta hæc manifeste simul, & obscure per allegorias prolata iis qui carminum horum sensum altius sub conspectum diuinitatis Dei scrutantur, innuere: quomodo Poeta, ne quis eorum qui in regia vrbe dominabantur, culpare posset, quod contra patrias leges scriberet, & quæ iam olim inde a maioribus de diis credita

Ἤλυθε Κυμαίου μαντεύματος εἰς τέλος ὀμφή·
Κυμαίαν αἰνιττόμενος δηλαδὴ τὴν Σίβυλλαν.

καὶ οὐκ ἠρκέσθη τούτοις, ἀλλὰ περαιτέρω προεχώρησεν, ὡς τῆς χρείας τὴν αὐτοῦ μαρτυρίαν ἐπιποθούσης. τί λέγων αὖθις·

Οὗτος ἄρ' αἰώνων ἱερὸς στίχος ὄρνυται ἡμῖν.
Ἥκει παρθένος αὖθις ἄγουσ' ἐρατὸν βασιλῆα.

Τίς οὖν ἄρα εἴη παρθένος ἡ ἐπανήκουσα; ἆρ' οὐχ ἡ πλήρης τε καὶ ἔγκυος γενομένη τοῦ θείου πνεύματος; καὶ τί τὸ κωλῦον, τὴν ἔγκυον τοῦ θεοῦ πνεύματος κόρην εἶναι ἀεὶ, καὶ διαμένειν παρθένον; ἐπανήξει δὲ ἐκ δευτέρου, τὴν οἰκουμένην παραγενόμενος ἐπικουφίσει. καὶ προστίθησιν ὁ ποιητής·

Τὸν δὲ νεωστί τω τεχθέντα φαεσφόρε μήνη,
Ἀντὶ σιδηρείης χρυσῆν γενεὴν ὀπάσαντα,
Προσκύνει.*
Τοῦ δὲ γὰρ ἄρχοντος, μενοεικέα πάντα βρότεια
Καὶ στοναχαί τε καθευνάζονται ἀλιτρῶν.*

Συνίεμεν δὴ φανερῶς τε ἅμα καὶ ἀποκρύφως δι' ἀλληγοριῶν τὰ λεχθέντα, τοῖς μὲν βαθύτερον ἐξετάζουσι τὴν τῶν ἐπῶν δύναμιν, ὑπ' ὄψιν τῆς τοῦ θεοῦ θεότητος. * ὅπως τε μή τις τῶν δυναστευόντων ἐν τῇ βασιλευούσῃ πόλει ἐγκαλεῖν ἔχῃ τῷ ποιητῇ, ὡς παρὰ τοὺς πατρῴους νόμους συγγράφοντι, ἐκβάλλοντί τε τὰ πάλαι ὑπὸ τῶν προγόνων περὶ τῶν θεῶν

νομιζόμενα, ἐπικαλύπτεται τὴν ἀλήθειαν. ἠπίστατο γὰρ (οἶμαι) τὴν μακαρίαν καὶ ἐπώνυμον τοῦ σωτῆρος τελευτήν. ἵνα δὴ τὸ ἄγριον τῆς ὠμότητος ἐκκλίνοι, ἤγαγε ταῖς διανοίας τῶν ἀκουόντων πρὸς τὴν ἑαυτῶν συνήθειαν· καὶ φησὶ χρῆναι βωμοὺς ἱδρῦσθαι, καὶ νεὼς κατασκευάζειν, θυσίας τ' ἐπιτελεῖσθαι τῷ νεωστὶ τεχθέντι. ἀκολούθως δὲ καὶ τὰ λοιπὰ ἐπήγαγε τοῖς φρονοῦσι. φησὶ γάρ.

Λήψεται ἀφθάρτοιο θεοῦ βίοτον, καὶ ἀθρήσει
Ἥρωας σὺν ἐκείνῳ ἀολλέας, ἠδὲ καὶ αὐτὸς
Πατρίδι καὶ μακάρεσσιν ἑβδομένοισι φανεῖται,
Πατροδότῳ τ' ἀρετῇ κυβερνῶν ἡνία κόσμου.
Σοὶ δ' ἄρα παῖ πρώτιστα φύει δωρήματα γαῖα,
Κεισθὴν ἠδὲ κύπειρον ὁμοῦ κολοκασίῳ ἀκάνθῳ.

Θαυμαστὸς ἀνὴρ, καὶ πάσῃ παιδείᾳ κεκοσμημένος, ὃς ἀκριβῶς ἐπιστάμενος τὴν τῶν τότε καιρῶν ὠμότητα,

Σοὶ δ' ὦ παῖς θαλεροὶ μαζοὶ καταβεβρίθυῖαι (φησὶ)
Αὐτόματοι γλυκὺ νᾶμα συνεκτελέουσι γάλακτος.
Οὐδὲ θέμις ταρβεῖν βλοσυροὺς ἀγέλῃσι λέοντας.

Ἀληθῆ λέγων. ἡ γὰρ πίστις τῆς βασιλικῆς αὐλῆς τοὺς δυνάστας οὐ φοβηθήσεται.

Φύσει δ' εὐώδη τὰ σπάργανα ἄνθεα αὐτά,
Ὄλλυται ἰοβόλου φύσις ἑρπετοῦ, ὄλλυται πίασης
Λοίγιος, Ἀσσύριον θάλλει κατὰ πάμπαν ἄμωμον.

Τούτων

dita fuissent, reijceret, veritatem occuluerit. Nouerat enim (opinor) beatam ac celebrem Seruatoris mortem: vt vero immanem crudelitatem declinaret, mentes auditorum ad suam ipsorum consuetudinem duxit, aitque aras fundandas esse, ac templa construenda, victimasque recens nato offerendas. Consequenter autem & consentanee reliqua etiam subiunxit, si quis recte intelligat, dicit enim:

Ille Deum vitam accipiet, diuisque videbit
Permixtos Heroas, & ipse videbitur illis.

Intelligit autem iustos.

Pacatumque reget patriis virtutibus orbem.
At tibi prima puer nullo munuscula cultu
Errantes hederas paßim cum baccare tellus,
Mixtaque ridenti colocasia fundet acantho.

Vir admirabilis, omnisque generis eruditione ornatus, temporum illorum sæuitiem exacte sciens iterum dicit:

At tibi sincero puer vbera lacte grauascent,
Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ
Vbera, nec magnos metuent armenta leones.

Vera dicit. Potētes enī aulæ regiæ fides nō metuet.

Ipsa tibi blandos reddent cunabula flores,
Occidet & serpens, & fallax herba veneni
Occidet: Assyrium vulgo nascetur amomum.

Et his nihil verius quicquam, nihil etiam virtuti Seruatoris accommodatius esse dixerit. Ipsis namque Dei cunabulis Spiritus sancti virtus fragrantes quosdam flores, nouam scilicet progeniem dedit. Serpens vero occidit, & ventum serpentis illius, qui protoplastos primus seduxit, ac mentes eorum in transuersum egit, per insitum voluptatum oblectamentũ, vt cognoscerent imminens ipsis exitium. Etenim ante Seruatoris descensum, animos hominum propter ignorantiam immortalitatis iustorum nulla bona spe fundatos, fractos reddidit: verũ post paßionẽ illius, postquam corpus, quo amictus erat, ad tempus cõmunicatione spiritus sancti priuasset, reuelata est mortalibus resurrectionis virtus, & si qua fex iniusticiæ in hominibus relicta est, vniuersa sacris est lauacris repurgata. Tunc obtemperantibus sibi, bono esse animo præcepit, & ex augusta ipsius illustrique resurrectione consimilia sperare iussit. Itaque non immerito occidit venenatorum serpentiũ natura: occidit & mors, obsignata vero est resurrectio. Periit & gens Aßyriorum, quæ filium Dei recusauit. Et amomum vbique nasci dicens, sic multitudinem cultorũ Dei appellat. velut enim ex vna radice multitudo ramorũ, fragrantib. florib. vernans, ac moderato rore irrigatũ germinat.

Scite

Τούτου τ' οὐδὲν ἀληθέστερον, οὐδὲ τῆς τοῦ σωτῆρος ἀρετῆς οἰκειότερον εἴποι τις ἄν. αὐτὰ γὰρ τὰ τοῦ θεοῦ παράγγελμα, πνεύματος ἁγίου δύναμις, εὐώδη τινὰ ἄνθη, νεολαία ὤπασε γένα. ὁ δὲ ὄφις ἀπόλλυται, καὶ ὁ ἰὸς τοῦ ὄφεως ἐκείνου, ὃς τοὺς πρωτοπλάστους πρῶτος ἐξηπάτα, παράγων τὰς διανοίας αὐτῶν ἀπὸ τῆς ἐμφύτου ἐπὶ τὴν τῶν ἡδονῶν ἀπόλαυσιν, ὅπως γνοῖεν τὸν ἐπηρτημένον αὐτοῖς ὄλεθρον. πρὸ γάρ τοι τῆς κατελεύσεως τοῦ σωτῆρος τῆς ἀθανασίας τῶν δικαίων, ἄγνοια τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ μηδεμιᾷ χρηστῇ ἐλπίδι ἐρειδομένας, ἔθραυε· παθόντος δὲ αὐτοῦ, καὶ πρὸς καιρὸν τοῦ περιτεθέντος σώματος χωρισθέντος ἐκ τῆς κοινωνίας τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀπεκαλύφθη τοῖς ἀνθρώποις τὸ δυνατὸν τῆς ἀναστάσεως. καὶ εἴ τις ἰλὺς ἀνθρώπων ἀδικημάτων καταλέλειπτο, αὕτη πᾶσα λουτροῖς ἁγίοις ἐσμήχετο. τότε δὴ παρακελεύεται τοῖς ὑπηκόοις θαρρεῖν, καὶ ἐκ τῆς αὐτοῦ σεμνῆς διασήμου τε ἀναστάσεως τὰ ὅμοια ἐλπίζειν ἐκέλευσεν. Ἐκ τούτου δικαίως ἐτελεύτα τῶν ἰοβόλων ἡ φύσις· ἐτελεύτα δὲ καὶ θάνατος, ἐπεσφραγίσθη δὲ ἡ ἀνάστασις. ἀπώλετο δὲ καὶ τὸ τῶν Ἀσσυρίων γένος, ὃ παραίτιον ἐγένετο τῆς πίστεως τοῦ θεοῦ. φύεσθαί τε καὶ πανταχοῦ φάσκων τὸ ἄμωμον, πλῆθος τῶν θρησκευόντων προσαγορεύει. οἷον γὰρ ἐκ μιᾶς ῥίζης πλῆθος κλάδων εὐώδεσι θάλλον ἄνθεσιν, ἐνδεχόμενον συμμετρίᾳ δρόσου βλαστάνει.

πεπαιδευμένως δὲ ὦ σοφώτατε ποιητὰ Μάρων, καὶ τὰ ἑξῆς ἅπαντα ἀκολούθως ἔχει.

Αὐτίκα δ' ἡρώων ἀρετὰς, πατέρος τε μεγίσου
Εργ' ὑπερφιωοείησι κεκασμένα πάντα μαθήσῃ.

Τοὺς μὲν τῶν ἡρώων ἐπαίνους, τὰ τῶν δικαίων ἀνδρῶν ἔργα σημαίνων· τὰς δὲ ἀρετὰς τοῦ πατρὸς τὴν τοῦ κόσμου σύνταξιν, καὶ τὴν εἰς αἰώνων διαμονὴν ἀπεργασίαν λέγων· ἴσως δὲ καὶ τοὺς νόμους, οἷς ἡ θεοφιλὴς ἐκκλησία χρῆται, ἐπιτηδεύουσα τὸν μετὰ δικαιοσύνης τε καὶ σωφροσύνης βίον. θαυμαστὴ δὲ καὶ ἡ τοῦ μεταξὺ τῶν τε ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν βίου τὸ αἰνιγμένον παραύξησις, τὸ ἀθεὸν τῆς αἰφνιδίου μεταβολῆς παραιτουμένου.

Πρῶτα μὲν ἀνθείκων ξανθῶν ἤγρετο δηωαί.
Τουτέστιν, ὁ καρπὸς τοῦ θείου νόμου ἤγετο εἰς χρείαν.

Εν δ' ἐρυθροῖσι βάτοισι παρήορος ἤλδανε βότρυς.
ἀπὸ οὐκ ἦν κατὰ τὸν ἄθεσμον βίον.

Σκληρῶν δὴ πεύκης λαγόνων μέλιτος ῥέε νᾶμα.
τὴν ἠλιθιότητα τῶν τότε ἀνθρώπων, καὶ τὸ καλεσκληκὸς ὑπογράφων ἦθος· ἴσως δὲ καὶ τὸν τοῦ θεοῦ χρόνον ἀκούοντας τῆς ἑαυτῶν καρτερείας γλυκύν τινα καρπὸν λήψεσθαι διδάσκων.

Παῦρα δ' ὅμως ἴχνη προτέρας περιλείπεται ἄτης
Πόντον ἐπαΐξαι, περί τ' ἄστεα τείχεσι κλεῖσαι,
Ρῆξαί τ' εἰλιπόδων ἐκλύσμασι τέλσον ἀρούρης.

Αλλος

Scite autem hæc, o ſapientiſsime poeta Maro, & quæ ſequuntur etiam conſentanea ſunt:

At ſimul heroum laudes, & facta parentis,
Iam legere, & quæ ſit poteris cognoſcere virtus.

Heroum laudes, iuſtorum virorum opera ſignificat: patris vero virtutes, mundi huius conſtitutionem & opificium, perpetuo conſiſtens. Forſan autem & leges, quibus Eccleſia amans Dei vtitur, dum vitam cum iuſtitia & temperãtia decoratam exercet. Admirabilis etiã eſt expedita illa amplificatio cõmiſerationis inter bonos & malos, quæ ſubitam repentinæ mutationis velocitatẽ nõ admittit.

Molli paulatim flaueſcet campus ariſta:

Hoſt eſt, diuinæ legis fructus maturuit.

Incultisque rubens pendebit ſentibus vua.

Quæ quidem non ſunt ſecundum illicitam vitæ conuerſationem.

Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella.

Stoliditatem hominum illius temporis, ac ſtrigoſos mores deſcribit: & quam ſuauem hi, qui filium Dei audiunt, tolerantiæ ſuæ fructum recepturi ſint, docet.

Pauca tamen ſuberunt priſcæ veſtigia fraudis,
Quæ tentare Thetin ratibus, quæ cingere muris
Oppida, quæ iubeant telluri infindere ſulcos.

Alter erit tũ Tiphys, & altera quæ vehat Argo
Delectos Heroas: erunt etiam altera bella,
Atq; iterũ ad Troiã magnus mittetur Achilles.

Recte, o sapientißime poeta. poeticam enim facultatem quousque licuit, vsurpasti. Non enim vaticinari poteras, quod propositum habebas, cum propheta non esses. Deinde & periculum quoddã opinor tibi obstitit, quod imminebat, quod a maioribus sancita reprehendisset. At veritatem communiter & secure pro viribus, illis qui intelligere poterant, expreßit, dum turres ac bellum accusans, quæ reuera etiamnum in vita mortalium inquirũtur, Seruatorem ad Troianum bellum proficisci significat: Troiam autem, totum orbem intelligit. Expugnauit igitur palã prauã illam aduersariam potentiam Christus, ex propria prouidentia, & maximi patris mandato missus. Sed quid post ista Poeta dicit?

Hinc vbi iam firmata virum te fecerit ætas.

Hoc est, vbi adoleuerit malis quæ vitam humanã occupant, radicibus extirpatis, totam terram pacis ornamentis decorabit.

Cedet & ipse mari vector, nec nautica pinus
Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.
Non rastros patietur humus, nõ vinea falcem.
Robustus quoque iam tauris iuga soluet arator.

Ἄλλος ἔπειτ' ἔσαι Τῖφυς, καὶ Θεσσαλὶς Ἀργὼ,
Ἀνδράσιν ἡρώεσσιν ἀγαλλομένη. πόλεμον δὲ
Τρώων καὶ Δαναῶν πειρήσεται αὖθις Ἀχιλλεύς.

Εὖγ' ὦ σοφώτατε ποιητά. τὴν γὰρ ποιητικὴν ἐξουσίαν μέχρι τοῦ προσήκοντος ἐταμιεύσω. οὐ γὰρ ἦν σοι προκείμενον ἀποθεσπίσαι, μὴ ὄντι γε προφήτῃ. ἐκώλυε δέ τις (οἶμαι) καὶ κίνδυνος, τοῖς ἐλέγχουσι τὰ ὑπὸ τῶν προγόνων νομισθέντα ἐπηρτημένος, πεφραγμένως δὴ καὶ ἀκινδύνως κατὰ τὸ δυνατὸν συνιέναι δυναμένοις παραστήσας τὴν ἀλήθειαν, πύργους καὶ πόλεμον αἰτιασάμενος, ἅπερ ἀληθῶς ἔτι καὶ νῦν ἐξετάζεται κατὰ τὸν ἀνθρώπων βίον, χαρακτηρίζει τὸν σωτῆρα ὁρμῶντα ἐπὶ τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον· τὴν δὲ Τροίαν, τὴν οἰκουμένην πᾶσαν. ἐπολέμησε γοῦν ἄντικρυς τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως πονηρᾶς πεμφθεὶς ἐξ οἰκείας τε προνοίας, καὶ παραγγελίας μεγίστου πατρός. τί δὴ μετὰ ταῦτα ὁ ποιητὴς λέγει;

Ἀλλ' ὅτ' ἂν ἠνορέης ὥρη καὶ καρπὸς ἵκηται.

Τουτέστιν, ἐπειδὰν ἀνδρωθεὶς, τὰ περιέχοντα τὸν βίον τῶν ἀνθρώπων ῥιζόθεν ἐξέλῃ, τήν τε ξύμπασαν γῆν εἰρήνῃ καλλικοσμήσῃ.

* Οὐχ ὅσιοι αὐτοῖσιν ἀγιβοτάτοισιν;
Φυομένων ἀμυδὶς γαίης ἄπο πίονι μέζῳ.
Αὐτὸς δ' ἄσπαρτος καὶ ἀνήροτος, οὐδὲ ἀμίνω
Ὀβριζέου δρεπάνοιο ποθήσεται ἄμπελον οἶμαι.

Οὐδ' ἐρίου δεύοιτο βροτὸς πόκον· αὐτόματος δ'
Ἀρνειὸς Τυρίοισι περιβρέψει λιβάδεσσιν,
Σάνδυκι πορφυρέῳ λάχνην ῥυπόεσσαν ἀμείβων·
Ἀλλ' ἄγε τιμῆεν σκῆπτρον βασιληΐδος ἀρχῆς,
Δεξιτερῆς ἀπὸ πατρὸς ἐριβρεμέταο δέδεξο,
Κόσμου κητώεντος ὁρᾶν εὔπηκτα θέμεθλα,
Χαρμοσύνην γαίης τε καὶ οὐρανοῦ, ἠδὲ θαλάσσης,
Γηθόσυνόν τ' αἰῶνος ἀπειρεσίου λάσιον κῆρ.
Εἴθε με γηραλέον ζῶντά τ' ἔχοι νήδυμος ἰσχὺς,
Τὴν ἀρετὴν κελαδεῖν ἐφ' ὅσον δύναμίς γε παρείη.
Οὐκ ἄν με πλήξειεν ὁ Θρακῶν δῖος ἀοιδὸς,
Οὐ Λίνος, οὐ Πὰν αὐτὸς, ὃν Ἀρκαδίη τέκετο χθών.
Ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς ὁ Πὰν ἀνθέξεται εἵνεκα νίκης.

Ὁρᾷ, φησὶ, καὶ τῶν στοιχείων ἀπλύτων χαράν. Ταῦτα δόξειεν ἄν τις τῶν οὐκ εὖ φρονούντων, περὶ γενεᾶς ἀνθρώπου λέγεσθαι· παιδὸς δὲ τεχθέντος ἀνθρώπου· ποῖον δὲ ἔχει λόγον, γῆν ἄσπαρτον καὶ ἀνήροτον, καὶ τήν γε ἄμπελον μὴ ἐπὶ τὴν δρεπάνου ἄμην, μηδὲ τὴν ἄλλην ἐπιμέλειαν, πῶς ἂν νοηθῇ λεχθὲν ἐπὶ γενεᾶς ἀνθρωπίνης; ἤτοι γάρ τοι φύσις θείας ἐστὶ προσ-

τάξεως

Nec varios diſcet mentiri lana colores:
Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti
Murice, iam croceo mutabit vellera luto.
Sponte ſua ſandix paſcentes veſtiet agnos.
Talia ſecla ſuis dixerunt currite fuſis,
Concordes ſtabili fatorum numine Parcæ.
Aggredere o magnos, aderit iam tẽpus, honores
Chara Deũ ſoboles, magnũ Iouis incrementũ.
Aſpice conuexo nutantem pondere mundum,
Terrasque, tractusq; maris, cœlumq; profundũ:
Aſpice venturo lætentur vt omnia ſeclo.
O mihi tam longe maneat pars vltima vitæ,
Spiritus & quantum ſat erit tua dicere facta:
Nõ me carminib. vĩcet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus: huic mater quãuis, atq; huic pater
Orph፧ Calliopeia, Lino formoſus Apollo. (adſit
Pan etiam Arcadia mecum ſi iudice certet,
Pan etiam Arcadia dicat ſe iudice victum.

Vide, inquit, etiam elementorum omnium gaudiũ. Arbitretur iſta quiſquam inſipientium de genere mortalium dici. Verum quæ fuerit ratio, vt nato filio hominis terra nec ſata ſit, nec aratra, nec vitis falcem aut aliam quampiam culturæ curã admittat? Quomodo intelligetur, hoc de humana dictum eſſe generatione? Natura enim diuini mondati mi-

niſtra eſt, non humane iuſsionis operatrix. Sed & gaudium elementorum, deſcenſum Dei, non hominis alicuius partum ſignificat. Et quod poeta vitæ ſibi finem prorogari optat, diuinæ eſt denominationis ſymbolum. Vitam enim ac ſalutem a Deo petere ſolemus, non ab homine. Dicit itaque Erythræa ad Deum: quid mihi, o Domine, diuinationis neceſsitatem imponis: & non magis a terra in ſublime ſublatã, vſque ad beati aduentus tui diem cuſtodis? Sed Maro etiam iſta prædictis adiungit:

Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem:
Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.
Incipe parue puer: cui non riſere parentes,
Nec Deus hũc mẽſa, dea nec dignata cubili eſt.

Quomodo ſiquidem huic riſere parentes? Deus enim illorum potentia eſt, ſine qualitate, nec figuram habet: nec in reliquis circumſcribitur, neque corpore eſt humano. Spiritum vero ſanctũ quis ignorat, expertem eſſe thalami? Qualis vero concupiſcentia, & quale deſideriũ eſt in ſpecie boni, quod omnia expetunt? Quid omnino cõmercij eſt ſapientiæ ac voluptati? Sed permittantur iſta dicere, qui humanitus non ſunt affecti, ſed animum ſuum ab omni malo opere & verbo repurgare ſatagunt.

τάξεως διάκονος, οὐκ ἀνθρωπίνης κελεύσεως ἐργάτις. ἀλλὰ καὶ στοιχείων παρὰ θεοῦ κάθοδον, οὐκ ἀνθρώπου τινὸς χαρακτηρίζει κίνησιν. τό τε εὔχεσθαι τὸν ποιητὴν, τοῦ βίου τὸ τέλος αὐτῷ μηκύνεσθαι, θείας ἐπικλήσεως σύμβολον. παρὰ γὰρ θεοῦ τὸν βίον καὶ τὸ σώζεσθαι ἀξιοῦν εἰθίσμεθα, οὐ πρὸς ἀνθρώπου. ἡ γοῦν Ερυθραία πρὸς τὸν θεόν· τί δή μοι, φησὶν, ὦ δέσποτα, τὴν τῆς μαντείας ἐπισκήπτεις ἀνάγκην, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἀπὸ τῆς γῆς μετέωρον ἀρθεῖσαν διαφυλάττεις, ἄχρι τῆς μακαριωτάτης σῆς ἐλεύσεως ἡμέρας; ὁ δὲ Μάρων πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἐπιφέρει καὶ τάδε.

Αρχεο μειδιόων ἀνορῶν τὴν μητέρα κεδνὴν
Γνωρίζειν, ἡ γάρ σε φέρεν πολλοὺς λυκάβαντας.
Σοὶ δὲ γονεῖς οὐ πάμπαν ἐφημέριοι ἐγέλασαν,
Οὐδ᾽ ἥψω λεχέων, οὐδ᾽ ἔγνως δαῖτα θάλειαν.

Πῶς γὰρ ἂν πρὸς τοῦτον οἱ γονεῖς ἐμειδίασαν; ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν θεὸς, ἄποιος δύναμις, καὶ ἀσχημάτιστος μὲν, ἐν περιγραφῇ δὲ ἄλλων, οὐκ ἀνθρωπίνου δὲ σώματος. λέκτρον δὲ ἄπειρον, τίς οὐκ οἶδεν ὂν τὸ ἅγιον πνεῦμα; ποία δὲ ἐπιθυμία, ἔφεσίς τε ἐν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ διαθέσει, οὗ πάντα ἐφίενται; τί δ᾽ ὅλως κοινὸν σοφία τε καὶ ἡδονῇ; ἀλλὰ ταῦτα ἐφείσθω λέγειν τοῖς ἀνθρωπίνην τινὰ * οἱ δὲ τὴν ψυχὴν αὐτῶν καθαρεύειν ἀπὸ παντὸς κακοῦ ἔργου γε καὶ ῥήματος παρασκευάζουσιν.

Εὐστάθιος ἐν ὑπομνήμασι εἰς τὴν Διονυσίου περιήγησιν.

Σίβυλλα δέ φασιν ἀπὸ Τρίνακος βουκόλου τὴν Σικελίαν Θρινακίαν κληθῆναι, εἰποῦσα,

Τρινακίης νήσου, ἣν ἔκτισε Τρίνακος ἥρως,
Υἱὸς ποντομέδοιο Ποσειδάωνος ἄνακτος.

Eustathius in comm. ad Dionisij Periegesin.

Sibylla ait Siciliam Trinaciam a Trinace bubulco denominatam esse, his verbis,

Trinaciæ insulæ, quam condidit Trinacus heros,
Filius mari-præfecti Neptuni regis.

Augustinus epist. CLVI. ad Martianum.

Omnino non est cui alteri præter Dominum Christum dicat genus humanum,

Te duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,
Irrita perpetua soluent formidine terras.

Quod ex Cumæo, id est ex Sibyllino carmine se fassus est transtulisse Virgilius, quoniam fortaßis etiam ille vates aliquid de vnico saluatore in spiritu audierat, quod necesse habuit confiteri.

Idem in expositione epist. ad Rom.

Per prophetas suos] *Fuerunt enim & prophetæ non ipsius, in quibus etiam aliqua inueniuntur, quæ de Christo audita cecinerunt, sicut etiam de Sibylla dicitur. Quod non facile credere, nisi quod*

poetarum

poetarum quidam in Romana lingua nobilißimus, antequam diceret ea de innouatione sæculi, quæ in Domini nostri Iesu Christi regnum satis concinere & conuenire videbãtur, præposuit versum dicens:

Vltima Cumæi iam venit carminis ætas.

Cumæum autem carmen Sibyllinum esse nemo dubitauerit.

De ciuitate Dei lib. x. cap. xxvii.

De Christo poeta nobilißimus, poetice quidem, quia in alterius adumbrata persona, veraciter tamen, si ad ipsum referas, dixit:

Te duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,
Irrita perpetua soluent formidine terras.

Ea quippe dixit, quæ etiam multum proficientium in virtute iustitiæ possunt, propter huius vitæ infirmitatem, & si non scelera, scelerum tamen manere vestigia, quæ non nisi ab illo Saluatore sanantur, de quo iste versus expressus est. Nã hoc vtique non a seipso dixisse Virgilius in Eclogæ ipsius quarto ferme versu indicat, vbi ait:

Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.

Vnde hoc a Cumæa Sibylla dictum esse incunctanter apparet, & quæ sequuntur.

Isidorus Orig. lib. ix. cap. ii.

Gallia candore corporis nũcupati sunt. γάλα *enim*

Græce lac dicitur. Vnde & Sibylla ſic eos appellat, cum ait de ijs, ----- Tunc lactea colla
Auro innectuntur. ------

SIBYLLARVM DE CHRISTO VATICINIA, EX VETUſtiſſ. codice deſcripta.

PERSICA.

Virgine matre ſatus, pando reſidebit aſello,
Iucundus princeps, vnus qui ferre ſalutem
Rite queat lapſis: tamen illis forte diebus
Multi multa ferent, immenſi fata laboris.
Solo ſed ſatis eſt oracula prodere verbo:
Ille Deus caſta naſcetur virgine magnus.

LIBYCA.

Ecce dies venient, quo æternus tempore princeps,
Irradians ſata læta, viris ſua crimina tollet,
Lumine clareſcet cuius ſynagoga recenti:
Sordida qui ſolus reſerabit labra reorum,
Æquus erit cunctis, gremio rex membra reclinet
Reginæ mundi, ſanctus, per ſæcula viuus.

DELPHICA.

Non tarde veniet, tacita ſed mente tenendum
Hoc opus. hoc memori ſemper qui corde reponet,
Huius

Huius pertentant cor gaudia magna prophetæ
Eximij, qui virginea conceptus ab aluo
Prodibit, ſine contactu maris. omnia vincit.
Hoc naturæ opera: at fecit, qui cuncta gubernat.

CIMMERIA.

In teneris annis facie præſignis, honore
Militiæ æternæ regem ſacra virgo cibabit.
Lacte ſuo: per quem gaudebunt pectore ſummo
Omnia, & eoo lucebit ſidus ab orbe
Mirificum: ſua dona Magicum laude ferentes,
Obijcient puero myrrham, aurum, thura Sabæa.

SAMIA.

Ecce dies, nigras quæ tollet læta tenebras,
Mox veniet, ſoluens nodoſa volumina vatum
Gentis Iudæa, referent vt carmina plebis.
Hunc poterunt clarum viuorum tangere regem,
Humano quem virgo ſinu inuiolata fouebit.
Annuit hoc cælum, rutilantia ſidera monſtrant.

CVMANA.

Iam mea certa manent, & vera, nouiſsima verba,
Vltima venturi quod erant oracula regis,
Qui toti veniens mundo cum pace, placebit,
Vt voluit, noſtra veſtitus carne decenter,
In cunctis humilis. caſtam pro matre puellam
Deliget, hæc alias forma præceſſerit omnes.

HELLESPONTICA.

Dum meditor quondam, vidi decorare puellam,
Eximio (castam quod se seruaret) honore,
Munere digna suo. & diuino numine visa,
Quæ sobolem multo pareret splendore micantem:
Progenies summi, speciosa & vera Tonantis,
Pacifica mundum qui sub ditione gubernet.

PHRYGIA.

Ipsa Deum vidi summum, punire volentem
Mundi homines stupidos, & pectora cæca, rebellis.
Et quia sic nostram complerent crimina pellem,
Virginis in corpus voluit demittere cœlo
Ipse Deus prolem, quam nunciet Angelus almæ
Matri, quo miseros contracta sorde leuaret.

EVROPAEA.

Virginis æternum veniet de corpore verbum
Purum, qui valles & montes transiet altos.
Ille volens etiam stellato missus Olympo,
Edetur mundo pauper, qui cuncta silenti
Rex erit imperio: sic credo, & mente fatebor:
Humano simul ac diuino semine gnatus.

TYBVRTINA.

Verax ipse Deus dedit hæc mihi munia fandi,
Carmine quod sanctam potui monstrare puellam,
Concipiet quæ Nazareis in finibus, illum

Quem ſub carne Deum Bethlemica rura videbũt.
O nimium felix, cœlo digniſsima mater,
Quæ tantam ſacro lactabit ab vbere prolem!

AGRIPPA.

Summus erit ſub carne ſatus, chariſsimus atque,
Virginis & veræ complebit viſcera ſanctum
Verbum, conſilio, ſine noxa, ſpiritus almi:
Deſpectus multis tamen ille, ſalutis amore,
Arguet & noſtra commiſſa piacula culpa:
Cuius honos conſtans, & gloria certa manebit.

ERYTHRAEA.

Cerno Dei natum, qui ſe demiſit ab alto,
Vltima felices referent cum tempora ſoles:
Hebræa quem virgo feret de ſtirpe decora,
In terris multum teneris paſſurus ab annis,
Magnus erit tamen hic diuino carmine vates,
Virgine matre ſatus, prudenti pectore verax.

DE SIBYLLINIS LIBRIS, ET EORVNDEM INSPECTIONE, PRÆCIPUE vero Sibyllæ Cumanæ adſcriptorum.

Dionyſius antiq. Rom. lib. IV.

Quin & alia Tarquinio regnante miranda felicitas vrbi contigiſſe dicitur, ſiue deorum alicuius ſiue dæmonum munere, quæ non ab breue aliquod tempus, ſed in omne æuum multoties eam e grauiſsimis periculis ſeruauit. Venit ad tyrannum externa quædam mulier, nouem libros Sibyllinorum oraculorum venales offerens: cumque Tarquinius nollet eoſ tanti emere quanti illa indicauerat, abijt & tres exuſsit ex eo numero: neç multo poſt reliquos referens, tantidem obtulit: deriſaque pro delira, quod tantum pro paucioribus peteret, quantũ pro pluribus obtinere non potuiſſet, rurſum diſcedens reliquorum cremauit dimidium: relatiſque tribus qui ſupererant, auri quantum antea petijt. Tũ rex miratus mulieris cõſilium, accerſiuit augures: req; denarrata quæſivit quid facto opus eſſet. Illi ſignis quibuſdam edocti, auerſatum cum rem

miſſam

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΣΙΒΥΛΛΕΙΩΝ ΧΡΗΣΜΩΝ ΚΑΙ τῆς αὐτῶν ἐπισκέψεως, μάλιστα δὲ τῶν τῆς Κυμαίης εἶναι λεχθέντων.

Διονύσιος ἀρχαιολογ. Ῥωμ. βιβλ. δ'.

Λέγεται δέ τι καὶ ἕτερον ἐπὶ τῆς Ταρκυνίου βασιλείας πάνυ θαυμαστὸν εὐτύχημα τῇ Ῥωμαίων ὑπάρξαι πόλει, εἴτε θεῶν τινος, εἴτε δαιμόνων εὐνοίᾳ δωρηθέν· ὃ οὐ πρὸς ὀλίγον καιρόν, ἀλλ' εἰς ἅπαντα τὸν βίον πολλάκις αὐτὴν ἔσωσεν ἐκ μεγάλων κακῶν. γυνή τις ἀφίκετο πρὸς τὸν τύραννον, οὐκ ἐπιχωρία, βίβλους ἐννέα μεστὰς Σιβυλλείων χρησμῶν ἀπεμπολῆσαι θέλουσα. οὐκ ἀξιοῦντος δὲ τοῦ Ταρκυνίου τῆς αἰτηθείσης τιμῆς πρίασθαι τὰς βίβλους, ἀπελθοῦσα τρεῖς ἐξ αὐτῶν κατέκαυσε· καὶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον τὰς λοιπὰς ἐνέγκασα, τῆς αὐτῆς ἐπώλει τιμῆς. δόξασα δὲ ἄφρων τις εἶναι, καὶ χλευασθεῖσα ἐπὶ τῷ τὴν αὐτὴν τιμὴν αἰτεῖν περὶ τῶν ἐλαττόνων, ἣν οὐδὲ περὶ τῶν πλειόνων ἠδυνήθη λαβεῖν, ἀπελθοῦσα πάλιν τὰς ἡμισείας τῶν ἀπολειπομένων κατέκαυσε, καὶ τὰς λοιπὰς τρεῖς ἐνέγκασα τὸ ἴσον ᾔτει χρυσίον. θαυμάσας δὲ τὸ βούλευμα τῆς γυναικὸς ὁ Ταρκύνιος, τοὺς οἰωνοσκόπους μετεπέμψατο, καὶ διηγησάμενος αὐτοῖς τὸ πρᾶγμα, τί χρὴ πράττειν ἤρετο. Κἀκεῖνοι διὰ σημείων τινῶν μαθόντες ὅτι θεόπεμπτον ἀγα-

τὸν ἀπεστράφη, καὶ μεγάλην συμφορὰν ἀποφαίνοντες, τὸ μὴ πάσας αὐτὸν τὰς βίβλους πρίασθαι, ἐκέλευσαν ἀπαριθμεῖσθαι τῇ γυναικὶ τὸ χρυσίον ὅσον ᾔτει, καὶ τοὺς περιόντας τῶν χρησμῶν λαβεῖν. ἡ μὲν οὖν γυνὴ τὰς βίβλους δοῦσα, καὶ φράσασα τηρεῖν ἐπιμελῶς, ἐξ ἀνθρώπων ἠφανίσθη. ὁ δὲ Ταρκύνιος τῶν ἀστῶν ἄνδρας ἐπιφανεῖς δύο προχειρισάμενος, καὶ δημοσίους αὐτοῖς δύο θεράποντας παραζεύξας, ἐκείνοις ἀπέδωκε τὴν τῶν βιβλίων φυλακὴν, ὧν τὸν ἕτερον Μάρκον Ἀτύλιον, ἀδικεῖν τι δόξαντα περὶ τὴν πίστιν, καὶ μηνυθέντα ὑφ' ἑνὸς τῶν δημοσίων ὡς πατροκτόνον, εἰς ἀσκὸν ἐρράψας βόειον, ἔρριψεν εἰς τὸ πέλαγος. μετὰ δὲ τὴν ἐκβολὴν τῶν βασιλέων ἡ πόλις ἀναλαβοῦσα τὴν τῶν χρησμῶν προστασίαν, ἄνδρας τοὺς ἐπιφανεστάτους ἀποδείκνυσιν αὐτῶν φύλακας, οἳ διὰ βίου ταύτην ἔχουσι τὴν ἐπιμέλειαν, στρατειῶν ἀφειμένοι καὶ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ τὴν πόλιν πραγματειῶν· καὶ δημοσίους αὐτοῖς παρακαθίστησιν, ὧν χωρὶς οὐκ ἐπιτρέπει τὰς ἐπισκέψεις τῶν χρησμῶν τοῖς ἀνδράσι ποιεῖσθαι. Συνελόντι δὲ εἰπεῖν, οὐδὲν οὕτω Ῥωμαῖοι φυλάττουσιν οὔτε ὅσιον κτῆμα οὔτε ἱερὸν, ὡς τὰ Σιβύλλεια θέσφατα. χρῶνται δὲ αὐτοῖς ὅταν ἡ βουλὴ ψηφίσηται, στάσεως καταλαβούσης τὴν πόλιν, ἢ δυστυχίας τινὸς μεγάλης συμπεσούσης κατὰ πόλεμον, ἢ τεράτων τινῶν καὶ φαντασμάτων μεγάλων καὶ δυσευρέτων αὐτοῖς φανέντων, οἷα πολλὰ συνέβη. οὗτοι

missam diuinitus, magnamque noxam admissam esse quod non omnes libros, emisset, iusserunt numerari mulieri quantum auri peteret, & reliquũ oraculorum redimi. mulier datis libris diligenter eos seruari monuit, & mox ex hominibus disparuit. Tarquinius duos e ciuibus viros illustres elegit, aditis duobus ministris publicis; quibus istorum librorum custodiam tradidit. horum duumuirorum alterum M. Attilium, visum non bona fide rem gerere, & ab vno ministrorum delatum patricidij, in bubulum culeum insutum proiecit in mare. Expulsis postea *regibus, ciuitas suscepta Sybyllinorum cura, clarißimos viros custodes eorum creat; qui per totum vitæ tempus fungũtur eo munere, liberi ab omnibus militaribus atque ciuilibus munijs: & publice illis addit* alios *sine quib. Sibyllinos libros ab illis inspici non sinit. & vt compendio dicã, nihil Romani seu religiosum seu sacrũ tam diligenter custodiunt quam Sibyllina oracula. Vtuntur autem eis ex senatusconsulto, si quando seditionibus turbetur status reipublicæ aut in bello insignis aliqua clades accepta sit; aut prodigia & ostenta, quæ difficili coniectura magnum aliquid portendant, æpparuerint: qualia multa*

contigere. Hi libri manſerunt incolumes vſque ad bellũ Marſicum, in templi Capitolini cella ſubterranea, incluſi arcæ lapideæ, aſſeruati a decemviris. Poſt exactã vero tertiam ſupra centeſimam & ſeptuageſimam olympiadẽ, cremato Capitolio, ſiue per inſidias, vt quidam autumant, ſiue fortuito incendio, cum aliјs donarijs Iouis, hi quoque igne abſumpti ſunt. nam qui nunc exſtant, e multis locis comportati ſunt, partim allati ex Italicis vrbibus, partim ex Erythris Aſiæ, ex S.C. legatis illuc ad tranſcribendum miſsis, partim ex alijs vrbibus, & a priuatis hominibus deſcripti: in quibus inueniuntur quædam ſuppoſititia, quæ deprehẽduntur acroſtichidum quas vocant diſcrimine. Sequor autem hic Terentij Varronis auctoritatem, qui iſta prodidit in libris rerum diuinarum.

Idem lib. I.

Quin & vniuerſa ora quæ nunc vocatur Italia, dicata erat huic Deo, & a cultoribus Saturnia vocabatur, vt licet videre in Sibyllinis carminibus & alijs oraculis a dijs redditis.

Et rurſus.

Porro Æneam & Troianos in Italiam perueniſſe cõfirmant Romani omnes, eorumque ſacra & feſti dies

ζη. οὗτοι διέμειναν οἱ χρησμοὶ μέχρι τοῦ Μαρσικοῦ κληθέντος πολέμου, κείμενοι κατὰ γῆς ἐν τῷ ναῷ τοῦ Καπιτωλίνου Διὸς, ἐν λιθίνῃ λάρνακι, ὑπ' ἀνδρῶν δέκα φυλαττόμενοι. μετὰ δὲ τὴν τρίτην ἐπὶ ταῖς ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν ὀλυμπιάσιν ἐμπρησθέντος τοῦ ναοῦ, εἴτ' ἐξ ἐπιβουλῆς, ὡς οἴονταί τινες, εἴτ' ἀπὸ ταὐτομάτου, σὺν τοῖς ἄλλοις ἀναθήμασι τοῦ θεοῦ καὶ αὐτοὶ διεφθάρησαν ὑπὸ τοῦ πυρός. οἱ δὲ νῦν ὄντες, ἐκ πολλῶν εἰσὶ συμφορητοὶ τόπων· οἱ μὲν, ἐκ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ πόλεων κομισθέντες· οἱ δ', ἐξ Ἐρυθρῶν τῶν ἐν Ἀσίᾳ, κατὰ δόγμα βουλῆς ἀποσταλέντων πρεσβευτῶν ἐπὶ τὴν ἀντιγραφήν· οἱ δ', ἐξ ἄλλων πόλεων, καὶ παρ' ἀνδρῶν ἰδιωτῶν μεταγραφέντες· ἐν οἷς εὑρίσκονταί τινες ἐμπεποιημένοι τοῖς Σιβυλλείοις, ἐλέγχονται δὲ ταῖς καλουμέναις ἀκροστιχίσι· λέγω δὲ ἃ Τερέντιος Οὐάρρων ἱστόρηκεν ἐν τῇ θεολογικῇ πραγματείᾳ.

ὁ αὐτὸς βιβλ. α.

Καὶ ἄλλη δὲ ἀκτὴ σύμπασα, ἡ νῦν Ἰταλία καλουμένη, τῷ θεῷ τούτῳ ἀνέκειτο, Σατορνία πρὸς τῶν ἐνοικούντων ὀνομαζομένη, ὡς ἔστιν εὑρεῖν ἔν τε Σιβυλλείοις τισὶ λόγοις, καὶ ἄλλοις χρηστηρίοις ὑπὸ τῶν θεῶν δεδομένοις εἰρημένον.

Καὶ πάλιν.

Τῆς δὲ ἐπὶ Ἰταλίαν Αἰνείου καὶ Τρώων ἀφίξεως, Ῥωμαῖοί τε πάντες βεβαιωταὶ, καὶ τὰ δρώμενα ὑπ'

αὐτῶν ἔν τε θυσίαις καὶ ἑορταῖς, μηνύματα, Σιβύλλης τε λόγια, καὶ χρησμοὶ Πυθικοὶ, καὶ ἄλλα πολλά· ὧν οὐκ ἄν τις ὡς εὐπρεπείας ἕνεκα συγκειμένων ὑπερίδοι.

καὶ πάλιν.

Ἦν τι θέσφατον Τρωσὶ, ὡς μέν τινες λέγουσιν, ἐν Δωδώνῃ γενόμενον· ὡς δ' ἕτεροι γράφουσιν, ἐν Ἐρυθραῖς πεδίῳ τῆς Ἴδης, ἔνθα ᾤκει Σίβυλλα ἐπιχωρία νύμφη χρησμῳδὸς, ἣ αὐτοῖς ἔφρασε πλεῖν ἐπὶ δυσμῶν ἡλίου, ἕως ἂν εἰς τοῦτο τὸ χωρίον ἔλθωσιν, ἐν ᾧ κατεδοῦνται τὰς τραπέζας· ὅταν δὲ τοῦτο μάθωσι γενόμενον, ἡγεμόνα τετράποδα ποιησαμένους, ὅπου ἂν κάμῃ τὸ ζῷον ἐν ταύτῃ δείμασθαι πόλιν.

βιβλίῳ γ'.

Δοκεῖ καὶ τὰς τιμωρίας, αἷς κολάζονται πρὸς τὴν ἱεροφαντῶν αἱ μὴ φυλάττουσαι παρθενίαν, ὁ Ταρκύνιος ἐξευρεῖν πρῶτος, εἴτε κατὰ λογισμὸν, εἴτε, ὡς οἴονταί τινες, ὀνείροις πειθόμενος, ἃ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἐν τοῖς Σιβυλλείοις εὑρεθῆναι χρησμοῖς οἱ τῶν ἱερῶν ἐξηγηταὶ λέγουσιν.

βιβλίῳ δ'

Ναοῦ κατασκευὰς ἐξεμίσθωσε ὁ Ποσούμιος Δήμητρι, καὶ Διονύσῳ, καὶ Κόρῃ, κατ' εὐχήν. ἐπεδεύησαν γὰρ αἱ τροφαὶ τοῦ πολέμου καταρχὰς, καὶ πολλὴν αὐτοῖς παρέχον φόβον ὡς ἐπιλείψουσαι, τῆς τε γῆς ἀκάρπου γενομένης καὶ τῆς ἔξωθεν ἀγορᾶς οὐκέτι παρακομιζομένης διὰ τὸν πόλεμον. διὰ τοῦτο

festi dies indicant, & Sibyllini libri cum Pythicis oraculis, aliaque multa: quæ nemo tanquam ad speciem conficta respuerit.

Item.

Acceperant quoddam responsum Troes apud Dodonam, vt nonnulli scribunt, vt alij malunt, in Erythris Idæ viculo, vbi habitabat Sibylla eius loci nympha. hæc iusserat eos nauigare occidentem versus, donec eo locorum peruenirent, vbi mensas commederent: quod simulatque factum animaduertissent, quadrupedis ductu, vbicumq; fossa procubuisset animans, ibi condere oppidum.

Libro III.

Et supplicium quo in Vestales stupri conuictas animaduertunt pontifices, Tarquinius videtur inuenisse primus, siue id certo consilio, siue, vt quidam opinantur, insomnijs monitus instituit: quæ post illius obitum inter Sibyllina oracula reperta dicunt sacrorum enarratores.

Libro IIII.

Ædem Cereri, Libero, & Liberæ faciendam Postumius locauit ex voto. nam initio belli laboratum est victus inopia, & magnus erat metus ne in totum deficeret, terra fructus negante, & bello ne commeatus aliunde subueheretur vetante. in quo

metu cum Sibyllinos libros a suis custodibus inspici iussisset, & ex oraculorum monitis cognouisset placanda esse hæc numina, votum fecit priusquam exercitum educeret, si imperij sui tempore benigna vrbi esset annona, vt antea, templa se illis constructurum, & instituturum in singulos annos sacrificia.

Lib. x. antiq. Rom.

In Sibyllinis oraculis inuentum est, fore vt intrantibus in vrbem hostibus exteris, magno libertatis periculo dimicaretur: sed externum bellum initium sumpturum ab intestina seditione: cuius semina ex vrbe exterminanda esse, dijsq; tum votis tum sacrificijs placatis, auerruncanda mala. quod si fieret, certam *de hostibus fore victoriam.*

Et iterum.

Vbi vero P. Valerius Poplicola, C. Claudius Sabinus conss. magistratũ inierũt, periculum quale nũquam ante, ab externis gentibus in vrbem incubuit, per intestinas seditiones intra mœnia adscitum, vt & Sibyllini libri præmonebant, & signa diuinitus edita superiori anno portenderant.

Plutarchus in Poplicola.

Proximo anno Poplicola quartum consul factus est. Quia Sabini & Latini conspirauerãt, erat belli

τὸ δέος ἀνασκέψασθαι τὰ Σιβύλλεια τοὺς φύλακας αὐτῶν κελεύσας, ὡς ἔμαθεν ὅτι τούτοις ἐξιλάσασθαι τοὺς θεοὺς οἱ χρησμοὶ κελεύουσιν, εὐχὰς ἐποιήσατο, μέλλων ἐξάγειν τὸν στρατὸν, ἐὰν εὐτυχεία γένηται κατὰ τὴν πόλιν ἐπὶ τῆς ἰδίας ἀρχῆς, οἵα πρότερον ἦν, ναούς τε αὖθις καθιδρύσεσθαι, καὶ θυσίας καθαστήσεσθαι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν.

βιβλίῳ ι ἀρχαιολ.

Εν δὲ τοῖς Σιβυλλείοις εὑρέθη χρησμοῖς, ὅτι πολεμίων ἀλλοεθνῶν παρελθόντων εἰς τὸ τεῖχος, ἀγὼν ὑπὲρ ἀνδραποδισμοῦ καταλήψεται τὴν πόλιν· ἄρξει δὲ τοῦ πρὸς τοὺς ἀλλοεθνεῖς πολέμου στάσις ἐμφύλιος, ἣν χρὴ ἀρχομένην ἐξελαύνοντας ἐκ τῆς πόλεως, καὶ θεοὺς παραιτουμένους θυσίαις τε καὶ εὐχαῖς, ἀποτρέψαι τὰ δεινὰ, καὶ κρείττους ἔσεσθαι τῶν ἐχθρῶν.

καὶ πάλιν.

Ποπλίου δὲ Οὐαλερίου Ποπλικόλα, καὶ Γαΐου Κλαυδίου Σαβίνου τὴν ὑπατικὴν ἐξουσίαν παραλαβόντων, κίνδυνος ὅσος οὔπω τὴν Ῥώμην κατέσχεν ἐξ ἀλλοεθνοῦς πολέμου· ὃν παρήγαγεν ἡ πολιτικὴ στάσις ἐντὸς τείχους, ὡς οἵ τε Σιβύλλειοι χρησμοὶ προὔλεγον, καὶ τὰ ἐκ τοῦ δαιμονίου φανέντα προεθέσπισεν τῷ παρελθόντι ἐνιαυτῷ.

πλούταρχος ἐν ποπλικόλᾳ.

Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει πάλιν ὑπάτευε Ποπλικόλας τὸ τέταρτον. ἦν δὲ προσδοκία πολέμου, Σαβίνων καὶ Λα-

τίνων συνισταμένων. Καί τις ἅμα δεισιδαιμονία τῆς πόλεως ἥψατο· πᾶσαι γὰρ αἱ κύουσαι τότε γυναῖκες ἐξέβαλλον ἀνάπηρα, καὶ τέλος οὐδεμία γένεσις ἔσχεν. ὅθεν ἐκ τῶν Σιβυλλείων ὁ Ποπλικόλας ἱλασάμενος τὸν ᾅδην, καί τινας ἀγῶνας πυθοχρήστους ἀναλαβὼν, καὶ ταῖς ἐλπίσι πρὸς τὸν θεὸν ἡδίονα καταστήσας τὴν πόλιν, ἤδη τοῖς ἀπ' ἀνθρώπων φοβεροῖς προσεῖχε.

ἐν Φαβίῳ Μαξίμῳ.

Ἐκιννήθησαν δὲ τότε πολλαὶ καὶ τῶν ἀπορρήτων καὶ χρησίμων αὐτοῖς βίβλων, ἃς Σιβυλλείους καλοῦσι· καὶ λέγεται συνδραμεῖν ἔνια τῶν ἀποκειμένων ἐν αὐταῖς λογίων πρὸς τὰς τύχας καὶ τὰς πράξεις ἐκείνας. Καὶ τὸ μὲν γνωστὸν οὐκ ἦν ἑτέρῳ πυθέσθαι.

ἐν Μαρίῳ.

Ὀκτάβιον δὲ Χαλδαῖοι καὶ θύται τινὲς καὶ Σιβυλλισταὶ πείσαντες, ἐν Ῥώμῃ κατέσχον, ὡς εὖ γενησομένων.

ἐν Καίσαρι.

Τὸ δὲ ἐμφανὲς μάλιστα μῖσος καὶ θανατηφόρον ἐπ' αὐτὸν ὁ τῆς βασιλείας ἔρως ἐξειργάσατο, τοῖς μὲν πολλοῖς αἰτία πρώτη, τοῖς δὲ ὑπούλοις πάλαι, πρόφασις εὐπρεπεστάτη γενομένη· καίτοι καὶ λόγον τινὰ κατέσπειραν εἰς τὸν δῆμον οἱ ταύτην Καίσαρι τὴν τιμὴν προξενοῦντες, ὡς ἐκ γραμμάτων Σιβυλλείων ἁλώσιμα τὰ Πάρθων φαίνοιτο Ῥωμαίοις σὺν βασιλεῖ στρατευομένοις ἐπ' αὐτοὺς, ἄλλως ἄφυκτα ὄντα· καὶ καταβαίνοντος ἐξ Ἀλ-

belli suspicio. Religionem insuper ciuitati attulerat quod omnes mulieres, quæ ea hora prægnãtes erant, partus imperfectos eijcerent neque esset suo tempore vllus editus. Itaque Poplicola, ex libris Sibyllinis, placatis dijs inferis, ludisque ex oraculo Apollinis instauratis, & fiducia diuini numinis erecta ciuitate, iam ad hominum se conuertit minas.

In Fabio Maximo.

Eodem tempore multos arcanos & vtiles ipsis libros consuluit, quos Sibyllinos appellant. Perhibẽt sortes nouuellas iis libris proditas, illius tempestatis fuisse casibus & gestis consonas. Quod cognitum fuerat ex illis libris, fari ad alios nefas erat.

In Mario.

Octauium Chaldæi aruspices & vates ex libris Sibyllinis, quasi omnia ex sententia essent cessura, Romæ detinuere.

In C. Cæsare.

At odium maxime illustre in eum & funestum effecit regni cupido, quæ vulgo prima materia & iampridem in occulto maleuolis color fuit speciosissimus, Et quidem rumorem in plebem vulgauerunt illi qui hoc honoris quærebant Cæsari, libris Sibyllinis proditum, vinci Parthos a Romanis posse, si rege duce bellum eis mouissent, esse ipsis alioquin insuperabiles: ac redeuntem

Alba ad vrbem Cæsarẽ ausi fuere salutare regem.

In Cicerone.

Tali hunc ingenio & a Catilina incẽsum vani insuper vates & præstigiatores spe dementauerant inani, carmina conficta & sortes canentes, quasi ex libris Sibyllinis prænunciantes in fatis esse vt tres Cornelij Romæ rerum potirentur: eorum duos fatum iam implesse, Cinnam & Syllam: tertio qui superesset, Cornelio deos ipsi dominationem deferre, quin susciperet, nec cunctando sicut Catilina corrumperet opportunitatem.

Idem de iis qui tarde a numine corripiuntur.

Cæterum quum accessisset, vocem audiuit sonoram mulieris carmine nonnulla prædicentis, ac (vt sibi videbatur) tempus interitus ipsius præsagientis. Dæmõ vero Sibyllæ vocem illam esse narrabat, quam in lunæ globo circumrotatam, futura canere aiebat. Quumque plura audire cuperet, vehementi lunæ impetu, ceu vertigine quadã in contrarium repulsus est. Nonnulla tamen breuia intellexit velut de Lesbio monte, ac Dicæarchiæ deflagratione, nec non & comma de tum imperante principe,

Quod bonus existat, sed morte tyrãnida linquet.

Pausanias

ἐξ Ἄλβης Καίσαρος εἰς τὴν πόλιν, ἐτόλμησαν αὐτὸν ἀσπάσασθαι βασιλέα.

ἐν κικέρωνι.

Τοιοῦτον, σεκινημένον ὑπὸ τοῦ Καλιλίνα, προσδιέφθειραν ἐλπίσι κεναῖς ψευδομάντεις, καὶ γόητες, ἔπη πεπλασμένα καὶ χρησμοὺς ᾄδοντες, ὡς ἐκ τῶν Σιβυλλείων προδηλοῦντας εἱμαρμένους εἶναι τῇ Ῥώμῃ Κορνηλίους τρεῖς μονάρχους, ὧν δύο μὲν ἤδη πεπληρωκέναι τὸ χρεών, Κίνναν τε καὶ Σύλλαν, τρίτῳ δὲ λοιπῷ Κορνηλίῳ ἐκείνῳ φέροντα τὴν μοναρχίαν ἥκειν τὸν δαίμονα, καὶ δεῖν πάντως δέχεσθαι, καὶ μὴ διαφθείρειν μέλλοντα τοὺς καιροὺς, ὥσπερ Κατιλίνας.

ὁ αὐτὸς περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θείου βραδέως τιμωρουμένων.

Ἀλλ᾽ ἤκουε παρειῶν φωνὴν ὀξεῖαν γυναικὸς, ἐν μέτρῳ φράζουσαν ἄλλα τέ τινα καὶ χρόνον (ὡς ἔοικε) τῆς ἐκείνου τελευτῆς. ἔλεγε δὲ ὁ δαίμων τὴν φωνὴν εἶναι Σιβύλλης. ᾄδειν γὰρ αὐτὴν περὶ τῶν μελλόντων ἐν τῷ προσώπῳ τῆς σελήνης περιφερομένην. βουλόμενος οὖν ἀκροᾶσθαι πλείονα, τῇ ῥύμῃ τῆς σελήνης εἰς τοὐναντίον ὥσπερ ἐν ταῖς δίναις ἐξεώσθη, καὶ βραχέα κατήκουσεν. ὧν ἦν καὶ τὸ περὶ τὸ Βέσβιον ὄρος καὶ τὴν Δικαιαρχείαν ὑπὸ πυρὸς φορᾷ γενησομένην· καί τι κομμάτιον περὶ τοῦ τότε ἡγεμόνος, ὡς ἐσθλὸς ἐὼν, νούσῳ τυραννίδα λείψει.

παυσανίας ἐν φωκικοῖς.

Τὸν δὲ ὑπὲρ τῆς καλουμένης Θυρέας Λακεδαιμονίων ἀγῶνα καὶ Ἀργείων, Σίβυλλα μὲν καὶ τοῦτον προεθέσπισεν, ὡς συμβήσοιτο ἐξ ἴσου ταῖς πόλεσιν.

ἰουστῖνος ἐν ἀπολογίᾳ ὑπὲρ χριστιανῶν.

Κατ' ἐνέργειαν δὲ τῶν φαύλων δαιμόνων, θάνατος ὡρίσθη κατὰ τῶν τὰς Ὑστάσπου, ἢ Σιβύλλης, ἢ τῶν προφητῶν βίβλους ἀναγινωσκόντων, ὅπως διὰ τοῦ φόβου ἀποστρέψωσιν ἐντυγχάνοντας τοὺς ἀνθρώπους τῶν καλῶν γνῶσιν λαβεῖν, αὐτοῖς δὲ δουλεύοντας κατέχωσιν· ὅπερ εἰς τέλος οὐκ ἴσχυσαν πρᾶξαι. ἀφόβως μὲν γὰρ οὐ μόνον ἐντυγχάνομεν αὐταῖς, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν ὡς ὁρᾶτε εἰς ἐπίσκεψιν φέρομεν, ἐπιστάμενοι πᾶσιν εὐάρεστα φανήσεσθαι. κἂν ὀλίγους δὲ πείσωμεν, τὰ μέγιστα κερδήσαντες ἐσόμεθα. ὡς γεωργοὶ γὰρ ἀγαθοὶ παρὰ τοῦ δεσπόζοντος τὴν ἀμοιβὴν ἕξομεν.

Pauſanias in Phocicis.

Sed & Lacedæmoniorum & Argiuorum cõcertationem ſuper oppido Thyreæ nomine, Sibylla prædixit æqualem vtrique vrbi fore.

Iuſtinus in Apologetico.

Opera autem & inſtinctu malorum dæmonum, mortis ſupplicium aduerſus librorum Hyſtaſpis, aut Sibyllæ, aut prophetarum lectores conſtitutum eſt: vt per timorem homines ab illis, quo minus ſcripta ea legentes rerum bonarũ percipiant noticiam, ſed in ſeruitute eorum retineantur, abſterrentur. quod certe quidem efficere, & ad finem ſuum perducere nequiuerunt. non enim abſque timore tantum huiuſmodi ſcripta legimus, verumetiam vobis ad inſpiciendum quæ in eis traduntur, vt videtis, offerimus: grata acceptaque omnibus fore ſcientes. Atque hoc etiamſi paucis perſuaſerimus, maximum tamen inde feremus lucrum. nam vt boni agricolæ, amplam a Domino capiemus mercedem.

Laonicus Chalcondylas lib. VIII. de rebus Turcicis.

Miror autem ſi qui fuerint qui Sibyllinis oraculis fidem non habuerint, cum Byzancenæ regionis regum catalogus ab Leone (vt aiunt) ſapiente rege conſcriptus in hunc regem, & in patriarcham Florentiæ Tyrrhenorum mortuum, exeat.

EX LATINIS AVCTORIBVS.

Varro de lingua Latina lib.v.

Megaleſia dicta à Græcis, quod ex libris Sibyllinis accerſita ab Attalo Rege Pergami prope murum Megaleſion, vbi templum eius deæ, vnde aduecta Romam.

Lib.I.de re ruſtica cap.I.

Neque patiar Sibyllam non ſolũ ceciniſſe quæ, dum viueret, prodeſſent hominibus, ſed etiã quæ cum periſſet ipſa, & id etiam ignotiſſimis quoque hominibus. ad cuius libros tot annis poſt publice ſolemus redire, cum deſideramus quid faciẽdum ſit nobis ex aliquo portento.

Cicero de diuinatione lib.I.

Quoties ſenatus Decemuiros ad libros ire iuſſit? nam cum duo viſi ſoles eſſent, & cum tres lunæ, & cum faces, & cum ſol nocte viſus eſſet, & cum ex cælo fremitus auditus, & cum cælũ diſceſſiſſe viſum eſt, atque in eo animaduerſi globi. Delata etiã ad ſenatum labes agri Priuernatis, cum ad infinitam altitudinem terra deſediſſet, Apuleiaque maximis terræmotibus cõquaſſata eſſet. Quibus portentis magna populo R. bella, pernicioſæque ſeditiones denuntiabãtur. Inque his omnibus reſpõſa haruſpicum cum Sibyllæ verſibus congruebant.

Ibidem.

Quamobrem Sibyllam quidem ſepoſitam & cõditam habeamus, vt, id quod proditum eſt maioribus, iniuſſu Senatus ne legantur quidem libri, valeantque ad deponendas potius quam ad ſuſcipiendas religiones : cum antiſtibus agamus, vt

quibus potius ex illis libris, quam regem proferãt: quẽ Romæ post hæc nec dij, nec homines esse patientur. *Verrina vltima,*

Itaq; apud patres nostros atroci ac difficili reip. tempore, cum Ti. Graccho occiso magnorum periculorum metus ex ostentis portẽderetur, P. Mucio, L. Calpurnio coss. aditum est ad libros Sibyllinos, in quibus inuentum est, Cererem antiquissimam placari oportere.

Epist. VII. *lib.* I. *ad famil.*

Esse & tuæ, & nostri imperij dignitatis Ptolemaide, aut alio propinquo loco rege collocato, te cum classe atque exercitu proficisci Alexandriam; vt cum eam pace præsidiisq; firmaris, Ptolemæus redeat in regnũ: ita fore vt per te restituatur, quẽadmodum senatus initio censuit: & sine multitudine reducatur, quemadmodum homines religiosi Sibyllæ placere dixerunt.

Liuius lib. III. Decadis I.

Libri per duumviros sacrorum aditi. pericula a cõuẽtu alienigenarũ prædicta, ne qui in loca summa vrbis impetus cædesque inde fierent. inter cætera monitum, vt seditionibus abstineretur. *Lib.* IV.

Pestilẽtia eo anno aliarum rerũ ocium præbuit: ædes Apollini pro valetudine populi vota est. multa duumviri ex libris, placandæ deum iræ, auertẽdæque a populo pestis causa, facere. *Lib.* V.

Tristem hyemem, siue ex intemperie cœli raptim mutatione in contrarium facta, siue alia qua de causa, grauis pestilensque omnibus animalibus æstas excepit. cuius insanabili pernicie, quãdo nec causa nec finis inueniebatur, libri Sibyllini ex S.C.

aditi ſunt. Duumuiri ſacris faciundis, lectiſternio tunc primum in vrbe Romana facto, per dies octo Apollinem Latonamque & Dianam, Herculem, Mercurium atque Neptunum tribus quã ampliſſime tum apparari poterat, ſtratis lectis placauere.

Lib. VII.

Peſtilentia ciuitatem adorta, coegit ſenatum imperare decemuiris, vt libros Sibyllinos inſpicerent: eorumque monitu lectiſternium fuit.

Paulo poſt.

Lapidibus pluit, & nox interdiu viſa intendi. librisque inſpectis, cũ plena religione ciuitas eſſet, ſenatui placuit dictatorem feriarum conſtituendarum cauſa dici.

Lib. X.

Decemuiros ſacris faciundis, carminum Sibyllæ ac fatorum populi huius interpretes, antiſtites eoſdem Apollinaris ſacri ceremoniarumque aliarum plebeios videmus. nec tum patriciis vlla iniuria facta eſt, cum duumviris ſacris faciundis adiectus eſt propter plebeios numerus.

Ibidem in fine.

Multis rebus lætus annus, vix ad ſolatium vnius mali, peſtilentiæ vrentis ſimul vrbem atque agros, ſuffecit. portentoque iam ſimilis clades erat. Et libri aditi, quinam finis, aut quod remedium eius mali ab diis daretur. inuentum in libris: Aeſculapium ab Epidauro Romam accerſendum.

Decadis III. *lib.* I.

Ob cætera prodigia libros adire decemuiri iuſſi. *& mox*: Hæc procurata votaque ex libris Sibyllinis

linis magna ex parte leuauerant animũ religione.

Lib. II.

Decretum, vt ea prodigia partim maioribus hostiis, partim lactantibus procurarentur: & vti supplicatio per triduum ad omnia puluinaria haberetur. Cætera, cum decemuiri libros inspexissent, vt ita fierent, quemadmodum cordi esse diui carminibus præfarentur. *Et statim*: Postremo ex libris Decembri iam mense ad ædem Saturni Romæ immolatum est, lectisterniumque imperatum (& eum lectum senatores strauerunt) & conuiuium publicum, ac per vrbem Saturnalia die ac nocte clamatum, populusq; eum diem festum habere ac seruare in perpetuum iussus.

Ibidem.

Q. Fabius Maximus dictator, quo die magistratum iniit, vocato senatu, ab diis orsus, cũ edocuisset patres, plus negligentia cæremóniarum auspiciorumque, quam temeritate atq; inscita peccatũ a C. Flaminio cos. esse: quæque piacula iræ deum essent, ipsos deos cõsulendos esse: peruicit vt (quod non ferme decernitur, nisi cum tetra prodigia nũciata sunt) decemuiri libros Sibyllinos adire iuberentur. qui inspectis fatalibus libris, retulerunt patribus, quod eius belli causa votum Marti foret, id non rite factum, de integro atque amplius faciendum esse: & Ioui ludos magnos, & ædes Veneri Erycinæ ac Menti vouendas esse, & supplicationem lectisterniumq; habendum, & ver sacrum vouendum: si bellatum prospere esset, resque publica in eodem quo ante bellum fuisset, statu permansisset.

Et paulo post.

Veneri Erycinæ ædem Q. Fabius Maximus dictator vouit: quia ita ex fatalibus libris editum erat vt is voueret, cuius maximum imperium in ciuitate esset. *Ibidem.*

Cæterum prius quam signa ab vrbe nouæ legiones mouerent, decemuiri libros adire atque inspicere iussi, propter territos vulgo homines nouis prodigiis. *Eodem libro.*

Territi super tantas clades cum cæteris prodigiis, tum quod duæ Vestales eo anno, Opimia atque Floronia, stupri compertæ: & altera sub terrã, vt mos est, ad portam Collinã necata fuerat, altera sibimet ipsa mortem consciuerat. L. Cantilius scriba pontificum, quos nunc minores pontifices appellãt, qui cum Floronia stuprum fecerat. a põt. max. eo vsque virgis in comitio cæsus erat, vt inter verbera expiraret. Hoc nefas cum inter tot, vt fit, clades in prodigiũ versum esset: decemuiri libros adire iussi sunt. Et Q. Fabius Pictor Delphos ad oraculũ missus est sciscitatum, quibus precibus supplicationibusq; deos possent placare: & quænam futura finis tantis cladibus foret. Interim ex fatalibus libris sacrificia aliquot extraordinaria facta: inter quæ Gallus & Galla, Græcus & Græca in foro Boario sub terra viui demissi sunt in locum saxo conseptum, ibi ante hostiis humanis minime Romano sacro imbutum.

Lib. V.

Postero die senatusconsultum factum est, v decemuiri libros de ludis Apollini, reque diuin faciend.

facienda inſpicerent. Ea cum inſpecta relataq; ad ſenatum eſſent, cenſuerunt patres Apollini ludos vouendos faciendoſque: & quando ludi facti eſſent, duodecim millia æris prætori ad rem diuinã & duas hoſtias maiores dandas.

Lib. IX.

Ciuitatem eo tempore repens religio inuaſerat, inuento carmine in libris Sibyllinis, propter crebrius eo anno de cœlo lapidatum inſpectis. Quandocunque hoſtis alienigena terræ Italiæ bellũ intuliſſet, eum pelli Italia vincique poſſe, ſi mater Idæa Peſſinunte Romam aduecta eſſet.

Decadis IV. *lib.* I.

Decemuiros adire libros de portento iuſſerunt, decemuiri ex libris res diuinas eaſdem, quæ proxime ſecundum id prodigium factæ eſſent, imperarunt: carmen præterea ab ter nouenis virginibus cani per vrbem iuſſerunt: donumque Iunoni reginæ ferri.

Lib. V.

Prodigiorũ cauſa decemuiri libros adire iuſſi, & nouendiale ſacrum factum, & ſupplicatio indicta eſt, atque vrbs luſtrata.

Lib. VI.

Prodigiorum cauſa libros Sibyllinos ex S. C. decemuiri cum adiſſent, renuntiarũt ieiunium inſtituendum Cereri eſſe, & id quinto quoque anno ſeruandum: & vt nouendiale ſacrũ fieret, & vnum diem ſupplicatio eſſet, coronati ſupplicarent: & cos. P. Cornelius quibus diis quibusque hoſtiis edidiſſent decemuiri, ſacrificaret.

Lib. VIII.

Cupientem tranſire Taurum ægre omnium legatorum precibus, ne carminibus Sibyllæ prædictam ſuperantibus terminos fatales cladem experiri vellet, retentum.

Lib. X.

His prodigiis cladibuſque anxij patres decreuerunt, vt & conſules, quibus diis videretur, hoſtiis maioribus ſacrificarent, & decemuiri libros adirent. eorum decreto ſupplicatio circa omnia puluinaria. Romæ in vnum diem indicta eſt. iiſdem auctoribus & ſenatus cenſuit & conſules edixerũt, vt per totam Italiam triduum ſupplicatio & feriæ eſſent.

Ibidem.

C. Seruilius pont. max. piacula iræ deum conquirere iuſſus, decemuiri libros inſpicere: conſul Apollini, Æſculapio, Saluti dona vouere, & dare ſigna inaurata; quæ vouit deditque. Decẽuiri ſupplicationem in biduum valetudinis cauſa in vrbe, & per omnia fora conciliabulaque edixerunt.

Ibidem.

Ob prodigia decemuiri iuſſi adire libros, edidere quibus diis & quot hoſtiis ſacrificaretur; & ob fulminibus complura loca deformata, ad ædem Iouis vt ſupplicatio diem vnum eſſet.

Decadis V. *lib.* I.

Cum peſtilentiæ finis non fieret, ſenatus decreuit, vt X. viri libros Sibyllinos adirent. Ex decreto eorum diem vnum ſupplicatio fuit.

Lib. II.

Cum bellum Macedonicum in expectatione esset, priusquam id susciperetur, prodigia expiari, pacemque deum peti precationibus quæ æditæ ex fatalibus libris essent, placuit. *Et statim*: Ob hæc prodigia libri fatales inspecti, editumque ab decẽuiris est,& quibus diis, quibusq; hostiis sacrificaretur,& vt supplicatio prodigiis expiãdis fieret.

Ibidem.

Patres ad aruspices referre, & x.viros adire libros iusserunt. Decemuiri lustrandum oppidum, supplicationem obsecrationemque habẽdam, victimis maioribus sacrificandum, & in Capitolio Romæ, & in Campania ad Mineruæ promontorium renuntiarunt:ludos per x. dies Io. O. M. primo quoque die faciendos.

Lib. III.

Publicorum prodigiorum causa libri a decemuiris aditi, XL. maioribus hostiis, quibus diis coss. sacrificarent, & addiderunt vti supplicatio fieret, cunctique magistratus circa omnia puluinaria victimis maioribus sacrificarent, populusque coronatus esset.

Lib. V.

Ob id maxime decemuiri libros adire iussi, supplicationem in diem vnum populo edixerunt, & L. capris in foro sacrificauerunt.

Florus Decadis III. *lib.* II. *epitome.*

Ob cladem Romanam ad Thrasimenum lacũ ex libris Sibyllinis ver sacrum votum.

Idem decadis III. *lib.* IX.

Idæa mater deportata est Romam a Pessinunte oppido Phrygiæ, carmine in libris Sibyllinis inuẽto, pelli Italia alienigenam hostem posse, si mater Idæa deportata Romam esset.

Lib. IV. *cap.* I.

Lentulus destinatũ familiæ suæ Sibyllinis versibus regnum sibi vaticinans, ad præstitutum a Catilina diem vrbe tota viros, faces, tela disponit.

Decadis VI. *lib.* IX.

Diti patri ludi ad Tarentum ex præcepto librorum Sibyllinorum facti.

Corn. Tacitus lib. XV. *annal.*

Mox petita a diis piacula, aditiq; Sibyllæ libri, ex quibus supplicatum Vulcano & Cereri Proserpinæque, ac propitiata Iuno per matronas, primũ in Capitolio, deinde apud proximum mare.

Suetonius in Octauio Aug. cap. XXXI.

Quicquid fatidicorum librorum Græci Latinique generis, nullis, vel parum idoneis auctoribus, vulgo ferebatur, supra duo millia contracta vndiq; cremauit: ac solos retinuit Sibyllinos, hos quoque delectu habito; condiditque duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi.

Idem in Iulio Cæsare cap. LXXIX.

Proximo senatu percrebuit fama, L. Cottam XV. virum sententiam dicturum, vt quoniam libris fatalibus cõtineretur, Parthos, nisi a rege, non posse vinci, Cæsar rex appellaretur.

Plinius lib. XIII. *cap.* XIII.

Inter omnes conuenit, Sibyllam ad Tarquinium

nium Superbum treis libros attulisse. Ex quibus igni duo cremati ab ipsa , tertius cum Capitolio Syllanis temporibus.

Idem lib. III. *cap.* XVII.

Oppidum Eporedia, Sibyllinis libris a populo Romano condi iussum.

Iulius Solinus Polyhistor cap. VII.

Vir optimus Nasica Scipio iudicatus est, non priuato tantum testimonio, sed totius senatus sacramento. quippe quod iuuentus dignior nõ fuit, cui præcipue religionis crederetur ministerium, cum oraculum moneret accersi sacra matris Deũ Pessinunticæ. *quod tale fuit*:

Mater abest, matrem iubeo Romane requiras,
Cum veniet, casta est accipienda manu.

Ibidem

Nauis a Phrygia gerula sacrorum, dum sequitur vittas castitatis, contulit Claudiæ principatum pudicitiæ. At Sulpicia Paterculi filia Marci Fuluij Flacci vxor censura omnium matronarum e centum probatissimis haud temere electa est, quæ simulacrum Veneris, vt Sibyllini libri monebant, dedicaret.

Idem cap. XI.

Lilybæum oppidum est Sibyllæ sepulchro.

*Valerius maximus lib.*I.*cap.*I.

Cereris cum in vrbe pulcherrimum templum antiqui haberent Gracchano tumultu moniti Sibyllinis libris. vt vetustissimam Cererem placarẽt, Ennam (quoniam sacra eius inde orta credebant) decem viros ad eam propitiandam miserunt.

Ibidem.

Tarquinius rex M. Tullium Duumuirũ, quod librum ſecreta ciuilium ſacrorum continentem, cuſtodiæ ſuæ commiſſum, corruptus Petronio Sabino deſcribẽdum dediſſet, culeo inſutum in mare abiici iuſſit.

Ibidem cap. IX.

Cura ſacerdotum, inſpectis Sibullinis libris, animaduertit. non aliter priſtinam recuperari ciuitatis ſalubritatẽ poſſe, quam ſi ab Epidauro Æſculapius eſſet accerſitus.

Aelius Spartianus in Adriano Cæſ.

Cum ſolicitus Adrianus de imperatoris erga ſe iudicio, Virgilianas ſortes conſuleret,

Quis procul ille autem ramis inſignis oliuæ
Sacra ferens? noſco crines incanaque menta
Regis Romani, primam qui legibus vrbem
Fundauit, curibus paruis & pauperere terra,
Miſſus in imperium magnum, cui deinde ſubibit,

ſors excidit; quam alij ex Sibyllinis verſibus ei proueniſſe dixerunt.

Iul. Capitolinus in Gordiano iuniore.

Fuit terræ motus eouſque grauis imperante Gordiano, vt ciuitates etiam terræ hiatu cum populis deperirent: ob quæ, ſacrificia per totam vrbem, totumque orbem terrarũ ingentia celebrata ſunt. Et Cordus quidem dicit, inſpectis libris Sibyllinis celebratisque omnibus quæ illic iuſſa videbantur, mundanum malum eſſe ſedatum.

Trebellius

Trebellius Pollio in Gallienis.

Pax deum quæſita, inſpectis Sibyllæ libris, factumque Ioui ſalutari, vt præceptum fuerat, ſacrificium.

Flauius Vopiſcus in Diuo Aureliano.

In illo timore, quo Marcomanni cuncta vaſtabant, ingentes Romæ ſeditiones motæ ſunt, pauentibus cunctis ne eadem quæ ſub Gallieno fuerant, prouenirent. quare etiam libri Sibyllini noti beneficijs publicis inſpecti ſunt; inuentumque vt in certis locis ſacrificia fierent quæ barbari trãſire nõ poſſent. Facta deniq; ſunt ea quæ præcepta fuerant in diuerſo cæremoniarũ genere: atq; ita barbari reſtiterunt, quos omnes Aurelianus carptim vagantes occidit. Libet ipſius S. C. formam exponere, quo libros inſpici clariſſimorum iuſſit auctoritas. Die tertiò Idus Ian. Fuluius Sabinus prætor vrbanus dixit: *Referimus ad vos P. C. Pontificum ſuggeſtionem, & Aureliani principis litteras, quibus iubetur vt inſpiciantur fatales libri quibus ſpes belli terminandi ſacrato deorum imperio continetur. Scitis enim ipſi quotieſcunque grauior aliquis extitit motus, eos ſemper inſpectos: neque prius mala publica eſſe finita quam ex ijs ſacrificiorum proceßit auctoritas.* Tunc ſurrexit primæ ſententiæ Vlpius Syllanus, atque ita loquutus eſt: *Sere nimis P. C. de reip. ſalute conſulimus, ſero ad fatalia iuſſa reſpicimus, more lãguentium qui ad ſummos medicos niſi in ſumma deſperatione non mittũt, proinde quaſi peritioribus viris maior facienda ſit cura, quum omnibus morbis occurri ſit melius. Meminiſtis enim P. C. me in hoc ordine ſæpe dixiſſe iam tum quum primùm nuncia-*

tum est Marcomannos erupisse, consulenda Sibyllæ decreta, vtendum Apollinis beneficiis: recusasse vero quosdam, & cum ingenti calumnia recusasse, quum adulando dicerent tantam principis esse virtutem, vt opus non sit deos consuli, proinde quasi & ipse vir magnus non deos colat, non de diis immortalibus speret. Quid plura? audiuimus litteras quibus rogauit opem deorum, quæ nunquã cuiquam turpis est vt vir fortissimus adiuuetur. Agite igitur pontifices, qua puri, qua mundi, qua sancti, qua vestitu animisque sacris commodi, templum ascendite, subsellia laureata cõstituite, veteranis manibus libros euoluite, fata reip. quæ sunt æterna perquirite: patrimis matrimisque pueris carmen indicite: nos sumptum sacris, nos apparatũ sacrificiis, nos aris ambarualia indicemus. Post hæc interrogati plerique senatores sententias dixerunt, quas longum est innectere. Deinde aliis manus porrigentibus, aliis pedibus in sententias euntibus, plerisque verbo consentientibus, conditum est S. C. Itum deinde ad templum, inspecti libri, proditi versus, lustrata vrbs, cantata carmina, amburbium celebratum, ambarualia promissa: atque ita solemnitas quæ iubebatur, expleta est. Est epistola Aureliani de libris Sibyllinis: nam ipsam quoque indidi ad fidem rerum. *Miror vos patres sancti tandiu de aperiendis Sibyllinis dubitasse libris, perinde quasi in Christianorum ecclesia, nõ in templo deorum omnium tractaretis. Agite igitur, & castimonia pontificum, ceremoniisque solennibus iuuate principem necessitate publica laborantem. Inspiciantur libri: quæ facienda fuerint celebrentur, quemlibet sumptum, cuiuslibet gentis captiuos, quælibet animalia regia non abnuo, sed libens offero:*

neque enim indecorum est diis iuuãtibus vincere: sic apud maiores nostros multa finita sunt bella, sic cœpta. Si quid est sumptuum, datis ad præfectum ærarij litteris decerni iussi. est prӕterea vestræ auctoritatis arca publica, quam magis refertam esse reperio quam cupio.

In Floriano.

De Probo dictum est, quod Probus diceretur etiam si Probus nomine non fuisset. Quem quidem multi ferunt Sibyllinis libris fore promissum. qui si diutius vixisset, orbis terræ barbaros non haberet.

Aurelius Victor.

Claudius quum ex fatalibus libris, quos inspici præceperat, cognouisset, sentẽtiæ in senatu dicendæ primi morte remedium desiderari, Pomponio Basso qui tunc erat, se offerente, ipse vitam suam, haud passus responsa frustrari, dono reipublicæ dedit, præfatus neminem tanti ordinis primas habere nisi ipsum imperatorem.

Ammianus Marcellinus lib. XXII.

A quo oppido (Pessinunte) bello Punico secundo, carmine Cumano monẽte, per Scipionem Nasicam simulacrum translatum est Romam.

Idem lib. XXIII.

Iisdem diebus nuntiatum est per litteras, Romæ super bello libros Sibyllæ consultos, vt iusserat, imperatorem eo anno discedere a limitibus suis aperto prohibuisse responso.

Lactantius lib. II. *cap.* IV. *de falsa religione.*

Gracchanis temporibus turbata rep. & seditio-

nibus & oſtentis, cum repertum eſſet in carminibus Sibyllinis antiquiſſimam Cererem debere placari, legati ſunt Ennam miſſi.

Lib. II. *cap.* VII.

Claudia quoque proponitur in exemplum miraculi. Nam cum ex libris Sibyllinis Idæa mater eſſet accita, & in vado Tyberini fluminis, nauis qua vehebatur, hæſiſſet, nec vllo modo, aut vlla vi commoueretur: Claudiam ferũt, quæ ſemper impudica eſſet habita ob nimios corporis cultus, deã ſubmiſſis genibus oraſſe, vt ſi ſe caſtam iudicaret, ſuum cingulum ſequeretur: ita nauim quæ ab omni iuuentute non valuit commoueri, ab vna muliere eſſe commotam.

Auguſtinus lib. III. *de ciuit. dei cap.* XVII.

Quid illa itidem ingens peſtilentia, quamdiu ſæuiuit, quam multos peremit? Quæ cum in annũ alium multo grauius tenderetur, fruſtra præſente Æſculapio aditum eſt ad libros Sibyllinos. In quo genere oraculorum, ſicut Cicero in libris de Diuinatione commemorat, magis interpretibus, vt poſſunt ſiue volunt dubia coniectantibus, credi ſolet. Tunc ergo dictum eſt eam eſſe cauſam peſtilentiæ, quod plurimas ædes ſacras multi occupatas priuatim tenerent.

Idem lib. ſing. de Grammatica.

τρία κάππα κάκιστα, id eſt, tria cappa peſſima, de Corn. Sylla, de Corn. Cinna de Corn. Lentulo. hi enim per tres litteras deſignati ſunt in libris Sibyllinis.

Gellius

Gellius lib. I. cap. XIX.

In antiquis annalibus memoria ſuper libris Sibyllinis hæc prodita eſt. Anus hoſpita atque incognita ad Tarquinium Superbum regem adit, nouem libros ferens, quos eſſe dicebat diuina oracula, eos velle dixit venundare. Tarquinius pretium percontatus eſt. Mulier nimium atque impenſum popoſcit. Rex, quaſi anus ætate deſiperet, riſit. Tum illa foculum coram eo cum igni apposuit: & tréis libros ex nouem deuſſit, & ecquid reliquos ſex an eodem pretio emere vellet, Regem interrogauit. Sed enim Tarquinius id multo riſit magis, dixitque anum iam proculdubio delirare. Mulier ibidem ſtatim treis libros alios exuſſit, atque id ipſum denuo placide rogauit, treis reliquos eodem illo pretio emat. Tarquinius ore iam ſerio, atque attentiore animo fit: eam conſtantiam, confidentiamque non inſuper habēdam intelligit: & libros treis reliquos mercatur nihilo minore pretio, quã quod erat petitum pro omnibus. Sed eam mulierem tunc a Tarquinio digreſſam, poſtea nuſquam loci viſam conſtitit. Libri tres in ſacrarium conditi, Sibyllini appellati. Ad eos quaſi ad oraculum Quindecimuiri adeunt, cum Dij immortales publice conſulendi ſunt.

Macrobius Saturn. lib. I. cap. XVII.

Bello Punico ludi Apollinares ex libris Sibyllinis primum ſunt inſtituti, ſuadente Cornelio Rufo Decemuiro, qui propterea Sibylla cognomitus eſt.

Seruius in VI. *Aenidos.*

Tuas ſortes] Id eſt Sibyllina reſponſa, quæ (vt ſupra diximus) incertum eſt cuius Sibyllæ fuerint: quanquam Cumanæ Virgilius dicat, Varro Erythrææ. Sed conſtat regnante Tarquinio quandam mulierem nomine Amaltheam, obtuliſſe ei nouem libros, in quibus erant fata & remedia Romana: & pro his popoſciſſe ter centum Philippeos, qui aurei tunc precioſi erant. Qua contempta, alio die tribus incenſis reuerſa eſt, & tantundem popoſcit: item tertio, aliis tribus incenſis, cũ tribus reuerſa eſt, & accepit pro tribus ter cẽtum, quantum poſtulauerat pro nouem: hac ipſa re rege commoto, quod precium non mutabat. Qui libri in templo Apollinis ſeruabantur.

Lectoſque ſacrabo alma viros] Quia niſi patricij non fiebant. Sane ſciendum, primo duos librorum fuiſſe cuſtodes, inde decem, inde quindecim vſque ad tempora Syllana. Poſt creuit numerus. nam quadraginta fuerunt. Sed remanſit quindecimuirorum vocabulum.

Suidas.

Ηροφίλα, ἡ καὶ Σίβυλλα Ερυθραία, Θεοδώρου θυγάτηρ, ἔγραψε βιβλία γ' μαντικὰ ἐπικῶς· καὶ ἦλθεν εἰς Ρώμην ἐν τοῖς χρόνοις τῶν ὑπάτων, ἄλλοι δὲ Ταρκυνίου, δοκοῦσα χρηματισθήσεσθαι δι' αὐτῶν. ὡς δὲ κατεφρονήθη, τὰς μὲν δύο κατέφλεξε βίβλους, αἷς καὶ ἔτυχεν ἐπιφερομένη· περιεσώθη δὲ ἡ λοιπὴ μία, ἥτις καὶ παρὰ τῶν Ρωμαίων ἐξωνήθη πολλοῦ τιμήματος. *hoc eſt,*

Herophila,

Herophila, quæ & Sibylla Erithræa, Theodori F. ſcripſit heroico verſu lib. diuinationum III. & vel conſulum vel Tarquinij temporibus Romam venit, pecuniæ ex illis parandæ ſpe. Sed contempta ab illis, duos libros cremauit, quos ſecum attulerat: vnus tertius remanſit, magna pecunia emptus a Romanis.

Idem in Ἴλιον.

Ὅτε τὰ κατὰ τοὺς Ἀργοναύτας ἐπράχθη, τηνικαῦτα παρ' Ἕλλησιν ἐχρημάτιζε καὶ ἡ Ἐρυθραία Σίβυλλα, κατὰ δὲ τὴν Φρυγῶν χώραν Τρὼς ὁ πατὴρ Ἴλου καὶ Γανυμήδους ἐβασίλευσαν. *id eſt,*

Cum res Argonautarum geſtæ ſunt, in Græcia quidem Erythræa Sibylla vaticinata eſt: in Phrygia vero Tros, Ili & Ganymedis pater regnauit.

Idem in Λίβερνα.

Γνόντες οἱ Ῥωμαῖοι ἐκ τῶν Σιβύλλης λογίων, ὅτι συνελεύσεται ἡ γῆ, ἐὰν δὲ τιμιώτατον ἐν ἀνθρώποις ἐμβληθείη τῷ χάσματι, ἐπέφερον οἱ μὲν χρυσόν, οἱ δὲ ἄργυρον, οἱ δὲ καρπούς, οἱ δὲ ὅτι μάλιστα τιμιώτατον, καὶ συμβαίνειν τοῖς ὑπὸ τῶν ἱερῶν λεγομένοις ὑπελάμβανον. μένοντος δὲ οὐδέν τι μεῖον τοῦ χάσματος, Κούρτιος ἀνὴρ ὀφθῆναί τε κάλλιστος, καὶ τὴν ψυχὴν ἄριστος, ἔφη συνιέναι βέλτιον τῶν ἄλλων τοῦ Σιβυλλείου. τιμιώτατον γὰρ εἶναι χρῆμα πόλει, ἀνδρὸς ἀρετήν, καὶ ταύτην ἐπιζητεῖν τὰ ἐκ τῶν λογίων δηλούμενα. *id eſt,*

Romani cum ex Sibyllinis oraculis cognouiſſent, coituram eſſe torram, ſi rerum humanarum precioſiſſima in eum coniicerentur; alij aurum, alij argentum, alij fruges, alij quod quiſque maximi æſtimabat, aggerebant, & ſe diuinis reſponſis ſatisfacere arbitrabantur. Sed nihilominus permanēte voragine, Curtius vir & aſpectu pulcherrimo, & animo præſtantiſſimo, ſe quid Sibylla diceret, rectius aliis intelligere dixit. rem enim Reipublicæ maximi eſſe precij, viri virtutem, eamque oraculo poſtulari.

FRAGMENTIS ADDENDA.

Ἰωάννης ὁ Τζέτζης ἱστορ. χιλ. ζ΄.

Καὶ Πλάτων δὲ ὁ πάνσοφος φησὶν ἐν τῷ Τιμαίῳ,
Λόγου μὲν πάντα ἄνθρωπον μετέχειν δὴ φατέον,
Νοῦ δὲ θεούς, καὶ γένος τι βραχύτατον ἀνθρώπων,
Δῆθεν τοὺς προγινώσκοντας φάσκοντες, καὶ προφήτας,
Οἵπερ οὐ κατακούσαντες, εἶπον περὶ μελλόντων.
Οἷος ὁ Πυθαγόρας τε καὶ ὁ Ἀναξαγόρας,
Ἐμπεδοκλῆς, Δημόκριτος, ἄλλοι σοφοὶ μυρίοι,
Ἡ Ἠπειρῶτις Φαεννώ, καὶ Σίβυλλα ὁμοίως.
Ἡ Φαεννὼ πρὸ χρόνου μὲν ἐνιαυτῶν τοσούτων
Τὰ νῦν, ὀλίγῳ πρὸ ἡμῶν, εἰποῦσα πεπραγμένα·
Πῶς τὸν Ῥωμαίων ἄνακτα ἡττήσουσιν οἱ Πέρσαι,
Τραχήλῳ τε πατήσουσιν, οἷα δεδουλωκότες,
Καὶ σφὸς λαὸς καὶ πρόγονος πῶς τοῦτον κράτους ῥίψει,
Καὶ πῶς Πέρσαι κατάσχωσι πᾶσαν τὴν Βιθυνίαν,
Καὶ Σκύθαι πῶς συῤῥάξουσι μάχην Ῥωμαίων γένει·
Κατ᾽ ἔπος λέγουσα ταυτὶ στόματι διηρμένῳ·
Ὦ βασιλεῦ Θρηκῶν, λείψεις πόλιν ἐν προβάτοισι,
Αὐξήσεις δὲ λέοντα μέγαν γαμψώνυχα δεινόν,
Ὅς ποτε κινήσει πατρίας κειμήλια χώρας,
Γαῖαν δ᾽ αἱρήσει μόχθων ἄτερ· οὐδέ σέ φημι,
Σκηπτούχοις τιμαῖσιν ἐπαγάλλεσθαι μάλα δηρόν.

Ἐκ δὲ θρόνων πεσέειν οἷοι κύνες ἀμφὶς ἔχουσιν.
Ταῦτα βραχέα φαεινοῦς. ἡ Σίβυλλα δ' εἶπε,
Κἂν μέχρι τὴν ἀπόβασιν λάβωσιν, οὐ νοοῦνται,
Περὶ τῆς Κύπρου τε αὐτῆς, καὶ τῆς Ἀντιοχείας.
Καὶ πῶς νῦν ὁ Λεβύνιος ἐλεύσεται εἰς Κύπρον.
Περὶ τῆς Κύπρου οὕτω μὲν καὶ τῆς Ἀντιοχείας·
Αἶ αἶ Κύπρε τάλαινα, σὲ δὲ μέγα κῦμα καλύψει,
Δούρασι δ' ἐν τεοῖς Ἀντιόχεια τάλαιν' ὄλλυσαι.
Ταῦτα περὶ τῆς Κύπρου τε καὶ τῆς Ἀντιοχείας.
Περὶ δὲ τῆς τοῦ Κίλικος ἐλεύσεως εἰς Κύπρον,
Ἡ σοφωτάτη γυναικῶν οὕτω καὶ ἔπος λέγει.
Ἔσσεται ἐσσομένοις, ὅτε Πύραμος εὐρυοδίνης,
Ἠιόνα προχέων, ἱερὴν ἐς Κύπρον ἵκηται.
Τοιούτοις ὁ Ἰάμβλιχος, Πορφύριος, καὶ ἄλλοι,
Ἀνθρώποις, ἔφασαν τοῦ νοῦ παρεῖναι μετουσίαν,
Ἅτε μόνως νοήσασι, καὶ προσφέρουσι πάντα,
Ἄνευ τε τοῦ λογίσασθαι, ἢ καὶ τινὸς ἀκοῦσαι.
Ὀλίγοις διὰ τούτοις μὲν ἔφασαν νοῦ μετεῖναι.
Ἐγὼ δὲ οὐδὲ τούτοις γε κυρίως νοῦν προσάπτω.
Ἢ γὰρ ἀκούσαντες τινός, εἴτ' οὖν ἐκ μαθημάτων,
Εἴτε καὶ λογισάμενοι ἐκ τινῶν θεαμάτων.
Εἶπον, ἃ εἶπεν ἕκαστος, ὑστέρως δ' ἀπέβη.
Ὁ νοῦς δ' ἀμέσως ἅπαν νοεῖ, καὶ ὄντως οἶδεν
Ἄνευ δὲ παραδείγματος, καὶ λογισμοῦ, καὶ θέας.
Οὐδὲ αὐτοὺς οὖν νοενεχεῖς, ἀγχίνους δ' ὀνομάζω.

Πρὸς

Γεὸς ταῦτα, τὰ καθάρματα βαλλέτω με καὶ λίθοις.
Et Plato vero omniſcius inquit in Timæo:
Rationis quidem omnem hominem participem eſſe dicendum eſt:
Intellectus autem deos, & genus quoddam breuiſſimum hominum:
Sane eos qui prænoſcunt, dicentes, & prophetas.
Qui cum non audierint, dixerunt de futuris.
Qualis & Pythagoras, atque Anaxagoras,
Empedocles, Democritus, alij ſapientes multi,
Epirotica Phaenno, & Sibylla ſimiliter:
Phaenno ante tempus quidem annorum tot,
Quæ antea, paulum ante nos cũ dixiſſet, quæ facta (ſunt,
Quomodo Romanum regem vincẽt Perſæ,
Super colloque calcabũt, velut ſeruituti addicẽtes,
Et ſuus populus & proauus quomodo hunc ab imperio deijcient,
Et qui Perſæ obtinebunt omnem Bithyniam,
Et Scythæ quomodo concient pugnam cum Romanorum genere,
Ad verbum dicens hæc ore elato:
O rex Thracum accipies vrbem in ouibus,
Excreſcere autem facies leonem magnum curuiunguem horrendum,
Qui olim mouebit patriæ theſauros regionis.
Terram autẽ capies laboribus abſque. neq; te iubeo

Regijs honoribus exultare admodum diu,
Et ſedibus autē cadere velut canes circū poſſunt.
Hæc breuia Phaennonis. Sibylla autem dixit,
Etiam vſque dum exitū accipiant, nō intelligūtur,
De Cypro ipſa atque Antiochia,
Et quomodo nunc Lebunius veniet in Cyprum.
De Cypro autem ſic quidem. atque Antiochia:
Hei hei Cypre infelix, te autem magna vnda abſcondet,
Haſtis autem atq; armis Antiochia infelix peribis.
Hæc de Cypro atque Antiochia,
De Cilicis autem aduentu in Cyprum,
Sapientiſsima mulierum ſic ad verbum dicit:
Erit poſteris, quando Pyramus latæ vndæ
Littora profundens, ſacram in Cyprū veniet.
Talibus Iamblichus, Porphyrius atque alij,
Hominibus, dixerunt intellectus adeſſe præſentiā,
Quippe ſolum intelligunt, & prædicunt omnia,
Abſq; eo vt ratiocinētur, vel etiā aliquid audiāt.
Paucis, propter hos quidem, dicebant intellectum præſto eſſe.
Ego autem neque his proprie intellectum adapto.
Vel enim audito aliquo, ſiue ex diſciplinis,
Siue ratiocinati ex aliquibus ſpectris,
Dixerunt, quæ dixit quiuis: poſtea autem euenit.

Intellectus autem sine medio omnia intelligit, & vere nouit
Sine exemplo, & ratiocinatione, atque spectaculo.
Neque igitur ipsos intellectu præditos, solertes autem voco.
Adhæc, piacula petant me & lapidibus.

Idem Chiliade IX. περὶ χρησμοῦ Σιβύλλης λέγοντος, Ἄνδρας, οἳ Βύζαντος ἕδος κατεναιετάουσιν.

Τινὲς μὲν τοῦτον λέγουσι χρησμὸν εἶναι Σιβύλλης·
Οἱ δὲ τῆς Ἠπειρώτιδος τῆς Φαεννοῦς ἐκείνης.
Ἄλλος δ' ἦν ὁ τοῦ Βάκιδος. ἔστι δὲ περὶ Βυζαντίου.
Ἐγὼ τῶν δύο γὰρ χρησμῶν μέρη ἵνα συνάψας,
Παλινδρομεῖ τῷ μαθητῇ, τῇ Βυζαντίδι λέγω.
Ὅτι γὰρ δύο οἱ χρησμοί, τὸν Βάκιδος προὔτρεπον,
Τοῖς Ἀττικοῖς καὶ Ἕλλησι τότε προσθεσπισθῆναι·
Οὗτος ὁ τῆς Σιβύλλης γὰρ χρησμός, ἢ Φαεννοῦς δέ,
Πλέον δοκεῖ Σιβύλλης δέ, ἕνεκα Βυζαντίου,
Καὶ περὶ Διογένους γὰρ ἐφοίβασε, καὶ Τούρκων.
Καὶ τὰ λοιπὰ ἐάσωμεν λέξωμεν δὲ βραχέα.
Δὴ τότε Βιθυνῶν γαῖαν λύκοι οἰκήσουσι,
Ζηνὸς ἐπιφροσύνῃσι, κακὸν δ' ἐπιβήσεται ἄνδρας,
Ἄνδρας οἳ Βύζαντος ἕδος κατεναιετάουσιν.

De oraculo Sibyllæ dicente, viros qui Byzantij pauimentum habitant.

Quidam dicũt hoc quidem oraculum eſſe Sibyllæ,
Alij autem Epirotidis Phaennæ illius.
Aliud autem erat Bacidis: hoc vero de ByZantio.
Verũ ego duorũ oraculorũ partes quaſdã iungens,
Retro currenti diſcipulæ Byzantidi dico,
Quia vero duo oracula, quod eſt Bacidis, prædixi
Atticis atque Græcis tunc vaticinatum fuiſſe.
Hoc Sibyllæ autem oraculum, aut Phaennæ,
Magis vero videtur Sibyllæ, cauſa Byzantij,
Et de Diogene, Phœbo percita dicit, atque Turcis,
Et cætera dimittamus, dicamus autem pauca:
Sane tunc Bithynorum terram lupi habitabũt,
Iouis conſilijs, malum autem inuadet viros,
Viros qui Byzantij ſolum habitant.

Idem περὶ παροιμίας, ὑπὲρ Ὠκεανὸν πελαγίζων. Chil. x.

Καὶ τίς ἂν πελαγήσειεν ὑπὲρ αὐτὸν ἐν λόγοις;
Εἰ μή που δοίης Ὅμηρον, ἢ τὸν πολὺν Ὀρφέα,
Ἢ Φαεννώ, ἢ Σίβυλλαν, εἴτε τινὰ τοιοῦτον.

De parœmia, ſuper Oceanum fluctuans.

Et quis exundaret ſuper ipſum ſermonibus?
Niſi forte dederis Homerũ, vel egregium Orpheũ,
Vel Phaenno, vel Sibyllam, ſiue aliquem talem.

Nicetas

Nicetas Choniates.

Περὶ Σιβύλλης φασίν, ὡς ἅμα τῆς μητρῴας νηδύος ἐξέθορε, καὶ ἅμα περὶ τῆς τοῦ παντὸς ἐφιλοσόφει συστάσεως.

De Sibylla rumor est, quod simul atq; ex vtero materno prodijt, quamprimum de vniuersi coagmentatione philosophata sit.

Zonaras lib. III.

Ἀλλὰ καί τι φασὶ τῇ τῶν ἀνακτόρων βιβλίον ἐναποκεῖσθαι, ἐν ᾧ καὶ χρησμοὶ περὶ τῶν βασιλέων ἦσαν, καὶ μορφαὶ ἐνεγράφοντο ἀνθρώπων τε καὶ θηρίων. καὶ μετὰ τῶν ἄλλων ἐκεῖ καὶ λέων θὴρ ἐχρωμάτιστο, ᾧ κατὰ νώτου τὸ στοιχεῖον τὸ χ ἐγκεχάρακτο· ἀνὴρ δ' ἦν ὄπισθεν τοῦ θηρός, δόρατι διὰ μέσου τοῦ χ διελαύνων τὸν λέοντα. ἡ μὲν οὖν βίβλος εἶχε ταυτί, καὶ ἦσαν, ὡς ἐδόκει, Σιβύλλεια χρησμῳδήματα. τὸ δὲ τῆς εἰρημένης χρωματουργίας αἰνιγματῶδες δυσερμήνευτον ὄν, ὁ τότε κοιαίστωρ, ὡς λέγεται, διεσάφησεν, εἰπὼν κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ, βασιλέα ἀναιρεθῆναι. τὸ μὲν γὰρ θηρίον βασιλέα δηλοῦν, τὸ δὲ χ τὴν εἰρημένην ἡμέραν αἰνίττεσθαι, τὸ δὲ διὰ μέσου τοῦ χ τῷ λέοντι τὸ δορὺ ἐμπήγνυσθαι, τὸ καὶ αὐτὴν τὴν ἡμέραν τῆς ἑορτῆς τὸν βασιλέα κτανθήσεσθαι.

Quod idem Ioannes Curopalates in historiarum compendio sic retulit, ita vertente illius interprete.

Erat autem oraculum Sibyllinũ in quodam im-

peratoriæ bibliothecæ libro conſcriptum, qui non oracula tantum continebat, ſed etiam formas & figuras eorum qui crearentur imperatores. Erat autem fera Leonis forma prædita in eo libro, & ſuper ipſius dorſi ſpina inſcripta erat X litera, quæ vſq; ad ipſum ventrem pertinebat, a tergo quidam vir accurrens lætalem plagã haſta ipſi feræ per mediũ X infligebat. Præ ſe ferente vero oraculo obſcuritatem, ſolus ipſum, qui tunc quæſtor erat, aperuit indicauitque ipſa die ortus Chriſti imperatorem pernicioſa morte interfectum iri.

Glycas annal. parte II.

Ceterum Sæbæi natio ſunt Aetiopica. Eorum regina fuit admiranda illa Sibylla: quippe quæ cum legem ignoraret, nec vates audiſſet, per Solomonem ſapientiæ ſubminiſtratorem deum prædicauit. Celebretur, ait, dominus deus ille tuus, qui tibi ſic fauerit, vt te Iſraeliticorum ſolio imponeret, & quæ ſequuntur.

INDEX

INDEX IN ORACVLA SIBYLLINA.

Carchedon

Nicæa

AD CALCEM SEQVENTIA PRO SIBYLlinis in veteribus membranis cl. v. Ioann. Nicotij exhibita, & venerab. Bedæ à nonnullis adscripta, addere libuit, nequid scientes prætermisisse videremur.

SIbyllæ generaliter omnes feminæ dicūtur prophetantes, quæ ob diuinam voluntatē omnibus interpretari, & ventura pronunciare solebant. Tradunt autem doctissimi auctores, decē fuisse Sibyllas quarū prima Persis: secūda Libyca: tertia, Delphica, quæ ante Troiana bella vaticinata est: quarta, Cumæa, in Italia: quinta, Erythræa, in Babylonia orta, dicta Erythræa ab insula inqua eius dicta sunt carmina: sexta, Samiana, à Samo flumine Beneuētano vocata: septima Amalthæa vel Cumana: octaua, Hellespōtica: nona, Phrygia: decima, Tiburtina Græcè, Albunca Latinè vocatur: ex cuius carminibus multa de Deo & Christo scripta continentur. Fuit igitur hæc Sibylla Priamidis regis filia, & ex matre Hecuba procreata. Vocata est autem Græco Tiburtina: Latinè verò Albunea nomine vel Cassandra. Vixit annos cc. & vsque in diē mortis suæ semper virginitatē custodiuit, & illa circuiēs diuersas prouincias vt partes orbis, prædicauit Asiā, Macedoniā, Erostachiam, Agagus deā, Ciliciam, Pamphiliā, & Galatiam. Quumque mundi partes vaticiniis suis repleſſet, inde venit Ægyptū, Æthiopiam, Bragadam, Babyloniam, Aphricam Libyam, Pentapolim, Mauritaniam, & Palatinum. In omnes has prouincias prædicauit, & spiritu Prophetiæ repleta prophetauit bonis bona, malis mala. Scimus namque quæ in præconiis suis annunciauit, & quæ in nouissimis erant ventura prædixit. Audientes igitur famam eius Romani, statim nunciauerunt in conspectu Senatorum. Mittentes ergo Senatores legatos ad eam, fecerunt ipsam cum magno honore deduci Romam. Centum igitur viri ex senatu Romano, somniū in vna nocte viderunt singuli, videbāt singuli quod nouē soles essent in cœlo, qui sigillatim diuisi, diuersas in se figuras habebāt. Primus sol erat splendidus & fulgens super omnem terram. Secundus sol splen-

Al. à Samo insula voc.

didior,& magnus æthercam habens claritatem. Tertius sol sanguineo colore flammiger, igneus & terribilis, ac demum splendidus satis. Quartus sol sanguineus, rubicundior tertio, ex quo vitra erant in meridie radio radiãte. Quintus sol erat tenebrosus, sanguineus, & lampades sicut in tonitruo, tenebrosas emittens. Sextus sol tenebrosus nimis, habebat aculeum sicut scorpio. Septimus verò sol terribilis erat, & sanguinem tetrum habens, in medio gladium. Octauus autem sol erat effusus, sanguineum habens colorem in medio. Nonus sol erat nimis tenebrosus, vnum tamen habens radium fulgentem. Quumque Romam ingressa esset Sibylla, videntes eam ciues Romani, admirabantur nimiam pulchritudinem eius: erat enim venusto aspectu, decora vultu, eloquens in verbis, atque Dei pulchritudine satis bene composita, suis auditoribus dulce præbebat eloquium. Venientes autem viri qui somnia viderant, dicunt ad eam: Magistra & domina, quàm magnus decor est corporis tui, qualem nunquam in feminis præter te vidimus. Precamur vt somnium, quod omnes nos in vna nocte vidimus, quid futurum permõstret apperias. Respondens Sibylla dixit ad eos: Non est æquum in hoc loco stercoribus pleno, & diuersis contaminationibus polluto, sacramentum huius visionis detegere. Sed venite, ascendamus ad Auentinum montem, & ibi adnunciabo vobis quæ ventura sunt ciuibus Romanis. Et fecerunt vt dixit. Quos interrogauit: & illi visionem quam viderant narrauerunt ei. At illa dixit ad eos: Nouem soles quos vidistis omnes futuras generationes præsignant. Quod verò dissimiles eos vidistis, dissimilis erit vita in filiis hominum. Primus autem sol, prima generatio est. Erunt homines simplices & clari, amatores libertatis, veraces, mansueti, benigni, consolatores pauperum, & satis sapientes. Secundus autem sol, secunda generatio est, in qua erunt homines splendidè viuentes, crescentes multùm, Deum colentes, sine malitia conuersantes in terra. Tertius verò sol, tertia ge-

neratio eſt,in qua exurget gens contra gentem, & erunt pugnæ multæ Romanis. Quartus autem ſol, quarta generatio eſt, in qua erunt homines quod verum eſt abnegantes. Et in diebus illis exurget mulier à meridiano de ſtirpe Hebræorum nomine M. habens ſponſum nomine I.& procreabunt ex ea ſine commixtione viri, de Spiritu ſancto, nomine Ieſus: & ipſa erit virgo ante partum, & virgo poſt partum: qui ergo ex ea naſcetur,erit verus homo,ſicut omnes Prophetæ prædicauerunt; adimplebitque legem Hebtæorum, & adiunget ſua propria inſimul, & permanebit regnum eius in ſæcula ſæculorum. Naſcẽte autem eo, exercitus Angelorum à dextris & à ſiniſtris erunt,dicentes:Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Veniet namque vox ſuper eum,dicens:Hic eſt filius meus dilectus,ipſum audite. Erant ibi ex ſacerdotibus Hebræorum, qui audientes hæc verba,indignati dixerunt ad eam.Iſta verba terribilia ſunt ſileat hæc regina.Reſpondens Sibylla,dixit eis: O Iudæi, neceſſe eſt iſta fieri, ſed vos non credetis in eum. Dixeruntque: Nos non credemus, quia verbum & teſtamentum dedit Deus Patribus noſtris, & non auferet manum ſuam à nobis. Reſpondit eis iterum: Deus cæli ſibi generaturus eſt filium,vt ſcriptum eſt: qui ſimilis erit patri ſuo,& poſtea vt infans per ætates creſcet, & inſurgent reges in eum,& principes terræ.In diebus illis erit Cæſari Auguſto celebre nomen,& regnabit in Roma, & ſubiiciet omnem terram ſibi. Non multi,vel non pauci non tres,neque duo ſunt dij,ſed vnus Deus, ſolus & immenſus,qui fecit cælum, ſolem, ſtellas, & lunam, frugiferamque terram & mare.Qui autem illum honorant,æternam vitam hæreditabunt, perpetuum cuius ipſi hæreditabunt paradyſum. Mortuorum verò ſimul reſurrectio erit, & claudorum curſus velociſſimus erit:ſurdi audient, & cæci videbunt:non loquentes,loquentur. Ex quinque panibus quinque millia hominum ſaturabit,& colligentur reliquiæ fragminum duodecim cophini, exinde replebunt

in ſpecie populorum. Ventos compeſcens verbo, mare calcans, ambulãs ſuper vndas, infirmitates omnibus ſoluet: ſurgere faciet mortuos, repellens multos dolores: & de pane vno, ſaturatio erit viuorum. Sed cùm omnia fuerint perfecta quæ dixi, in ipſo omnis reſoluetur lex, & impias manus infidelium poſtea inueniet. Poſt hæc conuenient ſacerdotes Hebræorum contra Ieſum, quia multa ſigna faciet, comprehendentque eum, dabunt Deo alapas manibus inceſtis, & in vultu ſacro expuent venenata ſputa. Dabit verò ad verbera ſanctum dorſum ſimpliciter, & colaphos accipiet: tacebit, ne quis agnoſcat vnde verbum venit: corona ſpinea coronabitur: ad cibum autem fel, & ad ſitim acetum dabunt, & ſuſpendent eum in ligno, & occident. Templi verò velum ſcindetur in medium, & dies erit tenebroſus per horas ſex, & ſortem mortis finiet tribus diebus ſomno ſuſcepto, & tunc ab inferis regreſſus ad lucem veniet. Et nihil valebit eis, quia die tertia reſurget, & oſtendet ſe diſcipulis ſuis, & ipſis videntibus in cælum aſcendet, & regni eius non erit finis. Dicunt me Iudæi inſanam & mẽdacem Sibyllam: quum autem facta fuerint omnia, tunc demum reminiſcentur mei, & nullus poſtea me dicet inſanam, ſed Dei magnam Sibyllam. Dixitque principibus Romanorum: Quintus autem ſol, quinta generatio eſt. Eliget ſibi Ieſus duos piſcatores de Galilæa, & leges ſuas docebit eos, dicens: Ite, & doctrinam quam accepiſtis à me, docete omnes gentes, & per ſeptuaginta & duas linguas ſubiicientur omnes nationes. Sextus autem ſol ſexta generatio eſt, & expugnabunt iſtam ciuitatem annos tres & menſes ſex. Septimus verò ſol ſeptima generatio eſt. Et exurgent duo reges, & multas facient perſequutiones in terra Hebræorum propter Dominum. Octauus autem ſol octaua erit generatio, & in deſertatione erit Roma, & propugnantes vlulabunt in tribulationibus & doloribus dicentes, Putas ne periemus. Nonus autem ſol, nona generatio eſt. Et exurgent Princi-

pes Romani in perditione multorum. Tunc exurgent duo reges de Syria, & exercitus eorum innumerabiles ſicut arena maris, & obtinebunt ciuitates & regiones Romanorum vſque ad Chalcedoniam. Et tunc multa erit ſanguinis effuſio. Omnia hæc quum reminiſcuntur, ciuitas & gens contremiſcunt in eis,& diſperdent Orientes. Et poſt hæc ſurgent duo reges de Ægypto, & expugnabunt quatuor reges,& occident eos, & omnem exercitum eorum, & regnabunt annos tres & menſes ſex. Et poſt eos alius rex per C. literam nomine, potens in prælio,qui regnabit annis triginta,& ædificabit templum Deo, & implebit legem, & faciet iudicium propter Deum in terra- Et poſt eum ſurget alius rex qui regnabit paucis temporibus,& expugnabunt,& occident eum. Poſt hæc verò erit rex per B. nomine, & de B. procedet rex Audon, & de Audon egredietur A. & de A. procedet A. & de hoc generabitur A. & ipſe ſecundus A. erit bellicoſus nimis & præliator. Et de ipſo A. naſcetur rex per R.nomine, & de R. naſcetur L. & poteſtatem habebit ſuper decem & nouem reges. Et poſt hæc ſurget rex Salicus de Francia per K. nomine: ipſe erit magnus & piiſſimus, potens & miſericors, & faciens iuſtitiam pauperibus.Tanta enim erit in eo virtutis gratia, vt per viam gradientem arborum contra eum inclinentur cacumina. Aqua enim occurrens minimè curſum eius tardabit. Similis autem imperio Romanorum rex ante non fuit, nec poſt eum futurus eſt. Et veniet rex poſt eum per L. nomine,& poſt hoc regnabit L. & poſt L. triginta, & de L. egredietur A. & ipſe A. erit nimis bellicoſus & fortis in prælio,& multus erit per terram,ſiue per aquas,& non dabitur in manibus inimicorum, & morietur exul extra regnũ,& in manu Dei anima eius erit. Tunc exurget rex per V.nomine,& ex vna parte Salicus, & alia Longobardus, & ipſe habebit in terra poteſtatem contra pugnantes,& contra omnes inimicos. Et in diebus illis procedet rex per O. nomine, & erit potentiſſimus, & fortis, &

bonus, & faciet iustitiam pauperibus, & rectè iudicabit, & de ipso procedet alius O potentissimus, & erunt sub eo pugnæ inter paganos & Christianos, & sanguis Græcorum eorum effundetur, & cor eius in manu Dei, & regnabit annis septem, & de ipsa muliere nascetur rex per O. nomine: hic erit sanguinarius & facinorosus, & sine fide & veritate, & per ipsum multa erit malitia in terra, & multa sanguinis effusio, & destructæ erunt Ecclesiæ in ipsius potestate. In aliis namque regionibus tribulationes erunt multæ & prælia. Tunc surget gens contra gentem in Cappadociam, & Pamphyliam captiuabunt in illo tempore, eo quòd non intrauit per ostium in ouile, Hic namque rex regnabit per annos. Et pòst eum surget rex per H. nomine, & in diebus eius pugnæ multæ erunt, Syriam expugnabunt, & Pentapolim captiuabunt. Ipse enim rex erit ex genere Longobardorum. Tunc exurget alius rex Salicus per C. nomine, & expugnabit Longobardos, & erunt prælia & pugnæ. Ipse autem Salicus erit fortis & potens, & paucis temporibus erit regnum eius. Tunc exurgent Agareni, & tyranni, & captiuabunt Tarentum & Barro, & multæ ciuitates deprædabuntur. Et etiam volentes venire Romam, & non est qui resistat eis, nisi Deus Deorum, & Dominus Dominantium. Tunc venientes Armeni Persidem disperdent, ita vt non recuperentur ciuitates, quas deprædabunt, & accurrentes ipsi, ponent fossas iuxta Orientem, & expugnabunt Romanos, & obtinebunt pacem aliquantisper. Et intrabit rex Græcorum, vir belligerator in Æpolim, destruet templa idolorum, & veniet locusta & bruchus, & comedent omnes fructus Capadociæ & Ciliciæ, ac fame cruciabuntur, & postea non erit amplius. Et consurget rex Salicus alius, scilicet H. vir fortis & belligerator, & indignabuntur contra eum multi vicini & parentes. In diebus illis tradet frater fratrem, & cum sorore commiscebitur, & multa nefanda hominũ erunt in terra. Senes cum virgi-

nibus cubabunt, & sacerdotes mali cum deceptis puellis. Episcopi malefactorum sectatores erunt, & fiet effusio sanguinis in terra, & templa sanctorum pollucnt. Et erunt in populo fornicationes, immunditiæ, & Sodomiticum scelus, ita vt visio ipsorum in contumelia eius appareat. Et erunt homines raptores, contumeliosi, odientes iustitiam & amantes falsitatem, & iudices Romæ immutabuntur. Si hodie ad iudicandum admittuntur, alio die mutabuntur, propter pecuniam accipiendam, & non iudicabunt rectum, sed falsum. Et erunt in diebus illis homines rapaces, cupidi & periuri, & amantes falsitatem, & destruetur lex & veritas, & fiet terræ motus per loca diuersa & insulares ciuitates, & regiones dimergentur. Et erunt per loca pestilentiæ hominum, & terra ab inimicis desolabitur, & non præualebit consolari eos vanitas deorum. Postea exurget rex per L. nomine: & erunt sub illo bella, & xij. annis regnabit. Et post surget rex per F. nomine, & veniens obtinebit, & regnabit aliquanto tempore, & veniet Romam, & captiuabit eam, & non mortificabitur anima eius in manu inimicorum vllis diebus vitæ suæ: sed erit bonus & magnus, & faciet iustitiam pauperibus, & ipse viuet multo tempore. Post hæc verò surget alius rex per H. nomine, & de ipso H. procedent duodecim H. & erit de genere Longobardorum & Teuthonicorum, & regnabit per annos centum. Tunc post eum exurget rex H. nomine, Salicus de Francia. Tunc initium dolorum erit, qualis non fuit ab initio seculi. Et erunt in diebus ipsius multæ pugnæ & tribulationes multorum, & sanguinis effusio, & terræ motus per ciuitates & regiones, & terræ multæ captiuabuntur & non erit qui inimicus resistat, quia Dominus iratus erit in terra. Roma in persecutione & gladio expugnabitur, & erit deprehensa in manu ipsius regis. Et erunt homines rapaces, cupidi, tyranni, odientes pauperes, opprimentes insontes, & saluantes noxios. Eruntque iniusti & nequissi-

mi, & dominatores exterminij captiuabuntur, & non eſt in terra qui pro eis reſiſtat, & eruat eos propter malitias eorum & cupiditates. Et tunc exurget rex nomine H. animo conſtans. H. ille idem conſtans erit rex Rom. & Græcorum: hîc ſtatura grandis, aſpectu decorus, vultu ſplendidus, atque per ſingula membrorum lineamenta decenter compoſitus, & ipſius ragnum cxxjj. annis terminabitur. In illis ergo diebus erunt diuitiæ magnæ, & terra abundanter dabit fructum ſuum, itaut tritici modium denario vno venũdetur, modium vini denario vno. Et ipſe rex ſcripturam habebit ante oculos, dicentem: Rex Rom. omne ſibi vendicat regnum Chriſtianorum. Omnes ergo inſulas & ciuitates paganorum deuaſtabit, & vniuerſa idolorum templa deſtruet, & omnes paganos ad baptiſmum conuocabit, & per omnia templa crux Chriſti erigetur. Tunc namque præueniet Ægyptus Æthiopiam munus dare Deo. Qui vero crucem Ieſu Chriſti non adorauerint, gladio punientur. Et cùm completi fuerint cxxij. anni, Iudæi conuertentur ad Dominum, & erit ab omnibus ſepulcrum eius glorioſum. In diebus illis ſaluabitur Iſrael, & habitabit confidenter. In illo tempore ſurget princeps iniquitatis de tribu Dan, qui vocabitur Antichriſtus. Hic erit filius perditionis, caput ſuperbiæ, magiſter erroris, plenitudo malitiæ, qui ſubuertet orbem, & faciet prodigia & ſigna mala per falſas ſimulationes: deludet autem per artem Magicam multos, itaut ignis de cælo deſcendere videatur. Et minuentur anni ſicut menſes, & menſes ſicut ſeptimana, & ſeptimana ſicut dies, & dies ſicut hora. Et exurgent ab Aquilone ſpurciſſimæ gentes. quas Alexander rex incluſit, Goth videlicet & Magoth. Hæc duodecim regna, quorum numerus eſt ſicut arena maris. Cùm autem audientur hæc, rex Roman. conuocato exercitu debellabitur eos, atque proſternet vſque ad internecionem. Et poſtea rex veniet Hieruſalem, & ibi depoſito capitis diademate, & omni habitu regali, regnum Chriſtiauorum Deo Patri

relinquet, & filio eius Iesu Christo. Et quum cessauerit imperium Romanorum, tunc reuelabitur manifestè Antichristus, & sedebit in domo Domini in Hierusalem. Regnante autem eo, egredientur duo clarissimi viri, Helias & Enoch, ad annunciandum euentum Domini, & Antichristus occidet eos, & post dies tres à Domino resuscitabuntur. Tunc erit persequutio magna, qualis non fuit antea, nec postea subsequetur. Abbreuiabit autem Dominus dies illos, propter electos, & occidetur virtute Domini Antichristus à Michaele Archangelo in monte Oliueti. Quumque hæc Sibylla & alia multa Romanis prædiceret futura, quibus etiam signis ad iudicandum Dominus venturus est, vaticinando versus intonuit, dicens:

Iudicij signum tellus sudore madescet
E cœlo rex adueniet per secla futurus,
Scilicet in carne præsens vt iudicet orbem.
Vnde Deum cernent, incredulus atque fidelis,
Celsum cum sanctis iam terminus extat in ipso,
Sic animæ cum carne ademet quas iudicat ipse,
Cum iacet incultus densis in vepribus orbis,
Reijcient simulacra viri cunctam quoque gazam.
Exuret terras ignis pontumque polumque,
Inquirens tetri portas effringet Auerni.
Sanctorum sed enim cunctæ lux libera carni,
Tradentur sontes, æternaque flamma cremabit.
Occultos actus manifestans quisque loquetur,
Secreta atque Deus reserabit pectora lucis,
Tunc erit & luctus, stridebunt dentibus omnes.
Eripitur solis iubar, & chorus interit astris,
Voluetur cælum, lunaris splendor obibit,
Deiiciet colles, valles extollet ab imo:
Non erit in rebus hominum sublime vel altum,
Iam æquantur campis montes, & cærula ponti,
Omnia cessabunt, tellus confracta peribit:
Sic pariter fontes torrentur fluminaque igni,

Sed tuba per ſonitum triſtem dimittet ab alto,
Orbe genus facinus miſerum varioſque labores,
Tartareumque chaos, monſtrabit terra dehiſcens,
Et coram hoc domino reges ſiſtentur ad vnum,
Recidet è cœlis igniſque & ſulphuris amnis.

Tunc iudicabit Dominus ſecundùm vniuſcuiuſque opus, & ibunt impij in gehennam ignis æterni: iuſti verò vitæ æternæ præmium recipient, & cælum nouum, & terram nouam: & mare non erit. Et regnabit Dominus cum ſanctis in ſæcula ſæculorum. Amen.

D. IOANNIS OPSOPOEI NOTÆ IN SIBYLLINA ORACVLA, INTERSERTIS XISTI *Betuleij & Ioann. Castalionis annotationibus.*

PAGINA 151. Hoc proœmium non extat in scriptis Sibyllæ libris, sed refertur à Theophilo in secunda oratione ad Autolycum, Antiochenæ Ecclesiæ, Antonini Veri temporibus, anno Domini clxxj. præfecto. Cuius aliquot versus postea Clemens Alex. circa annum cxcviij. Lactant. circa annum cccxx. & Eusebius repetiuerunt, vt singulis locis indicabimus. Cuias verò fuerit Sibylla istorum carminum auctor, non plane liquet. Patriam & nomen eius reticet Theophilus. Clemens nominat Hebræorum vatem, quæ eadem, Suida teste, Chaldæa, & proprio nomine Sambethe dicta fuit. Lactantius multis locis Erythrææ versus hosce expresse assignat. Vnde non immeritò Ramonetus vir summi iudicij & doctrinæ suspicatus est proœmium hoc infra pag. 223. inserendum esse, vbi initij defectus notatur. Nam qui illic leguntur versus vsque ad finem libri tertij, Sibyllæ Erythrææ esse credimus Lactantij auctoritate & crebris testimonijs freti: & eos ipsos esse (vt Betuleius vult) qui à legatis Romam Erythris allati sunt.

l.8. Clemens Alex. refert primũ hunc versum l.3. Strom. pag.171. L.12. similis versus legitur infra pag.216.9.

l. 13. pag. 199. ὕψιστος πάντων πανεπίσκοπος. l. 15. Lactantius lib. iv. cap. vj. de falsa relig. *Esse autem summi Dei filium, qui sit potestate maxima præditus, non tantùm congruentes in vnum voces Prophetarum, sed etiam Trismegisti prædicatio, & Sibyllarum vaticinationes demonstrant.* Et mox: *Sibylla Erythræa in carminis sui principio, quod à summo Deo exorsa est, filium Dei ducem & imperatorem omnium his versibus prædicat.* Subiungit autem duos hos sese consequentes: in quorum priore magnus ille Turnebus scribit παντοτρόφον pro παντότροφον: ea ratione qua πρωτοτόκος & πρωτότοκος; pro accentum variatione significationem mutant. Istiusmodi enim composita in penultima apice notata actionem designant; in antepenultima passionem. παντοτρόφος, omnium nutritor: παντότροφος, ab omnibus nutritus. In posteriore excusa Lactantij exemplaria & scriptum cl. v. Puteani optimæ notæ habent χ' ἡγητῆρα θν. vnde vel θεῶν vel θεὸν fieri potest: sed Lactantij menti propiùs accedit θεὸν, vt filium Dei Deum lucem dicat omnium, vt pag. 155: dicit πάντων θ' ἡγητῆρα κατέστησεν θεόπευκτον. Cui plane consona est poetæ præstantissimi Ioan. Aurati lectio, χ' ἡγητῆρα βροτὸν πάντων, vt hominem nempe Iesum ducem omnium dixerit.

l. 17. Hic versus in priori editione cum iis qui apud Lactantium lib. j. cap. vj. seiunctim ponuntur, coniunctim legebatur. Sed iam ratio est expedita. Apud Theophilum legebatur, εἷς θεὸς ἐστὶ μόνος. Sed apud Lactantium integer legitur, εἷς θεὸς ὃς μόνος ἐστὶν ὑπ., &c. Hæc Xystus. Atque ἐστὶν agnoscunt quidem Lactantij exemplaria cusa, at scriptum ἀρχὴ habet. Vnde lubrica est mutatio in ἄρχει. Citat hunc versum cum duobus sequentibus Iustinus in oratione exhortatoria ad gentiles, sed paululum variantem, εἷς δὲ θεὸς μόνος ἐστὶν ὑπ, &c.

l.19. Similiter inquit Orpheus, ---- οὐδέ τις αὐτὸν εἰσορᾷ ψυχῶν θνητῶν, νῷ δ' εἰσορᾶται. Et iterum:

Οὐ γὰρ κέν τις ἴδοι θνητῶν μερόπων κραίνοντα
Εἰ μὴ μουνογενὴς ὕις ἀπορρώξ.

l. vlt. Hunc verſum cum tribus primis ſequentis paginæ citat Clemens Alexandr. in oratione exhortatoria pag. 27. & lib. v. Strom. pag. 252. edit. Græcæ: Et Euſebius de præparat. Euang. lib. xiij. pag. 397. Pariſienſis edit.

Pag. 152. lib. 4. Turnebus legit ἐνοσοῖσι. l. 5. Lactantius citat duos hos verſus lib. j. cap. vj. ſic prælocutus. *Qui Deus quoniam ſolus ſit ædificator mundi, & artifex rerum vel quibus conſtat, vel quæ in eo ſunt, ſolùm coli oportere teſtatur*, nempe Sibylla. Pro ἐτέχθη ſubſtitutum eſt ἐτύχθη ex emendatione Turnebi, & auctoritate ſcripti codicis Lactantiani: nam ἔτυχεν vulgare planè erroneum eſt. l. 7. Huc reſpexit Lactantius lib. 1. cap. 7. his verbis: *Conſequens eſt, vt quando nihil ante illum fuit, ipſe ante omnia ex ſeipſo ſit procreatus; ideoque ab Apolline αὐτοφυὴς, à Sibylla αὐτογενὴς & ἀγένητος, & ἀποίητος nominatur.* Vnde ſuſpicio eſt Lactantium ἀποίητος pro διαπαντός legiſſe. Dicitur verò non ſolùm ab Apolline αὐτοφυὴς, ſed etiam ab ipſa Sibylla lib. 2. pag. 215. l. 8. Turnebus in margine codicis ſui hanc electionem pro vulgata notauerat, βροτοῖς συ νεών, & in fin. carm. pro ἐν κοινῷ φάει, has varietates ἔμβαλε κοινῷ vel ἐν δαΐ κοινῇ vel ὑδατικοινῷ, vel οἷον ἅπασι ἐν φάει οἴῳ. Auratus ita emendauerat πᾶσι βροτοῖσιν ἓν ὃν τὸ κριτήριον ἐν φάει οἴῳ, i. cum omnibus hominibus vnum ſit tribunal, ſcilicet adeundum in die vno: vel (ſi malis ἓν ὤν) ille Deus qui omnia nutu ſuo moderatur, vnicum eſt tribunal omnibus hominibus in die vno, hoc eſt, vnus & ſolus iudex pro tribunali ſedens ſententiam de omnibus in iudicij die laturus, Atque hæc ſententia percommoda eſt: ſed malim ego ſcribere ἐν φαῒ κοινῷ. Sic enim iterum infra pag. 256. παρέσεται ἐν φαῒ κοινῷ. & pag. 187. γνώσονται διὰ τοῦδε, καὶ ἀτραπὸν ἐν φάει κοινῷ, ex auctoritate codicis regij. l. 13. Putant nonnulli τυφλοὶ ſcribendum eſſe pro τύφῳ: ſed genuinam eſſe hanc lectionem aſſerit Clemens Alex. qui quatuor

hos verſus in oratione exhortatoria citat pag. 13. Variat autem aliquantulum a noſtra lectione. Sic enim legit in altero ἀπίλθετε τὴν δὶ ἀκανθῶν, atque reliquos ſic continuat, verſu integro qui hic legitur extrito, καὶ σκολόπων. οὐ πλανᾶσθε βροτοίων. (ſcribe βροτοὶ, apud Clement. παύσασθε ματαιοί, κάλλιπέ τε σκοτίην νυκτὸς, φωτὸς δὲ λάβεσθε. l. 18. ita Xyſtus: Clemens in protreptico ſequentes octo verſus citat (pag. 253.) paucis verbis mutatis. Nam pro κάντεσσι legitur πάντα ἔςὶ: quanquam πάντεσσι etiam στρωματέων lib. v. legatur pag. 29. pro γνόφον ζόφον. In κρύσαλλά τε, coniunctio τε apud Clementem abundat. Sed cur non addo Clementis explicationem? ἐν θέως σφόδρα τὴν μὲν ἀπάτην ἀπεικάζουσα τῷ σκότει, τὴν δὲ γνῶσιν ἡλίῳ καὶ φωτὶ τοῦ θεοῦ, ἄμφω δὲ παραθεμένη τῇ συγκείσει τὴν ἐκλογὴν διδάσκει. τὸ γὰρ ψεῦδος, οὐ ψιλῇ τῇ παραθέσει τοῦ ἀληθοῦς διασκεδάννυται, τῇ δὲ χρήσει τῆς ἀληθείας ἐκβιαζόμενον φυγαδεύεται.

Pag. 155. 1. Iſta integxa non ſunt. Arbitror autem Sibyllam occaſione à veri Dei vnitate arrepta hîc multa argumenta congeſſiſſe, quibus Deorum multitudinem, procreationem item & genealogiam refelleret. Indicio ſunt tres illi verſus à Theophilo in ſecunda oratione ad Autolycum allegati, quos inter fragmenta primos poſui: ſed quia illorum alter illic laborat, emendatos hîc denuo adiungam.

εἰ δέ γε γεννῶσι, καὶ ἀθάνατοί γε μένουσι,
πλείονες ἀνθρώπων γεγεννημένοι οἱ θεοὶ ἦσαν.
οὐδὲ τόπος στῆναι θνητοῖς οὐκ ἄν ποθ' ὑπῆρξεν.

Qui non ineptè forſan huic εἰ δὲ γεννητὸν, &c. præponentur. Certè nihil aliud ſibi volunt verba iſta Theophili: καὶ περὶ τοὺς γεννητοὺς λεγομένους ἔφη. Qui enim ſunt illi qui generati dicuntur, niſi Dij gentium ſiue Heſiodei ex maris fœminæque coitu procreati? l. 2. Lanctantius refert his verbis lib. 1. cap. 8. *Non multùm à multis animalibus differũt, qui credant eos qui geniti ſunt maris ac fœminæ*

coitu

coitu, aliquid maieſtatis diuinæque virtutis habere potuiſſe: cum Sibylla Erythræa dicat: οὐ δύνατ' ἀνδρὸς ἐκ μηρῶν μήτρας τε θεὸς τετυπωμένος εἶναι.

l. 4. Tres hi verſus ex Erythrææ carminibus citantur à Lactant.lib.j.cap.vj.

l.6. Auratus paulo ante obitum ſuum monuerat legẽdum οἴδματα πάντα. ſed nihil mutãdum cenſeo. Alibi enim ait Sibylla, ἄγρια κύματα πόντου.

l.7. Priores editiones & codices manuſcripti conſtanter habent ὑψήεντα, *excelſos*, quòd cùm alibi non legiſſem, in ὑλήεντα verti, niſus verſu illo ex oraculo Apollinis Didymæi, βαίνων ὑλήεντα κατ' οὔρεα χιονὶ κεχαρμένη: ſed nimis præpropere, vt me poſtea docuit ſimilis verſus infra pag. 279. οὔρεά θ' ὑψήεντα, καὶ ἄγρια κύματα πόντου. Id itaque hîc reſtitue, & verſum integrum ita ſcribe: Οὐρεά θ' ὑψήεντα καὶ ἀένναα χεύματα πηγῶν.

l.8. Auratus emendat γέννας: ſed rectiùs retinetur γεννᾷ, vt repetatur ὅς, *qui procreat*.

l.9. Turnebus emendat δ' ἐκ γαίης, Auratus τ' ἐν γαίῃ: & ſtatim diuisè ſcribendum ψυχοτροφεῖ τε, vel ψυχοτροφεῖ τε. & in frigidis locis nutrit idem ille Deus varia terræ ſerpentium genera.

l. 16. Putat Xyſtus non eſſe integra iſta, ſed fallitur quia ſupra verſus illi leguntur quos ex Clemente hîc addendos putat.

l.18. Lactantius lib. de Ira cap. xxij. *Apud Erythræam Sibyllam de ſummo & conditore rerũ Deo huiuſmodi verſus reperiuntur: nempe tres hi qui ſequuntur.* E quibus alter vitiosè in vulgatis Lactantij editionibus legitur, τοῖς τ' ἀκάκοις ἄκακον προφέρων πολὺ μείζονα μισθόν. nam optimæ notæ exemplar v.cl. Puteani planè præ ſe fert, vt habet Theophilus, τοῖς ἀγαθοῖς ἀγαθόν, &c.

l.21. Aut Orpheus à Sibylla, aut hæc ab Orpheo mutuata eſt verſum iſtum. Sic enim ait ille, referente Iuſtino in lib. de Monarchia, Clemente Stromat. lib. v. & Euſebio de Euang. præpar. lib. xiij. αὐτὸς δ' ἐξ ἀγαθοῖο κα-

κὸν θνητοῖσι φυτεύει (al. δίδωσι) καὶ πόλεμον κρυόεντα. καὶ ἄλγεα δακρυόεντα.

lin.22. Auratus putat etiam ἐκφυσιοῦσι legi poſſe. l. 23. Scribito χαλᾶς contractum ex χαλέας.

l.24. Clauſerus pro ἐστησία φάφη, ἐτώσια βάρη legendum putat, Adr. Turnebus ἐτήσια φάρη vel ὕβρις τ' ἀφόρητος. Auratus veſtigiis literarum inſiſtens, κ' αἴσθησις ἀφαυρή, *& ſenſus imbecillis.*

l. 25. Clauſerus pro εἰλοπάδας ſcribit ἐλοπάδας, quod quid ſit neſcio. ἐλλοπόδας quidem reperias apud Etym. & ἐλλοπίδας apud Heſych. pro ſerpentum catulis: ſed id nihil ad hunc locum. Malim itaque εἰλίποδας cum Caſtalione. Mercurium enim boues ſurripuiſſe paſſim eſt apud poetas, quanquam à vera prope abſit lectio Turnebi & Aurati, εἰλοπάδας, *ſi patinas*, q. d. Quænam peruerſi rabies tam ſtulta cerebri, vt eos Deos eſſe credamus qui lances, patinas vel fercula ſurripiunt, & ollas depredantes?

P. 156. 1. Auratus etiam ſic legi poſſe cenſuit: αὐτὶ δὲ χρυσείοιο πόλου κατὰ πίονα νηόν, quemadmodum in oraculo veteri, ἥκεις ὦ λυκόεργε ἐμὸν ποτὶ πίονα νηόν.

l. 2. Turnebus ſcripſit δεδαῖσαι, Auratus ἀράχνῃσι δέδασαι, vel ἀράχναις πεπύκασαι, aranearum telis obſepta ſunt. Sed his varietatibus opus non eſt, aptiſſimum enim eſt verbum δεδίασαι è textrina petitum. Comicus apud Pollucem, ὁ δ' ἐξυφαίνηθ' ἱσὸς, ὁ δὲ διάζεται. Tela vna perfecta, altera attexitur. Et in libro Iudicum cap. 16. de meretrice Samſonis capillos licio implicante, ἐδιάσατο τοὺς ἑπτά βοστρύχους τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, &c. Solet namque Sibylla frequenter Bibliorum verbis & phraſibus vti: vt in hoc ipſo verſu σητόβρωτα dixit, quemadmodum D. Iacobus in epiſt. ἱμάτια σητόβρωτα. Pergit autem hîc deridere hominũ ſtoliditatem, quod ſtatuas & idola à vermibus corroſa, & aranearum telis obſita pro diis colant.

l. 6. Sic rectè locabitur accentus, παρόδιοι, intelligit

lapidum congeries in compitis & collium cacumine in honorem cumaliorum deorum, tum præcipuè Mercurij. Inde Græcis ἑρμακὲς, vt notat Nicandri Scholiastes, λίθοι σεσωρευμένοι εἰς τιμὴν τοῦ ἑρμοῦ. Corn. Seuerus in Ætna:

qualis aceruus

Exsilit imparibus iactis ex tempore saxis.

Et ἑρμαῖ, vt Sibylla pag. 328. ἀψύχοις θ' ἑρμαῖς. Porro quæ in sequentibus à priori editione diuersa reperies, è Turnebi annotationibus vel suppleta, vel emendata sunt.

l.11. Auratus probat κρᾶμα, *dilutam potionem.*

l.15. Hæc lectio Aurati est. At Turnebus voluerat βεβαρημένον, αὐθεκρατοῦντες.

l.22. Lactantius lib. 2. cap. 13. *Deus sententia in peccatores data eiecit hominem de paradiso, vt victum sibi labore conquireret, ipsumque paradisum igni circumuallauit, ne homo posset accedere, donec summum iudicium faciat in terra, & iustos viros suos cultores in eundem locum reuocet morte sublata, sicut sacræ voces docent, & Sibylla Erithræa,* cum dicit, οἱ δὲ θεὸν, &c. Citat autem tres versus, in quorum vltimo scribitur παράδεισον.

Pag. 159. 4. Primi septem versus à Lactantio positi, cum à græculo quodam in libro τῶν χρησμῶν non essent reperti, ab eo sunt in hunc locum relati. Sed quatuor primi Erythrææ sunt, tres reliqui cuius sint, incertum est. Hæc censura est Ranconeti acutissimi, eaque verissima. Nam primus legitur lib. 1. Lact. cap. 6. & supra pag. 151. tres sequentes in eodem loco Lactan. & hic pag. 155. tres vltimi Lactant. l. 2. c. 12. è quibus medius tantum in his libris reperitur infra 216. Planè autem deest hoc proœmiũ in manuscripto codice regiæ bibliothecæ, & meo iudicio posthac sine detrimento omitti poterit.

IN LIBRVM I.

Linea 18. Lactantius lib. 2. cap. 12. Diuina prouidentia effectum esse mundum, vt taceam de Trismegi-

ſto, qui hoc prædicat, taceam de carminibus Sibyllarum quæ idem nuntiant : taceam de Prophetis, qui opus mundi artificium Dei vno ſpiritu ac pari voce teſtantur, etiam inter philoſophos pene vniuerſos conuenit. Et lib.7.cap. 7.factum eſſe à Deo mundum, dixit Plato. Idem Prophetæ loquuntur, idemque ex Sibyllæ carminibus apparet.

l.21. Aliquid deeſſe cenſet Caſtalio. At Ranconetus virgula poſt ἀμελήσης poſita, hiatum ſupplet: vt ſic πίφασκε regat accuſatiuum ὕψιστον βασιλῆα, *commemora regem altiſſimum.*

l.22. Regius codex habet, καὶ ἐγκίνατο.

l.23. Vterque codex manuſcriptus, regius, & cl.v.F.Pithæi, præfert ἀμφὶ σάλον. Turnebi liber ἀμφίαλον, *ſalo ſiue mari cinctam.* Fortè ſcribendum ταρτάρῳ ἀμφιβαλὼν, vt infra pag.168.11.

Pag.160.1. Exemplar regium, περιλαμπέσιν. & lin.3. χενάμθυον. Auratus. χευμθύοις.

Lin.7. Turneb. πάνθ᾽ ὅσα κυκλόσε γλῶ καθορᾶται. In cod. reg. deeſt κυκλόσε.

L.9. Suidas huc reſpexit in λοχεύονται. αὐτολόχευτος, αὐτογέννητος : ὁ θεὸς ὁ ἀγέννητος : *Deus per ſe genitus, ſui ipſius parens.*

l.11. vet.cod. οὐρανὸν καθορῶν, ὑποτετέλεσο δὲ κόσμος. Turnebi liber, οὐρανὸν ἐγκαθορων μθὺ ὕπαι, τετέλεσο, vel εἶπεν τετέλεσο. Auratus, οὐρανὸν ἐγκαθορῶν πᾶσι τετέλεσο. Eruditiſſimus vir Anton. Bayſius emendat, οὐρανὸν ἐγκαθορῶν ὕπατον, τετέλεσο δὲ κόσμος.

l.16. αὐτοῦ verſus cauſa è Turnebi libro repoſitum eſt pro παραδείσου, quod ſcripti & cuſi codices agnoſcunt. Legi quoque poteſt ἐὼν θεοῦ εἰν ἐρ.

l.17. Vnicam dictionem facit F.Pithœi codex: reliqui duas, πρὸς λαλιῶ, non tam bene.

L.19. Regium exemplar, λαπάρης τοῦτου ἔσω. Auratus olim correxerat, ἐκ λαπάρας ὀστοῦ ἐποιήσατο εὖαν, &c.

Lin. 22. idem Auratus οἷον ὁρᾶτο.

L. 24. Reg. cod. αὐτομάτοις ῥέουσι, bene, ſi αὐτομάτως ſcribas.

Pag. 163. 1. Idem Ἀμφω εἶχον. In eodem verſu mauult Auratus κεχαδῆν.

L. 2. in cod. regio ſcribitur, καὶ ὡς θῆρες ἀβαίνεσκον ἀπὸ σκοπίεσι μέλεσι. Auratus aliquanto liberius legit, χ' ὡς θῆρες γυμνοὶ βίον ἔχον ἐπὶ σκοπιῇσι, *Et ferarum more nudi vitam degebant in ſcopulis*, vel ἄνευτε κόποιο, *abſque labore.*

Ling. 3. Reg. cod. τοῖσι δὲ καὶ μετέπειτα θεός. & mox: δεῖξεν ὃ δένδρου, Pithæi δεῖξεν τ' ὃ δένδρου. At Auratus λέξεν τοῦ δένδρου.

L. 5. Auratus addita negatiua legit, μ' ἐπὶ μοῖραν ἐπελθεῖν, μ' ἐπὶ pro μὴ ἐπί. Decepit primos parentes (inquit) ſpecioſa promiſſione, fore vt nunquam mortis fato ſubiecti eſſent, & cognitionem boni ac mali acciperent: ſed ſine negatione legitur apud Lactantium lib. 11. cap. 13. & infra pag. 384. vnde hi duo verſus ſunt tranſlati.

L. 7. Regius codex γείνατ' pro γίνετ'. & verſu ab hoc ſexto, τεύξαντο, καὶ ἀλλ.

L. 15. Exemplar Pith. ἔνθετο, κάβαλεν.

L. 17. Regium exemplar θνητοῖσιν ἐν χώρᾳ. fortè ſcribendum θνητοῖσι χωρὶς μεῖναι, q. d. ita conſilio diuino deſtinatum erat vt ſeorſim habitarent, nempe extra hortum Dei. Auratus legit, θνητοῖς μ' ἐν χώρᾳ, pro μὴ ἐν.

L. 18. Turnebus & Auaratus εἰσαιόντες metri cauſa, quo verbo vſa eſt Sibylla pag. 172. cod. reg. ἀείσαντος: vnde fieri poteſt αἰὲν ἐόντος.

L. antepenult. idem cod. ἀντέχνως.

Pag. 164. 8. pro οἱ δ', ſcriptum reginæ exemplar refert ἠδ'.

l. 11. Similiter Hesiodus, θνῆσκον δ' ὡς ὕπνῳ δεδμημένοι. -- Sunt autem ista de ætatibus pleraque ex Hesiodo desumpta.

16. Turnebi liber, γνωστοὺς δ' οὐγίνωσκον, mox regius codex, δ' ἐπίβουλοι.

17. Auratus legit μεμορυσμένοι αἵματι φωτῶν, *sanguine humano contaminati*: quanquam recepta lectio non sit reijcienda.

18. Idem εἰς vel ἐπὶ δ' αὐτοὺς ἤλυθεν ἄτη ὑστάτη, *interitus vltimus superuenit illis*.

19. Reg. cod. καὶ βιότοιο δεινοὺς ἐξεῖλεν. & lin. 21. αὐτ' ἐκάλεσαν.

P. 167. 7. Auratus, τέχνας γε μὲν ἐξ. attamen supra quoque 164. οἴκους δὲ μὲν ἐξήσκησαν.

8. Turnebus annotat hanc lectionem, παντοίας εὑρόντες ἀμηχανίαις ἐπινοίας. Sed probè reg. codex, εὑρόντες ἀμηχανίας ἐπινοίαις. q. d. homines dum omnibus modis paupertatem & rerum penuriam à se depellere cogitant, varias artes inuenerũt, quo sensu Theognis dixit, μητέρ' ἀμηχανίην ἔλαβον τὰ δίκαια φιλοῦντες, *Matrem inopiam acceperunt, qui iusta amant.*

13. Reg. cod. μημηνότες ἐτεχνώοντο. at contra metri leges.

14. Idem ἀλφησῆρες: vt pote ab ἀλφέω. Hesiodus, τῇ μ' ἀνδράσιν ἀλφηστῇσιν. Ratio istius nominis quæ sequitur, potius Hesiodi aut alterius poetæ scholiasten, quàm Sibyllæ furorem arguit, in qua vbi priores editiones φασὶν habent, φρεσὶν reposuimus vestigia codicis Puteani secuti, φρεσὶν præ se ferentis. At Turnebus duplicem lectionem proponit, ὅτι οὐ φύσιν ἀκύμονα τοῦ νόου εἶχον: vel φύσιν. ὅτι εὐκύμονα τοῦ, &c. explicationem addit, ὅτι οὐδέποτε ἐν ἀμηχανίᾳ ἦσαν καὶ ταραχῇ. Nostra tamen prope à vera abesse videtur. Sed & sic legi poterit leui transpositione facta, ὅτι ἀκύμαντον νόον ἐν φρεσὶν εἶχον, quia in pectore sedatum, hoc est, præsentem, sibi constantem & solertem animum gerunt.

Sinesius, διὰ πάσης ἡλικίας ἵλεων καὶ ἀκύμαντον τῆς ψυχῆς ἐτήρησα τὴν διάθεσιν.

15. Regius cod. vt & priores editiones, ἄπληστον. Hesiodus tertiæ ætatis homines ἀπλάστους nominat inter alia epitheta.

l. 16. Auratus legit ἦσαν. ὁμῶς δ' ἔμολοντ' ὑπό.

l. 22. Exemplar reg. ἀνδροκτασίαι τ' ἀλεγειναί, *cædes miserandæ.*

Pag. 168. Scripti libri γὰρ οἱ. Turnebus γάρ τις. Auratus, γὰρ δή.

13. Regius codex, ποίησεν, οἷς οὐκ ἀγαθόν. Auratus, ποίησε, καὶ οὐ κάκιον.

14. pro ζεῦξεν scribendum est εὗρεν, vel θεὸς erit monosyllabum, vt annotauit Turnebus. Et in eodem versu ἐπονοῦντο stat fide scriptorum codicum, & sic erat pagina præcedenti. Impressi habent ἐπενοοῦντο. quod ita corrigit Turnebus, πολλὰ πένοντο.

16. Omnes μιαρῶς. fortè μιαροῖς.

22. Turnebi liber in ora habet, τὴν δ' αἶγ'.

24. In eodem ita scribitur hic versus, σοὶ δῶκ' ἐν ῥίζησιν ἀδιψήτοισι τεθηλός, vel τεθήλη. Alij legunt ἵν' pro τιν'. Vide pag. 175. & 248. vbi hic versus repetitur. Codex è regia bibliotheca leui correctione liquida omnia reddit, σοὶ δ' ὦκ' ἐκ ῥίζης γε ἀδιψήτοιο τεθηλὸς δουράτεον κέλομαι δῶμ' ἄφθιτον ἀσκήσασθαι. Sacræ literæ dicunt ποιήσεις τὴν κιβωτὸν ἐκ ξύλων ἀσήπτων, *Facies arcam ex lignis putredini non obnoxiis*, qualia sunt non sitientia, seu aquam non imbibentia.

P. 171. 2. V. cod. reg. μέτρα. Turnebus, καὶ μέτρα καὶ δὴ κόπον.

4. Vetus codex regiæ bibliothecæ, ἐγώ γε ὁ ὤν· σὺ δ'.

8. Huius ænigmatis quatruplicem explicationem afferam. Primus omnium Leo suauius in scholiis in librum Paracelsi de vita longa cap. 5. & in lib. de mysteriis nomen ἀρσενικὸν pulchrè congruere scribit: quia quatuor constat syllabis, quarum primæ tres binas continent li-

teras. quarta ternas, ita vt in vniuersum ſint nouem elementa. E quibus quatuor ſunt vocales, quinque mutæ: ρ, σ, υ, κ, υ. Numerus verò qui ſignificatur, ἑκατοντάδες δὶς, ὀκτὼ καὶ τρεῖς τρὶς δεκάδες, id eſt, bis centum & octies, atque ter tribus decadibus continetur: quod eſt nouies atque octies decem, quod eſt centum ſeptuaginta, vt totus numerus ſit ccclxx. Hic numerus exprimitur tantùm à quinque mutis, ſi eam quæ replicatur nempe υ. ſemel tantum ſumpſeris. Nam aſſumptis ρ, σ, υ, κ, tantundem conficitur apud Græcos. Quod verò ſubiungitur ϛὺν τ' ἑπλὰ, eſt repetitio prioris ſummæ. Nam T. ſignificat ccc. & ἑπλὰ (ſubaudi δεκάδες) lxx. Ita ille. Sed iſta ſolutio planè fanatica eſt. Altera eſt P. Morelli, qui vult nomen ἀνέκφωνος eo ænigmate ſignificari: continet enim numerum 1696. ita vt vnitas illi tantùm deſit. Totus enim numerus, ſi à centenariis ad denarios, à denariis ad ſimplices progreſſus fiat, continetur 1697. Nam primò ſunt bis octo centenarij, qui ſunt 1600: deinde ſunt ter tres decades, id eſt 90. Vltimò reſtant ſeptem monades ſeu vnitates, qui numeri collecti efficiunt 1697. Solutio hæc non abeſſet longè, modò Grammatici vocem illam tollerare vellent. Tertia eſt Ioannis Aurati. Is arbitratur denotari nomen θεὸς σωτὴρ, *Deus ſeruator*, quod etiam in acroſtichide infra habetur. Hoc continetur numerus 1792. & vt ænigma conueniat, pro σωὺ γ ἑπτα, legit ϛὺν διπλὰ, *vna duo*, vel ϛὺν δυσσὶν, *cum duobus*. Sed nec iſtud videtur quadrare, quia conſtat ex duabus vocibus, neque relinquitur textus intactus. Quarta eſt Iohannis Brentij, vt Hartungus in variis lectionibus refert. Iſte aliter colligit rationem numeri quàm ſuperiores, ita nimirum, vt ſint bis octo hecatontades, id eſt centuriæ ſedecim: ter tres decades, id eſt, nonaginta, & ter ſeptem, id eſt viginti vnum: ſumma tota 1711. Nam & ſeptenarium exiſtimat triplicandum. Hanc ſummam in ſe complectitur nomen φαοσ-

φόρος. Iſta ſolutio præfertur priori ab Ioach. Camerario, lib. 6. epiſtolarum. Sed dialectus qua φαοσφόρος pro φοσφόρος dicitur, non videtur Sibyllæ fuiſſe familiaris. Quærant alij, an aliud Dei nomen ænigmati huic melius congruat.

lin. 17. Turnebus emendarat in ſuo libro hic & pagina ſequenti ἀπλησόκοροι : non tamen (vt credo) improbato vulgari ἀπισόκοροι. Sunt autem ἀπισόκοροι, vt Auratus explicuit, *corde increduli*, quaſi ab ἄπιςος & κέαρ, vnde Latinorum cor deductum fiet. Ego rectius verti poſſe arbitror *progeniem ſiue germen incredulum*, & in ἄπιςος atque κόρος, quod Galeno, Heſichio, & Suidæ νέον βλάςημα, *nouellum germen* ſignificat reſolui. Atque pro hac interpretatione facit ſimilis dictio vſurpata lib. 8. pag. 376. ἀπισόφυλοι, *gens incredula*, ab ἄπιςος & φῦλον.

20. Auratus probat ἐξαπατᾶσθε.

23. Turnebus γῆν pro γαῖαν: ſed ſolet Sibylla diphthongum ante vocalem etiam in media dictione corripere.

Pag. 172. 2. Auratus ſcribit χρειςὸς, vt locus de Meſſia intelligatur. χρειςὸς enim antiquo more per ει, non per ι, ſcribi ſolitum indicio nobis eſt acroſtichis Sibyllina : verùm etiam χρηςὸν à nonnullis vocitatum fuiſſe docet Lactantius libro 4. cap. 7. *Chriſtus non proprium nomen eſt, ſed nuncupatio poteſtatis & regni : ſic enim Judæi reges ſuos appellabant. Sed exponenda eſt huius nominis ratio propter ignorantium errorem, qui eum immutata litera Chreſtum ſolent dicere*, &c.

3. Auratus legit πολλῶν, & verſu ſequenti ἵλεος vel ἵλαος.

Idem pro ἀνδρῶν vult ἄδρος, vel ἄρδην, *funditus*. At pag. 175. & 195. hoc verſu repetito ἀπειρέσιον ἀνθρώπων.

l. 12. Vetus codex bibliothecæ regiæ κακόντ' ἀθεμίστω-των.

l.13. Quid ſi legeremus ὅσιος βίοτος? nihil tamẽ muto.

16. Pede mutilum ſic curat Turnebus: πάλιν αὖτις ἀνίαχε vel πάλι τοῖσιν ἀνίαχε. Illud confirmatur ex codice regio αὖθις interſerente.

18. Hæc notat Turnebus αἰδῶ νῦν: quanquam bene eſt αἰδοίην.

19. ἁρπαγίμοι τε ſcribit Auratus: ἁρπαλέοι τε Turnebus, infra lib. 8. Vnde hęc fere ad verbum expreſſa ſunt, legitur ἀτασθαλοι τύραννοι pag. 376.

22. Idem Auratus rectius legi arbitratur εὑρεσιλόχοι, inſidiarum repertores. At infra loco iam dicto ψεύδεσι λόγοις δύσφημα χέοντες·

23. Reg. cod. ὀργὴν δέ: quod doctiſſimi viri ſæpe laudati Turnebus & Auratus quoque approbant.

24. Idem cod. expreſſè σαρδόνιον.

Pag. 175. 1. Lacer iſte cento è pluribus aliis locis eſt conſarcinatus. Primus verſus eſt ex initio lib. 7. pag. 348. ſequentes quinque è lib. 3. pagin. 248. ſeptimus è lib. 2. pag. 195. vndecimus cum proximis aliquot iterum è ſeptimi initio. E dictorum locorum collatione diſcrimen ſingulorum lector diſcet, nunc varietatem è Turnebi libro & Aurati lectionibus indicabo verſu 2. καμνίσιν vel καμνίζη. v. 3. ἀέναον, ῥίζης ἴνι, vel ῥίζης τ' ἐν ἀδίψ. v. 4. αὐτό τρέμνοι αἴσοι ἴη δ' ἐν (vel ἴη κἄν) νυκτὶ φλύοισθε, vel φλύησθε. v. 5. αὐ-πάνδρους τε πόλεις.

l. 11. Hic cum ſequentibus aliquot legitur initio lib. 7.

Pag. 176. 1. Regium exemplar, τοῖσι δ' ἐνί.

6. Turnebus ἤσαν θ'. Auratus hoc intacto extremum verſus verbum mutat in βῆσαι.

8. εἰς πλάσιν. vetus reginæ codex, εἰς πλάγος. Auratus priores edit. εἰς πλάγιον. At hic expreſſimus emendationẽ Turnebi.

14. Auratus legit duplici λλ. ἐλλύοντο. malim ego ἐξε-λύοντο. Nox manſ. reg. αἰσιγομένων At Turn. αἰσωγομέναι

ἐκ κατ'.& Auratus ſimiliter in ſequ.verſu,ἔκτε μυχῶν.

18.Reg.codex,δ' αὐτὰρ τ' ἐπινήχεται.

25.Idem βουλὴν ἰδὲ νηρέως ἄδδω.Turnebus, βυλῆσιν ἔδυ δὲ τε νηρέος ἄδδω, vel ἄδης, ἄχνη,οἶδμα, ὕδωρ.Auratus ſic interpretatur, *In animum Noe induxit, vt ſpectaret Deo ſuggerente, ſubſederat autem Nereus,pontus,i.copia aquarum funditus.*

P.179.1.vet. cod τείχυ,forte τείχοις.

4. Auratus legit μορῶν μόρον, *ſortitus mortem.* ſed nihil mutandum erit,ſi μόρεν pro ἔμμορεν accipiatur. Contigit vt Noe vndique mortem præ oculis videret.

7.vet.cod.πότε δ᾽ιελῶν. vnde Turnebus facit,πότε δεί ελον, vel αἰόλον.

10.ſcribe πλίζω. e cod. reg. & verſu ſequente εἴποτε. Auratus,εἰ πόθι γαῖα φαίνετ᾽ ἐπιστερεὴ,id eſt, ἐπιφαίνεται στερεὴ,*ſicubi terra ſolida appareat.* In præcedenti verſu notat Turnebus ὄφρα γνῶ καὶ ἐνὶ.

19. δέ τε deeſt in cod. reg. Auratus pro eo ſubſtituit πότε.

22. Reg. cod. τάχος ὑπεξέπεμψεν. Turnebus, ὡς τάχος ἔξω πέμπεν,ὁ δέ.

P.180.1.ἐπέμεινε. Auratus,*in illa ſubſtitit.*Editiones cæteræ & libri ſcripti ἀπέμεινε,*emanſit.*

Hic verſus compoſitus eſt ad imitationem alterius infra lib.3.ἀρχαίης φρυγίης πολυδακρύτοιο κελαινῆς.

10. Saluat metrum Auratus hac ſcriptura μαρσύο pro μαρσυάο: Turneb. deleto,epitheto μεγάλυ legit μαρσύυ ἐκπεφύασι, vel ἐμπεφύασι. reg.cod.habet πεφύκασι.

14.Auratus ſubſtituit πεφιλημένε.& ſeq.verſu σωῦ τε δαμ. priores edit.τε καὶ. cod. reg.καί τε. Turneb. ἠδέ.

21. Cod. reg. αἷς ἀποθαρσήσας ἀπὸ γῆς. Turnebus & Auratus ἦλθ' ἀποθαρσήσας ἐπὶ γῆς, *exſiliit in terram confidentior factus*: vel ἧς ἀπεθάρσησεν, &c. vel ἀποθαρσήσας ἀπέβη. Ita quidem viri doctiſſimi emendarunt, qui videbant verbum deſiderari : at non vnicum ſolum ver-

bum, ſed integer verſus deerat, qui ex duobus condici-bus ſcriptis reginæ & F. Pithœi in hanc editionem nunc receptus eſt.

Pag.182.2.*Vicenos cum bis & vnum compleſſet ſoles in vndis* In arca fuit per annum Noe, vt tradit Moſes: ſed quadraginta dies compleuit in aquis: Totidem enim dies pluiſſe idem Moſes tradit. Nec refert quod Sibylla addit vnum ad quadraginta. Moſes enim ſecutus eſt numerum quadratum: ſicuti cùm apud eũdem dicit Abrahamus, ante conceptum Iſaacum ſe centenarium eſſe, cùm eſſet vno anno minus, ſed iudicent alij. Hæc annotarat olim Caſtalio.

Pag. 183. 4. Veteres editiones & codices, ἐνθ' ἄκοιτις noſtra emendatio non longé ſecedit. Turnebus probat ἔνθα βροτοῖς, Auratus ἐνθάδε τις.

Cod. reg. μεμεληνμένα. Auratus πεφιλημένη ἦεν.

10. Turnebus annotat hanc lectionem, κλυδωνισθεῖσα πόσει σὺν καὶ δαέρεσσιν.

11. Auratus, ὁμονύμφοις αἰνὰ παθοῦσα, *grauia paſſa.*

12 Manuſcript. reg. ἄρτι δὲ ἐν νήσω πολυπ. Auratus legit. αὖθι δ' ἐπανθῆσαν ἔσαι πολ. ſed rectius fuerit, ἄρτι δὲ αἰνήσω Ιεσσαὶ πολυποίκιλον ἄνθος: *Nunc verò prædicabo admodum variegatum florem Ieſſe.* vt auctor huius libri more ſuo biblicam hiſtoriam exprimens ad Pſalm. xliv. & Eſayæ cap. iv. reſpexerit. Id quod volo explicauit Lactantius lib. 4. cap. 13. his verbis: *E Dauidis domo Chriſtum generatum iri ſecundum carnem, & ipſe Dauid, & aliæ Prophetæ annunciauerunt. Apud Eſayam ita ſcriptum eſt, Et erit in illa die radix Ieſſe, & qui exurget principari in nationes, in eum gentes ſperabunt, & erit requies eius in honore. Et alio loco: Exiet virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus Dei, ſpritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & requieſcet ſuper eum ſpiritus timoris Dei. Ieſſe autem fuit pater*

Dauid, ex cuius radice aſcenſurum eſſe florem prælocutus eſt, eum ſcilicet, de quo Sibylla dicit:

αἰθήσει δ' ἄνθος καθαρόν.

Legitur autem hic locus in principio libri ſexti, infra.

13. Ita legitur hic verſus in vtroque codice ſcripto, niſi quod χρόνος ſcribitur. Turnebus emendat, ἐν συκῇ σῦκοι δὲ χρόνος βασιλήϊον ἀρχὴν σκηπτροφόρος δ' ἕξει. Auratus, ἐν συκῇ συκῆ. μεσάτῳ δὲ χρόνῳ βασιλείαν σκηπτροφόρον δέχεται. vel μέσατος δὲ χρόνος βασιλῆος σκῆπτρ. Vt prius membrum de vbertate frugum intelligatur, quemadmodum in quodam Ariſtotelis dicto, ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκειν, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ: poſterius de regali imperio Chriſti. Ranconetus, quemadmodum & Caſtalio, duos mutilos verſus in vnum æquè mancum coiuiſſe arbitrantur: quibus vt lubens aſſentior, ita illorum coniecturas non improbo: quanquam leuiori mutatione legi poſſit, μεσάτει δὲ Κρόνος βασιλήϊον ἀρχὴν, σκηπτροφόρον θ' ἕξει; inuſitata quidem Grammaticis verbi conſtructione & ſignificatione: ſed Sibyllino furori condonanda, vt de regni diuiſione inter Saturnum, Titanem & Iapetum facta, atque eorumdem de imperij principatu tandem Saturno communi Deorum ſententia delato contentione verba iſta accipiantur. De illis tribus enim potius locum explicuerim ex hiſtoria infra pag. 224. copioſè deſcripta, quam, vt Turnebus annotat, vel de Ioue, Plutone, & Neptuno: vel de Noë filiis, quorum religio & regnum ad Chriſtum viguit: vel denique de tribus regnis Aſſyriorum, Perſarum, & Macedonum: niſi quis malit de tribus illis interpretati, qui poſt Adrianum Imperatorem ἀργυρόκρανον ſiue πολιόκρανον regnaturi dicuntur pagina 304. & 367.

15. Auratus corrigit μοίρας διαμοιφήσονται, *patientur*. Recepta lectio posset ita explicari, quod ipsas parcas læsuri, sublaturi, siue victuri sint, vt diutius imperio præsint.

19. Idem πολλῇ σὺν pro πολλοῖσι; & versu proximo Turnebus, οἱ δὲ πότ' εὐθαυτῆρες ἀγήεροι, vel τόθ' ἡγητῆρες, &c. Et mox, νόσφιν ἢ νόσων.

22. Auratus θνήξονθ' ὥς ὕπνῳ, quemadmodum Hesiodus θνῆσκονδ' ὡς ὕπνῳ δεδμημένοι. Et statim ἐς δὴ ἀχερόντα, ex notis Turnebi.

24. Manscr. reg. μακάρων παῖδες ἦσαν.

Pag. 184. 1. Sabaoth nomen Hebræum est, & significat exercitus. Vocatur autem Deus exercituum, quasi tu dicas, armipotens, aut bellipotens: quòd omnibus (quæ vsquam sunt) rebus tanquam militibus vtatur. Hæc Castalio.

6. Turnebus, ὅμοιον δὲ τύποις. ver. seq. cod. reg. φυὴν. Auratus φυῆς.

18. Codex idem, καὶ εἰς ἄλαβεν θεα.

19. Turnebus & Auratus τεαχέσιν ἀτῆς, *portubus asperis littoris*. Sed videtur eadem libertate τεαχέσιν ἀκταῖς dixisse quâ ῥηχίες ὄχθαι lib-3. pag. 279.

21. Cod. reg. δὴ τότε τοῦ μεγάλ.

23. Hoc ænigmate significat nomen Ιησοῦς seruatoris nostri, quod constat ex quatuor vocalibus literis, & duabus consonantibus: quæ literæ in lingua Græca efficiunt 888. nam

ι	valet	10
η		8
σ		200
ο		7
υ		400
ς		200

quorum ratio colligit 888.

Vocat autem ἄφωνα consonantes, literis in φωνήεντα & ἄφωνα diuisis. Quod autem verto, *Non vocales duas*, in

Græco eſt in fine verſus, τὰ δ' ἄφωνα ὂν αὐτῷ. Sed neque verſus ratio conſtat, neque ſententia. Itaque vbi eſt ὂν legendum eſt δύ. in qua ſanè facilis fuit lapſus, quod inferior pars literæ δέλτα, ſuperiore auulſa, figuram habet literæ ο: ſuperior item, aſperi ſpiritus: media pars autem literæ, quia graciliori tractu calami exaratur, facile potuit exoleſcere. Litera autem νῦ, qualis in fine ſcribi ſolet ν, facile ex υ facta eſt, ſubiecta infra partem priorem linea, & deleta apoſtrophe, quæ ſequebatur. Sed quid ſit *binum geniorum*. Neque ſatis intelligo, neque verſus ſatis conſtat, niſi ἀγγέλων dicimus penultima longa, qua licentia vſus eſt Homerus in μέλος & ἐλώεια. Quod ſi eſt, ſignificat Sibylla duos eſſe genios, quorum nomen à litera σῖγμα incipiat, quorum vnum alicubi nominat ipſa Sanielem: alter qui ſit, non video. Sed nihil hic affirmo. Ita Caſtalio. Regij codicis ſcriptura eſt, φέρων τὰ δ' ἄφωνα ὄντα ἐν αὐτῷ δισσόντ' ἀγγέλῳ. Puteani verò, τὰ δὲ ἄφωνα ὂν αὐτῷ δισσῶν ἀγγέλλων ἀριθμὸν, &c. Turnebus ſequitur cuſam lectionem, niſi quod δισσῶν ἀγγελιῶν ſcribit, quod interpretatur *duarum ſyllabarum*, quod ſcilicet vox Ieſus duabus conſtet ſyllabis. Ranconetus verò legit, τὸ δ' ἄφωνον ἐν αὐτῷ δισσόν: ἀπαγγέλλων ἀριθμὸν δ' ὅλον ἐξονομήνω. Eſt enim conſonans vnica in ea dictione, nempe σ. ſed duplex, hoc eſt bis poſita. Quam verò numeri ſummam efficiant illius dictionis literæ, nominatim enunciando deſignat. Aurati lectio quam proxime videtur accedere: τὸ δὲ ἄφονων ἐν αὐτῷ, διπλόντ', ἀγγέλλοι; *Vnica eſt illi muta, ſed bis ſonans*. Quemadmodum autem Chriſti nomen continet, numerum octo millium, octingentorum, octoginta octo, ſic Antichriſti numerus in Apocalypſi Ioannis cap. 13. eſt ſexcentorum ſexaginta ſex.

Pag. 187. Regium exemplar, δεκάδας δ' ἐπὶ ταύταις.

10. Idem ἥξῃ & βοήσῃ, & verſu 13. ὅλως πάρος ἐκδ.

20. In Turnebi notis eſt, ἀταρπιτὸν ὄντ' ἐνὶ φωτὶ, vel ἐν φάει ὄντα. Regius codex καὶ ἀτραπὸν ἐν φάει

κοινῷ.bene, ſi φαὶ ſcribas.

23.Reg.cod. νοσερὸς τε ἰήσεται: & proxime, πίστιν τ' ἐν ποιήσονται. ſed infra pag.220 ſcribitur ἐν ἐποιήσαντο. aliqui legunt ἐνὶ ποιήσαντο.

P. 188.1. Regius codex βλέψουσι δέ γε τυφλοί.

6. Idem, θρέψῃ χιλιάδας πέντε. Sunt autem hæc omnia è libro 8.deſumpta atque pauliſper immutata.

7. Turnebus notat pro εἰς παρθένον ἁγνὴν, legi poſſe δημήτερος ἁγνῆς, vel τῆς παρθένου ἁγνῆς, vel quos virgo fert, vel ferre ſolet, vel de matre Chriſti dicit, ad quam referantur, vel Eccleſiam. Poſt ſeptimum verſum inſeruntur hæc in reg.cod. εἶτα πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἐπάγει ἡ ἐρυθραία τὰ περὶ τῆς ἐκμανοῦς καὶ ἀσυγγνώστου τῶν κυριοκτόνων τόλμης καὶ τῆς διὰ τοῦτο γεγενημένης κινήσεως τοῦδε τοῦ παντὸς, καὶ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναβιώσεως λέγουσα τάδε, id eſt: *Dictis ſubiungit Erythræa, deinde de inſana & inexpiabili audacia Iudæorum dominum interficientium, ſecutisque ideo motibus totius mundi. & de mortuorum reſuſcitatione, ita inquiens.*

9. Inſolenter & nouè αὐδήσει pro *audiet*: Auratus ſufficit εἰσαΐει. Turnebus, οὐδὲ μὴ αὖθ' ἀΐσει vel εἰσαΐσει, vel ἐνθήσει.

18. Regius codex τυφλότερ' ἀσφαλάκων: & ſequenti, ἰοβόλων τε βαρεῖ. deinde 21.verſ. οἱ δέ γε πολ.

P.191.4. Regium exemplar τύπον, ſed placet ὕπνον, vt intelligat mortem Chriſti ſolum ſomnum fuiſſe.

6. διάδημα, *regnum*, inquit Turnebus.

8. Mutat caſum Turnebus καθοδηγηθέντων. ſed mutatione non eſt opus, cum ad βλαστὸς collectiuum nomen referri poſſit καθοδηγηθέντες, ſicut infra pagin. 231. ἔθνος θεοῦ καρτερὸν, οἱ πάντεσσι βροτοῖσι βίου καθοδηγοὶ ἔσονται. Innuit autem vtrobique Chriſtianos, quibus hoc nomen Antiochiæ primum, vt eſt in actis Apoſtolorum, inditum eſt.

9. ad Σόλοι notat has diuerſitates Turnebus, ἄλλοις, πόλοι, vel Ξόλοι gentiles, vel σόοι, vel Σόλοις, id eſt

Solymis

Solymis. Regius codex habet σόφοι. Sed placet σόλοι. Ait enim fore, vt Hierosolyma aliquando inter Christianos caput sit & familiam ducat. Sequentia concinnata sunt ex iis quæ leguntur pag.231.pæne similia.

18. Turnebus καβληθεὶς γε πεσεῖται. Pithœi exemplar καππεσεῖται; regium καππεσῆται, item ἐλάσωνται, & mox αἶραν.

IN LIBRVM II.

Pagin. 192. Ranconetus & Castalio hic inchoant librum secundum. Editio quæ anno xlv. prodiit, & duo scripta exemplaria absque libri distinctione sequentia cum præcedentibus continuant argumento solum rei tractatæ proposito: in vet. edit. & Pithœi codice, illo quod hic legitur; in regio vero, isto: ὡσαύτως καὶ τοὺς πολυθεΐαν γονοῦντας (forte γονεύοντας) ἐλέγχει, τοὺς τε ἀδίκους καὶ ἁμαρτωλούς. καὶ συμβασιλεύει (lego συμβουλεύει) ὡς συγγενὰς, τὸν ἕνα καὶ μόνον σέβειν τὸν θεὸν εἶτα παροιμιάζει τὴν ἄθλησιν τῶν ἁγίων· καὶ τελευταῖον περὶ τοῦ φρικτοῦ τοῦ βήματος σωτῆρος ἡμῶν φησὶ λέγουσα τάδε. *Similiter tam eos qui multitudinem deorum producunt, quam iniustos & peccatores reprehendit: & hortatur tanquam cognatos ad vnius & solius Dei cultum: deinde prouerbio de sanctorum certamine loquitur: postremo de horrendo tribunali seruatoris nostri sermonem facit, hæc dicens.* Theophilus huius libri argumentum indicauit lib. 2. πλὴν (inquit) σίβυλλα καὶ οἱ λοιποὶ προφῆται, ἀλλὰ μὴν καὶ οἱ ποιηταὶ καὶ φιλόσοφοι, καὶ δεδηλώκασιν περὶ δικαιοσύνης, καὶ κρίσεως, καὶ κολάσεως, ἔτι μὴν καὶ περὶ προνοίας.

9. Regium exemplar habet κεύθετο, *occultabat, claudebat*, pro ἔνθετο: & versu seq. πᾶν δὲ δέμας πληχθεῖσα τάδ' ἔσσομαι, *corpore toto stupens atque perculsa hæc eloquor.* Idem probat Turnebus.

12. Claudicat versus iste. Suffulcit eum Turnebus addita voce κεραυνοὶ post ἀστεροπαί τε. Codex reg. præ-

fert ἀστεροπαὶ καὶ γῆς ἐρυσίβη σεισμοί. recte, ſi ita colloces, ἀστεροπαὶ, σεισμοὶ γῆς, καὶ ἐρυσίβη, *fulgura terræ motus, & rubigo*, in roſcido tractu conuallibuſque frequentiſſima, iuxta Plinium.

14. pro ἢ καὶ βοῶν μυκωμένων, reponit Turnebus τῇ βοῶν δέ τε μυκομενάων. Mox eſt in reg. cod. οἰῶν.

Pag. 195. 2. In eodem ſcribitur δαιόμενος, & verſu proximo αἱματόεσσαι ἀπ' οὐρανοῦ. Turnebus corrigit οὐρανοῦ ἔρσαι ἔσονται, *ros è cælo cadet cruentus*: aitque videri vnũ verſum abeſſe. Simile quid legitur apud Heſiodum de cælo caſtrato; ὅσσαι γὰρ ῥαθάμιγγες ἀπέσσυθεν αἱματόεσσαι.

8. Idem ſignificauit portentum bouis, Iulio Cæſare interfecto, in ſuburbano Romæ ad arantem locuti, fruſtra ſe vrgeri. Non enim frumenta, ſed homines breui defuturos.

9. In eod. cod. ſcribitur καπίδοι: & verſu 19. λαμπρῶς πάμφ.

20. Fortè ſcribendum erit, τὸ ἀργύριον, propter metrum.

21. In regio cod. habetur καὶ πότε γὰρ μέγας αἰὼν εἰσελ. Turnebus ita reſtituit locum, καὶ πότε δὴ μέγας αὖτις ἀγὼν εἰσελαστικός. Quæ autem ſint certamina εἰσελαστικὰ, explicuit idem ille in Aduerſ. lib. 1. cap. xix. Vide quoque Plinij epiſt. 119. lib. 10. vbi meminit agonis iſelaſtici à Traiano facti.

22. Carminis hiatum explet reg. cod. οὐρανιὸν γ.

Pag. 196. 1. Caſtalio deceptus praua lectione εὖ γὰρ ἀναιδῶς, &c. vertit, *Nam ritè licebit cuilibet argenti claram petere inde coronam*. Chriſtiani namque certaminis præmium non eſt corona argentea: ſed hoc ait Sibylla, in iſto certamine non licebit pecunia emere coronam, vel agonothetas muneribus corrumpere, quemadmodum in olympicis, Pythicis, & cæteris eiuſmodi publicis ludis & certaminibus Iſelaſticis factitatum legimus, id quod acutè animaduerſum eſt à Turnebo οὐ in εὖ mutante. Cui plane adſtipulatur regij codicis ſcriptura, vulgari

emendatior, οὐ γὰρ ἀναιδῶς ἀργυρίου τις. *Non enim impudenter aliquis argento*, &c. Atque huc vſque tantùm magnus ille Turnebus Sibyllina emendauit.

5. Inuerſo ordine rectius legetur, ἀθάνατον, καὶ ἀχεῖ.

7. Reg. codex habet δώσει τοῦτ' ἄθλου. & verſu 9. ζώουσι θεὸν δ'.

12. Scribe, vt in prioribus editionibus, θεοῦ χαρίσμα. Similis huic eſt verſus iſte Phocylidis, πνεῦμα γάρ ἐστι θεοῦ, χρῆσις θνητοῖσι καὶ εἰκών.

13. Omnia exemplaria habent τὴν ἄλγεσι πᾶσι μιαίνειν. pro quo dixit Phocylides μήτ' αἵματι χεῖρα μιαίνειν. Atque hic in regio exemplari interpoſiti erant verſus nonaginta tres, plerique ex Phocylide tranſcripti, vel, vt Suidas vult, è Sibyllinis à Phocylide ſurrepti: quos quia hic ſecundus liber, cùm exemplar illud è regia bibliotheca impetraſſemus, excuſus iam non amplius admitteret, in calcem infra pag. 404. reiecimus.

18. Pro διελεύσονται in reg. cod. eſt εἰσέλθωσι. ſi enim animaduertis, auctor horum verſuum vbique reſpicit ad morem certaminum Iſelaſticorum.

Pa. 199. 2. Regius codex refert, γοητέας, ἐν φάρεσι σάρκας ἐνθέντες θάψουσιν. ſenſu non incommodo: & mox expreſſè, πεφυρμένοι ὦ, &c. κακοεργέες. Puteanum quoque exemplar agnoſcit γοητέας.

6. Prætermiſerat hæc in ſua verſione Caſtalio. Ego vt potui, locum corruptum Latinè expreſſi, antequam exemplar regium ſuppeteret. At in tenebris me micaſſe video, quas feliciter ex illo codice nunc diſcutere licet, ſic præ ſe ferente: οὐδὲ νοοῦντες ὅθ' ἡνίκα φῦλα γυναικῶν. Μὴ τίκτωσιν, ἔφυτ' τὸ θέρος μερόπων ἀνθρώπων. Μηδὲ συναίρεσις ἐγγύς, ὅταν τινες, &c. *Non intelligentes quod quando ſexus mulierum non amplius pariet, tum meßis ſiue interitus hominum adſit, neque vnio & doctrinæ conſenſus prope ſit, quando impoſtores in verorum vatum atque doctorum locum irrepent.* Arbitror enim illud συναίρεσις de animorum idem ſentientium & volentium coalitu atque coniunctione

explicari debere, quemadmodum oppoſitum illi διαίρεσις de animorum diſtractione & ſectarum varietate. θέρος verò in ea ſignificatione qua expoſui, occurrit pag.191. κακὸν θέρος ἀμήσονται. Videtur Sibylla in hoc loco reſpexiſſe ad colloquium Chriſti & Salomes, quod ait Clemens in euangelio Ægyptiorum ſcriptum eſſe. Interroganti Salome, quando venturum eſſet regnum Dei, reſpondet Chriſtus, *cùm ceſſabit opus mulieris.*

10. Cod. reg. βελίαρθ' ἥξει; & verſu proximo, τόδε δὴ ὁσίων ἀκαταστασίη ἀνδρῶν.

15. Ramus iſte Aſſyrius eſt Nabuchodonoſor, qui Iudæos, ſubacta eorum regione, & templo Hieroſolymitano incenſo, in Aſſyriam tranſtulit: atque hæc captiuitas eſt Babylonica, de qua apertius infra 236.

21. Scriptus codex vterque σκεπάσει; ſed probior videtur recepta ſcriptura.

P. 200. 3. In regio ſcribitur ἥξει γὰρ ἡ νοῦς, &c. rectius quàm in Pith. ἠῶνος. Quis non videt hæc è Lucæ cap 12. & Marci 13. quemadmodum & ſequentia ex Matthæi cap. 24. & Lucæ 21. palam deſumpta eſſe?

14. Regium exemp. habet ἀθρήσουσιν, quod Caſtalio expreſſit. ἀθροίσουσιν ſi retineamus, interpretabimur de frugum in agris collectione.

V. 22. infra pag. 391. legitur εἰς ἓν πῦρ ῥήξουσι.

V. 23. Rectè reg. cod. θαλάσσῃ, q. d. in mare incident. infra tamen pag. 391. legitur φωστήρων.

24. Repetitur hic verſus pag. iam dicta, dictionum ordine ſaltem mutato.

P. 203. 2. Vtrumque exemplar ſcripti χηρεύσει στοιχεῖα πρόπαντα τὰ κόσμου. Similia hiſce leges infra pag. 223. & 391.

4. Reg. exempl. δὴ ἠέρος. Sic inf. pag. 391. in hoc eodem verſu repetito ἐπ' ἀέρος. Et placet quod illic legitur εὔπτεροι pro ἄπλετοι. Confert locum hunc cum illo, videbis alterũ ex altero deſumptum.

11. Verſus iſte ita conceptus eſt in regio codice, ἥξουσι

μιχαὴλ τε Γαβριὴλ, Ραφαὴλ τ' Οὐριήλ.

16. Deest hic totus in eodem codice. De resurrectione mortuorum iterum nonnulla sunt infra pag. 299.

18. In regio exemplari inuenio ἐπουράνιος θεὸς, ὀστέα θ' ἁρμ.

19. Pro hoc & sequenti ita scribitur in eodem, ἁρμοῖς παντοίοις, σαρξὶν δέ τε πάσαις σάρκες, νεύρησι νεῦρα τε καί τε φλέβεσιν ἁπάσαις αἷμα δέρμα δέ γ' ἐν χθονὶ αἱ πρὶν αἴθειραι εἰσαῦθις φύσουσιν. Lector videat quid ex his corruptis elicere possit.

22. Pro μίαν ἡμ. ἀνσ. idem habet ἐνὶ ἤματ' ἀναστήσονται, & mox vterque codex ἀχαλκεύτου.

Pagina 204. 3. Pagina 184. epitheton est χαμαιγενέων, quemadmodum etiam apud Hesiodum in Theogonia.

10. Huius periodi apodosis, si regio codici fidimus, est in primo versu pag. 207. Ideo omnia quæ hic sequuntur verba, in subiunctiuo modo exhibentur: vt καθίση, πήξῃ, ἥξῃ, καθίσῃ, ἥξῃ, & iterum ἥξῃ, ὀλέσῃ, πίωσιν ἀπὸ βιότῳ, &c.

11. Pith. exempl. Ἀδωναῖος: regium Σαβαὼθ τε Ἀδωναΐ, forma Hebraica.

12. Reg. exemplar οὐράνιόν γε, & versu 15. μεγάλῳ. vers. 19. Ἰησοῦς.

Pag. 207. 11. πιστολέτας dicit, quos alia Sibylla πιστοπορθεῖς pag. 376. Sunt autem pleraque ista ex libro viij. pag. dicta, & lib. 1. pag. 172. Ex Phocylide item & Hesiodo corrasa. Porro in reg. cod. est τῶν ἁγίων τε φθισήνορες.

13. In eodem legitur διάκονοι, & versu sequenti, αἰδόμενοί γε, κρίσιν τ' ἀδίκως, &c. Præceptum est Phocylidis, ἀδίκως μὴ κρῖνε πρόσωπον.

14. Regius codex aliter quàm vulgò refert, ψευδαπάταις φήμησι πεπεισμένοι, πλαζόμενοί τε. In Puteano cod. deest αὐτὰρ ἐόντες.

19. Scribe χαίρησι ex exemplari reg. Vt autem paulo poſt ἰδίων ἀπὸ μόχθων dicitur, ſic apud Phocylidem μόχθων ὡς ἐξ ἰδίων. Quatuor qui ſequuntur verſus de impietate parentes, congruunt cum hiſce Heſiodi:

> αἶψα δὲ γηράσκοντας ἀτιμήσουσι τοκῆας.
> μέμψονται δ' ἄρα τοὺς χαλεποῖς βάζοντ' ἔπεεσι
> σχέτλιοι, οὐδὲ θεῶν ὄπιν εἰδότες. οὐδέ μὲν οἵγε
> γηράντεσσι τοκεῦσιν ἀπὸ θρεπτήρια δοῖεν.

Et iterum.

> ὅστε γονῆα γέροντα κακῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ
> Νεικείῃ, χαλεποῖσι καθαπτόμενος ἔπεεσι, &c.

Pag. 208. 2. Reg. cod. δεσποτύων. forte ſcriptum erat δεσποτάων. & verſu proximo ἀσελγείαις μιάναντες, ἠδ' ὑπο. Iubet etiam Phocylides παρθενίην τηρεῖν, πίστιν δ' ἐν πᾶσι φυλάσσειν. Vetuit autem partus enecationem, & proiectionem.

> μηδὲ γυνὴ φθείρῃ βρέφος ἔμβρυον ἔνδοθι γαστρὸς,
> μηδὲ τεκοῦσα κυσὶ ῥίψῃ, καὶ γυψὶν ἔλωρα.

Id enim eſt quod Sibylla dicit τοκετοὺς ῥίπτουσιν ἀθέσμως.

7. Ne hoc quidem de veneficiis præteriit Phocylides cùm præciperet, φάρμακα μὴ τεύχειν, μαγικῶν βίβλων ἀπέχεσθαι. Vide iterum pag. 235.

9. De iſta ignis columna lege ſup. pag. 204. & infra 351.

15. Vnica dictione ſcribitur in Puteano cod. ὑποταρταρείοισι.

19. In reg. cod. ſcriptum eſt καθέρξει αὐτοὺς, ὅτ' ἄρα, &c. Muta καθέρξει in καθείρξει, & hæc erit ſententia: Ignea rota impios multis pœnarum generibus excruciatos circumiẽs concluſos tenebit, eo quod multa iniqua perpetrarunt facinora.

22. In eodem cod. ſcribitur νηπιόεντα, pro δακρυόεντα.

Pag. 211. 4. In eodem iterum δαιόμενοι, vt habuerat pag. 195. vbi hoc acroſtichium repetitur.

5. Sequentes ſeptem verſus plane mutuatus eſt auctor è lib. 8. pag.391. niſi quod primum aliquantulum immutauit. Secundum quis non videt conuenire cum illo Apoc. cap. 9. ἐπιθυμήσουσιν ἀποθανεῖν, καὶ φεύξεται ὁ θάνατος ἀπ' αὐτῶν. Tertium corrige, & ſcribe, aut vt infra eſt τ' αὐτοὺς, aut τούτους.

17. Iſta quoque concinnata ſunt è lib.8.pag.379.

19. Illic item eſt οὐδὲ μεριζομένη, quo pacto & ſupra fuerat pag.195.

21. In ſcripto reginæ cod.reperies κοινῇ δ' pro κοινῶς.

22. Libenter legerem ἢ αὔελον ἔσαι. Sic enim infra habemus pag.396.ex qua & 223.paginis hi verſus ſunt tranſlati.

Pag.212.2. Mallem nominatiuos pro accuſatiuis, γάμος θάνατος, πράσεις, ἀγορασμοὶ, δύσις, ἀντολίη.

6. Pro καὶ ἀθανάτων habet regius codex μακραιώνων τ', id eſt, *diuturnorum, ſiue aliquot ſæcula durantium.* Et hæc lectio magis congrua eſt propoſito Sibyllæ, quàm vulgata. Vaticinatur enim illa ſiue illius æmulus, fore vt impij gehennæ ſupplicio addicti poſt certi temporis metas & peccatorum per dolores expiationem, ex pœnis liberentur. Quæ ſententia fuit Origenis, ipſum etiam diabolum atque angelos eius ex illis cruciatibus eruendos, atque ſanctis angelis ſociandos credentis. Sed miſericordiam iſtam nonnullorum Eccleſia reprobauit D. Auguſtino teſte lib. 21. de ciuit. Dei cap. 17. Atque huc ſpectant illa quæ in regio codice poſt vltimum huius paginæ verſum ſcripta reperi. Quæ vti erant mutila, huc adſcribenda duxi, vt inde lectores colligant quid de horum oraculorum auctore iudicandum ſit. Ea itaque ſic habent:

Ἀντίρρησις εἰς τὸ τοῖς καὶ ὁ παντοκράτωρ,
ψεύδη περιφανῶς. οὐ γὰρ λήξει ποτὲ
τὸ πῦρ κολάζον τοὺς κατακεκριμένους.
κ' ἀγὼ γὰρ ἂν εὔξαιμι τοῦθ' οὕτως ἔχειν
οὐ λαῖς μεγίσταις σφαλμάτων ἐστιγμένοι

αἱ μείζονος χρήζουσι φιλανθρωπίας.
ἀλλ' αἰσχυνέ θεοφληναφῶν ὡεληγύης
πέρας γίνεσθαι τ κολάσεων λέγων.

13. Hæc clauſula eſt ad imitationem alterius pag. 360. expreſſa.

18. Quod ora habet σὺ δὲ, agnoſcit etiam vetus reginæ codex. Idem refert πρήξασάν τε.

20. Puteanus codex, ἤδεε δ' ἐγὼ. at regius, ἰδὲ ἐγὼ : & ſtatim παῦσαί με ἀοιδῆς.

21. Veteres editiones μανουδόντα. Caſtalio obeliſco notauit, & margini appoſuit αὐτομέδον aut ὑψιμέδον : ſed fruſtra. Puteanum exemplar μανόνδοτα. vnde effeci μαννοδότα, id eſt, *mannæ dator*. Regius codex vnico ν ſcribit μανοδότα, quemadmodum ſimplex pag. 360. μάννην τὴν δροσερὴν; Epitheton eſt Deo conuenientiſſimum : tum quia olim in deſerto cælitus mannam ſiue (vt Pſalmiſta loquitur) panem angelorum præbuit, tum quia hodie etiamnum mannam veram, ipſum corpus (inquam) & ſanguinem Chriſti, nobis communicat in ſacra Euchariſtia ; cuius cibus ille cælitus deſcendens typus erat. Eaque de cauſa appellabatur manna, quod Græcis ſignificat τί τοῦτο (Suida teſte) Latinis *quid hoc*. Rei enim veritas ſub illa figura in veteri teſtamento adumbrata fuit: at in nouo eum vmbra ſit ſublata, & rē ipſam teneamus, non vt Iudæi quærimus *quid hoc*, ſed fidenter aſſeueramus, & interrogantibus reſpondemus : *Hoc eſt corpus meum*.

Pag. 215. 1. Pro hoc lemmate ſcripta erat cenſura, quā modò appoſui, in regio codice : qui hinc tertium librum inchoat, hoc titulo λόγος τρίτος ; quam librorum diſtinctionem etiam Ranconetus ſequutus eſt.

8. In eodem cod. eſt μάστιξι, & verſu ſequen. ἐξαγγέλλειν πᾶσιν ; ἀτάρ.

11. Sequentia ſi non ad imitationem proœmij ex Theophilo ſupra poſiti facta ſunt, ſaltem non multùm diſſident quà res, quà verba.

lin. 18. Placet ſcriptura regij codicis αἰώνιον pro αἰῶνος.

Pag. 216. 2. Rectè regius codex τηθὼ, terram communem omnium matrem, quemadmodum Homerus Iliad. ξ.

ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα τηθύν.

4. Vide ſupra pag. 92. quæ Iuſtinus ex oraculo quodam refert.

6. Hic verſus legitur ſupra pagina ducenteſima, & infra 388.

7. Vterque codex ita efert hunc verſum,

αὐτὸς ὃς ἐςήριξε τύπον μορφὴν μερόπων τε.

Niſi quod recentior tranſpoſitis vocibus habet μορφὴν τύπον. Citatur autem idem cum duobus aliis à Lactantio lib. 2. cap. 12. hoc ordine: *Sibylla hominem opus Dei eſſe teſtatur.*

ὃς μόνος ἐστὶ θεὸς κτίστης ἀκράτητος ὑπάρχων.
αὐτὸς δ' ἐςήριξε τύπον μορφῆς μερόπων τε,
αὐτὸς ἔμιξε. φύσιν πάντων γενετῆς βιότοιο.

Qui cùm nullibi in his libris reperiantur, hîc inſerendos arbitror. Extant quidem in proœmio pag. 159. ſed id à Lactantij lectore congeſtum eſſe, & à vetuſto codice abeſſe, ſupra ſignificaui.

11. Regius codex λιθίνοις καὶ ἱδρύμασι φωτῶν, & verſu 20. Puteanus, αὐτοῖς ἁρπάζοντες, qui ſupra ἁρπασιαῖοι dicuntur pag. 172. Cui loco hic ſimilis eſt, vt alter ex altero formatus videatur.

Pap. 219. 1. Dele articulum τοῦ ex auctoritate regij codicis.

3. Legendum videtur ex eodem εἰ ἐν ἰθαύσα, quamquam Puteanum exemplar & manuſcriptus Ranconeti quaternio, qui ab hoc verſu incipit, vulgatam lectionem tueantur. Fuit autem Ægyptus in poteſtatem Romanorum redacta, & prouinciæ formam accepit Cæſaris Auguſti imperij anno decimo quarto, victa cum Antonio Cleopatra Ægyptiorum regina.

Festus, Rufus, & Eusebius in chronicis, inter alios.

7. In eodem cod. scribitur χόρος. sed proba videtur vulgata lectio.

8. Idem refert τρὶς pro τρεῖς. Vtrumque tolerari potest, si τρεῖς malis, triumuiratus Antonij, Lepidi, & Augusti intelligendus veniet: sin τρὶς, de Augusti & Antonij dissidio ter renouato accipiendum erit.

13. Tres scripti codices absque interrogatione ἀρ' ἤδη τοι. Notare videtur sequentibus versibus tempora Domitiani, quibus aureæ & argenteæ statuæ Domitiano erigebantur, & ipse vrbem foro transitorio, Isio, Serapio, statio ornauit recenter extructis.

IN LIB. III.

Pag. 220. 1. Secuti sumus Castalionem in librorum distinctione. In reg. cod. sine vllo interstitio vltimus prioris paginæ versus cum primo huius ἐκδὲ σεβ. continuatur. In Ranconeti & Pithœi exemplaribus atque adeo in veteri editione habetur quidem lemma propositum, sed absque noui libri titulo.

6. Reg. cod. Βελίαρ, iterumque paulo post, vbi nunc Βελίηρ.

8. Similis versus in Hesiodi Theogonia, θεία δ' ἠέλιόν τε μέγαν, λαμπρήν τε σελήνην.

14. Reg. cod. οὔποτ' ὅλως θεοῦ λόγου.

Pag. 221. 6. (*Ex Augustinis*) Augustinos vocat ciuitatē quæ paruit Augustis, quæ in Apocalypsi (vt & à Sibylla pag. 195.) septicollis appellatur. Ex hac venturus est Belial, qui à Sibylla Belias vocatur: sicut à Græcis Annibas dicitur, qui est Annibal: quanquam Belier paulo post appellatur. Sed nihil refert. Is est, qui in sacris literis vocatur Antichristus, & homo perditus. Nam hoc significat Hebraico sermone Belial. Est autem diligenter animaduertendum, quemadmodum Christus, cùm iam adesset, tamen expectabatur: idem etiam in Antichristo ac-

cidere, ne quem forte illud fallat quod dicitur, Antichristus miracula facturus. Non enim vera erunt miracula: quæ res eos fallit, qui tales sunt in Iesum Christum, quales fuêre Iudæi in Iesum hominem. Hæc Castalio. Censet verò vir doctissimus Ioh. Sanctandreanus σεβαστηνῶν potius de Samaritanis accipiendum: quod Herodes Samariam olim solo æquatam à fundamentis suscitans, in honorem Augusti, Sebasten, hoc est Augustam, appellauerit, interprete D. Hieronymo in Eusebij Chronico: & Stephanus de vrbibus gentile σεβαστηνὸς ἀπὸ τῆς σεβαστῆς τῆς σαμαρείας πόλεως deriuauerit. Antichristum autem è Samaria verisimile est proditurum, cùm olim ex illa impietas & idololatria in populum Israeliticum disseminata fuerit. Vnde Deus per Prophetam ait: Propter impietatem Iacob omnia hæc, & propter peccatum domus Israel. Quæ impietas Iacob? nonne Samaria? Videtur tamen Castalionis interpretatio non malè quadrare, cùm σεβαστὸς secundum Pausaniam κατὰ τῶν ῥωμαίων γλῶτταν αὔγουστος dicatur: sed nollem σεβαστηνῶν ad certam vrbem restrinxisset, cùm generaliter omnibus locis Augustorum siue Cæsarum imperio, tam in oriente, quàm in occidente subiectis id interpretari liceat: quanquam Irenæus è Latina Ecclesia Antichristum oriundum arbitretur, quod literæ dictionis λατεῖνος bestiæ numerum in Apocalypsi reuelatum conficiant. Post ista literis mandata monuit me vir opt. P. Pithoeus ἐκ σεβαστηνῶν simpliciter ex Augustis vertendum, & per Belial Neronem Augustum intelligendum esse, qui vltimus Cæsarum fuit, & Antichristus futurus putabatur, non modò à Sibyllinorum carminum auctore, sed etiam ab aliis, vt infra ex Augustino notaui ad pag. 368.

Pag. 223. 3. Reg. cod. κόσμου, vt pag. 203. & 391. legitur.

5. Reginæ & Ranconeti exemplar πιστεῖται, Pithoei πιστεῖται. mox vnum, ὅλως.

14. Hunc versum cum sequentibus coniungit regius

codex absque vlla defectus nota: at reliqui duo disiungunt non sine hac & vacui spatij interstitio. Ranconetus vir exquisitæ doctrinæ & iudicij hîc tertium librum claudit, & quartum inchoat, eumque Sibyllæ Erythrææ adscribit, cum è pagina 283. tum ex multis Lactantij testimoniis. Principium autem libri quod deest, facit proæmiũ supra primo libro è Theophilo præmissum, quod ex illo à Lactantio aliquot versus sub nomine Erythrææ Sibyllæ referatur.

18. Regius codex, *ἀνιόντος*. Alij duo stant à vulgata lectione. Ranconeti liber etiam monstrat explicationem vel potius constructionem, *τῷ ἀνιόντι πάλιν εἰς τὸν κόσμον*, *Venienti* (inquit) *in mundum hunc* siue Adamo, siue (quod potius duco) Christo omnia subiicientur. Quæ sententia è sacris literis petita est.

20. Citat hos versus integriores & vno auctiores. Theophilus lib. II. ad Autolycum sic scribens, *σίβυλλα μὲν οὕτω πεφήμαγκε καταγγέλλουσα ὀργὴν τῷ κόσμῳ μέλλειν ἔρχεσθαι ἔφη δὲ οὕτως.* Restituitur autem mancus ille versus hoc modo, *Αὐτίκα δ' ἀθάνατος μεγάλην ἐπέθηκεν ἀνάγκην.* Quem sic vertit Castalio perficiens vltimum latinæ paginæ, *Magna vi flatus Deus* immortalis in illam Impulit: at venti, &c.

Pag. 224. 3. Hic deest apud Theophilum, sed post sequentem *αὐτὰρ*, inseritur alter talis, *εἰς πολλὰς θνητῶν ἐμερίσθησαν διαλέκτους*, id est, interprete Castalione, *Mutatæ, & vario discrimine dissonuerunt.* Repetitur autem hic versus cum proximo infra lib. 8. pag. 363. Atque horum versuum sensum de turri Babylonica legimus apud Iosephum Antiquit. lib. I. cap. 6. & Eusebium lib. 9. de præparat. Euangel. cap. 4. his verbis: *περὶ δὲ τοῦ πύργου τούτου, καὶ τῆς ἀλλοφωνίας τῶν ἀνθρώπων μέμνηται καὶ Σίβυλλα, λέγουσα οὕτως: πάντων ὁμοφώνων ὄντων τῶν ἀνθρώπων πύργον ᾠκοδόμη-*

σαν τινὲς ὑψηλότατον, ὡς ἐπὶ τὸν οὐρανὸν ἀναβησόμενοι δι' αὐτοῦ. οἱ δὲ θεοὶ ἀνέμους ἐπιπέμψαντες, ἀνέτρεψαν τὸν πύργον, καὶ ἰδίαν ἑκάστῳ φωνὴν ἔδωκαν, καὶ διὰ τοῦτο Βαβυλῶνα συνέβη κληθῆναι τὴν πόλιν. hoc est: *De turri autem & confusione linguarum etiam Sibylla meminit, dicens: Cum omnes vno vterentur sermone, turrim ædificare constituerunt, qua in cælum ascenderent. Eam Dij ventis diruerunt. Et lingua hominum mirabili varietate confussa effecit, vt Babylon ea ciuitas vocaretur.* Qui locus postea à quodam Sibyllarum auctore lectus ansam dedit vt iste insereretur, quem apud Theophil. deesse diximus.

7. Athenagoras in Apologia pro Christianis sex deinceps sequentes versus paulo aliter legit & distinguit, scilicet, Δὴ τότε τῇ δεκάτῃ γενεῇ, &c. ἐξ οὗ δὴ, &c. ἄνδρας καὶ, &c. Et mox. γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν οὔνομα θέντες οὕνεκα οἱ πρόπτοι.

16. Regius codex ἡνίκα, & versu 19. βασιλήϊδα, vt pag. 379. Simile est telestichium apud Hesiodum in Theogonia, ἄλλος ἐν ἀθανάτοισιν ἔχῃ βασιληΐδα τιμήν.

Pag. 227. 5. Ranconeti & Pithœi codex πέπληται.

14. In Phrygiam nutricationis causa missum esse Iouem, vix apud quemquam alium legeris. In Lyctum ablegatum esse scribit Hesiodus. Insolens quoque videtur nominis Διὸς deriuatio ἀπὸ τοῦ διαπέμπειν. Somnium potius anile, quàm furorem diuinum resipit. Diuinius multò Lactantius libro primo Institutionum capite vndecimo scripsit: *Iupiter furto seruatus, furtimque nutritus,* Ζεὺς, *siue* Ζὴν *appellatus est, non, vt isti putant, à feruore cælesti ignis, vel quod vitæ sit dator, & animantibus inspiret animas, quæ virtus solius Dei est (quam enim possit inspirare animam, qui ipse accipit aliunde?) sed quod primus ex liberis Saturni maribus vixerit.* Porro scribe ἐπωνόμασαν δ', ita ferentibus duobus codicibus.

21.Lactant.lib.1. cap. 14. *Deinde Titan, postquam rescivit Saturno filios procreatos atque educatos esse clam, seducit secum filios suos, qui Titani vocantur, fratremque suum Saturnum atque Opem comprehendit, eosque muro circumegit & custodiam his apponit. Hæc historia quàm vera sit, docet Sibylla Erythræa, eadem fere dicens, nisi quod in paucis quæ ad rem non attinent, discrepat.*

Pag. 228. 10. Operarum incuria irrepsit αἰγύπτων pro αἰθιόπων, quod publica & priuata exemplaria agnoscunt, Iterum habebis hanc monarchiarum enumerationem iisdem pæne verbis pag.363.

12.Quatuor hi versus repetuntur infra pag.240.vbi in secundo ἵσατο legitur. Tertius qui incipit γαῖαν, non est in superioribus editionibus, approbatur tamen à tribus manuscriptis & Sibyllæ ipsius iam citato loco. In quarto placet, vt infra habetur, νόῳ pro μόνος, quod in reg. cod. prorsus deficit.

17. Videtur εἴρξει legendum propter accusatiuos sequentes, Ranconeti exemplar habet ἥξουσι, quod idem sit cum ἄξουσι.

Pag. 231. 1. Puto probum epitheton λευκὴ, siquidem de Romano imperio loquitur: propter candidatos munera publica ambientes. Vtuntur eo Latini quoque. Calpurnius Eclog.7. *niuei loca densauere Tribuni.* Vti etiam mox forsitan πολιόκρανος. mox præfert regius codex ἐφ' ἑαυτείου.

5.Hic versus, tertius item & quartus ab hoc, leguntur pag.191.vbi μέγα habes pro μετὰ & πλομ', ὅταν ἄρξονται.

12. τέγεσι reg.codex. At reliqui τεγέεσι.

14.Idem versus repetitur pag.267.

17. Regius codex αὐτῆς pro αὐτοῖς. forte scribendum αὖθις.

18.De Ægyptiorum rege genere Græco vide pag.264. & septima regum stirpe pag.240.

24. Hic versus agnoscitur à tribus manuscriptis: in omnibus tamen mancus. in regio est, τίς δ' ἀρχή. in aliis

duobus, πῶς δ' ἀρχὴ τούτων ἔσαι. forte, πῶς δ'. ἀρχὴ ἔσσεται αὐτῶν.

Pap. 232.8.In regio codice desideratur iste versus.

19.Hæc prorsus sunt mutila. In superioribus editionibus iteratur versus asterisco notatus: in duobus scriptis codicib. tantùm semel ponitur. at in regio prorsus dissimilis ita habet, ἔσι πόλις τη κατ' χθονὸς εὐρυάγυια, Ἐξ ἧς μοι γένος, &c.

22. Similis fuit doctrina Chaldaicorum oraculorum siue Magicorum pag.61.& 62.nostræ editionis.

25.Codex reg. παλμῶν pro φαρμῶν. Vtraque lectio fieri potest. E sternutamentis enim iuxta & palpitationibus omina & auguria captabantur. Scripsit Posidonius quidam librũ,teste Suida, cui titulum fecit παλμικὸν οἰώνισμα, veluti si dexter oculus palpitarit,hoc significat.

Pag.235.1.producit mediam in φαρμακοὺς,contra vsum. Vide pag.208.

4.Lactant.lib.2.cap.17. *Dæmonum inuenta sunt astrologia, & aruspicina, & auguratio, & ipsa quæ dicuntur oracula, & necromantia, & ars magica, & quicquid præter ea malorum exercent homines vel palam,vel occultè: quæ omnia per se falsa sunt, vt Sibylla Erythræa testatur.*

ἐπεὶ πλάνα πάντα τάδ' ἐστὶν
Ὥσπερ ἄφρονες, &c.

7. Ranconeti quaternio manuscriptus πλάνης. regius codex πλάνην. bene.

11. Hic cum sequenti non reperitur in vet. cod. regiæ biblioth.& suspicio est ex aliquo gnomico scriptore huc translatos esse. Theognis similiter fere de paupertate:

χρημοσύνῃ εἴκων, ἣ δὴ κακὰ πολλὰ διδάσκει,
ψεύδεά τ', ἐξαπάτας τ' οὐλομένας τ' ἔριδας.

21.Scribendum est θῆρας ἄπο, è Ranconeti fragmento.

Pag.236.2.In duobus codd. scribitur ἠῶς, & in altero notatur id idem valere atque τῆς ἠοῦς.

Reg. cod. θεῷ pro θεοῖς, vt infra οὐρανόθι θεῷ, pag.328.

13. καὶ πᾶσιν habent exemplaria omnia, nihilominus tamen correxi καὶ πίστιν, quod ſic infra pag.263.in hoc ipſo verſu legi viderem.

Pag.236.5. Similes ſunt duo verſus pag. 264. corrige autem hic τιμᾶν, vt illic.

7. De ſeptuaginta annorum captiuitate Babylonica paſſim Prophetæ.

21. Regius codex ἰῶ pro ἰῶ πρ. forte ſcriptum erat ἦεν.

P.240.1.Quatuor iſti verſus habentur ſupra pag.228.

6.Ita correxi è regio cod.nam malè procedebat priorum editionum lectio, ἀθάνατος, ὅτι θεοῦ, &c. Atque hic deſinit manuſcriptus quaternio Ranconeti.

23. Suidas Magog interpretatur Perſam. Vide Auguſt. de ciuitate Dei, vbi de Gog & Magog. Pro μέζον οὖσα habet reg. cod. ἡ οὖσα ἀνὰ μέζων. forte legendum ἀνὰ μέσσον.

Pag.243.2. Priores editiones αἱ αἱ δὲ θάλ.

21. Reg.cod. ἡ ἀζοῖς pro Ἰαζοῖς μεροσύνη pro μᾶρος, σκυάγχα pro κυάγχα: & pag.ſequ. ἱερὰ πόλις ἀστυπαλεοῖο.

Pag. 244. 10. Expreſſi hunc verſum vt erat in regio codice. In vulgatis editionibus ſic legitur, Ἰταλοὶ ἐν πενίῃ, ἀνὰ μυελὰ δ' ὀφλήζουσιν.

17. Defectũ nota arguit, cuius vicem ſupplebunt forte Lactantiana iſta è cap.15.lib. 7. *Sibyllæ aperte interituram eſſe Romam loquuntur, & quidem iudicio Dei, quod nomen eius habuerit inuiſum, & inimica iuſtitiæ, alumnum veritatis populum trucidarit.*

18. Eadem paronomaſia eſt infra lib. 8. pag. 375. Lactantius etiam huius meminit libr.7.cap. 25. *Cùm caput illud orbis occidet, & ῥύμη eſſe cœperit, quod Sibyllæ fore aiunt, quis dubitet veniſſe iam finem rebus humanis orbique terrarum.* Dele particulam δὲ in hoc verſu metro obſtantem.

Pag. 247. 2. Scribe μακαριστός. repetitur hic verſus pag. 299.

Pag.

Pag. 248. Vix concipias mentem verſuum huius paginæ. Quæ in regio codice diuerſa reperi, oræ appoſui, vt promptius in conſpectu eſſent. Habuimus autem ex illis aliquot ſupra lib. 1. pag. 168. & 175. Atque in primo puto rectè ſcribi è vet. cod. ἅπαν τ' ἀίδης θεραπεύσῃ, *cum Pluto omne curauerit ſeu ſibi cõciliauerit:* hoc eſt, omnes funditus abſumptos ad ſe receperit, quemadmodum poſtea, ὁπόσας νυμφεύσετ' ἀίδης. & pag. 252. 21.

14. Veteres editiones φημήξουσιν, mox rectè reg. cod. δορύλαιον. Eſt enim oppidum Phrygiæ nomine Dorylæum teſte Plinio & Euſtathio in comm. ad Dionyſij periegeſin, quod etiam δορυλάϊον vel δορύλλειον dicitur.

20. In reg. cod. ſcribitur Αἰνεάδος διδοῦς. Sequens verſus integrior eſt infra pag. 252.

22. Opinatur Betuleius Lactantium lib. 1. cap. 6. vbi de Sibylla Erythræa ſcribit alludere ad hunc locum. verba ſunt: *Quintam Erythræam, quam Apollodorus Erythræus affirmat ſuam fuiſſe ciuem, eamque Grais Ilium petentibus vaticinatam & perituram eſſe Troiam, & Homerum mendacia ſcripturum.* Sed & ante Lactantium Pauſanias hos verſus vidit, eoſque Herophile adſcripſit. Verba Pauſaniæ habes ſupra pag. 72. Solinus quoque ſcribit ex Bocchi iudicio, Delphicam Sibyllam ante Troiana bella vaticinatam, eiuſque verſus plurimos operi ſuo Homerum inſeruiſſe.

Pag. 251. 4. Daphidas quoque Grammaticus Homer. poeſin mendacij arguit, Suida teſte. Theophilus orat. 3. *Quid Homero profuit Iliaci belli conſcriptio & multorum deceptio?*

Reg. cod. habet ἐνοπῇσιν ἀνήρει.

Pag. 252. 8. Rhodus Solis filia dicitur, propter ſolis coloſſum inter ſeptem mundi miracula relatum, qui poſtea terræmotu corruit. Aliud Sibyllæ vaticinium de Rhodo videtur innuere Pauſanias, quod in his libris non extat. *Rhodus* (inquit) *inſulatam vehementer concuſſa eſt, vt Sibyllæ vaticinatio Rhodi ſit exitio comprobata.*

19. Puto ſcribendum, τοὶ μὲν, τοὶ δὲ, vel αἱ μὲν, αἱ δέ.

22. Trallis terrę conſederunt ſub imperio Auguſti, teſte Euſebio in Chronicis.

Pag. 255. 5. Ita concipitur hic verſus in reg. cod. καὶ δ᾽ αὐτῇ θερμῆσι παρὰ σπιδῆσι ταθεῖσα, æque mendoſus atque excuſus. Sequentem ſuppleui ex cod. reg.

8. In eodem ſcribitur λιμέτης. Redundat autem vox πάλιν.

12. Mallem ἀήτων pro ἀνέμων. quanquam ne ſic quidem vel verſus vel ſyntaxis conſtet. Senſus tamen patet: fore vt Throces Byziam arcem vel Byzantium incolentes) id enim puto denotare epitheton ἀκρόβυζοι) ſolum vertant, & alio tranſlati aliis ventis afflentur.

14. Reg. cod. πουλυετῆ δὲ χρόνον ἀπ. ſequentes verſus ex eodem emendauimus,

24. Simile vaticinium accommodatur Rhodiis lib. 4. pag. 292.

Pag. 256. 1. Aliæ editiones χαλχείοις. In ſequenti verſu forſan αὐλῆσι, vt eſt in oraculo Phaennidis. Prædicit enim Sibylla Sicyoni & Corintho bellum per tubarum clangorem, & tibiarum cantum. De tubis & fiſtulis belli nuntiis vide 320. 356.

3. Similes verſus fuerunt ſupra pag. 239. & 240.

7. Hic verſus ſuo loco non eſt poſitus, vt & plurimi alij.

23. Reg. cod. γαλάταις καὶ δαρδανίδαισιν ἄλαδ᾽ ἔπος.

24. Vterque codex, γαίῃ δ᾽ ἐν ἀλλοτρίῃ. abundat vel δὲ, vel ἐν. infra pagin. 268. 9. χώρῃ ἐν ἀλλοτρίῃ. mox reg. cod. ἠδ᾽ ἔπι.

Pag. 259. 2. Idem codex μὲν ῥοπῶν ἠδ᾽ ἀγῶν. Dagon idolum erat Ethnicorum: & verſu 4. παμφύλων, quemadmodum ſupra pag. 228.

5. Forte κάρων pro μαύρων legendum. Lydij cum Caribus coniunguntur pag. 228. & 234. Cares cum Æthiopibus pag. 232.

22. Deuteronomij cap. 32. *Persequetur vnus mille, & duo iuuenculi fugabunt decem millia.*

P. 260. 7. Ambo scripti codices & vetus editio referunt καὶ θήσει πόλιν ἰσόν. non malé, vt arbitror: videtur enim Sibylla significare, in ea Græciæ calamitate loca vbi prius vrbes steterant, aquis inundata nauibus iter datura, vel vrbibus excisis syluas orituras, vnde materia nauium malis apta excindatur.

9. Lactantius lib. 1. cap. 15. vbi aduersus Græcorum vanitatem, qua homines pro diis colebant, differit, hanc Sibyllæ aduersus eos increpationem citat, sed secundo versu mancam, cæteris variantem. Nam vbi in tertio est πορίζεις, Lactantij vulgati codices habent ἀνατίθης. verùm scriptus codex opt. notæ, qui est in bibliotheca integerrimi Senatoris cl. Puteani, plane cum Sibyllinis libris consentit, quemadmodum etiam in reliquis, vbi publicati fuerunt, τίς τοι πλάνην βάλεν ἐν νῷ, ὥς τέ σε τάδε ποιεῖν μεγάλοιο θεοῖο προσώπου, in Puteani membrana scribitur, τίς σοὶ πλάνον ἐν φρεσὶ θῆκε ταῦτα τελεῖν προλιπόντα θεοῦ μεγάλοιο πρόσωπον, cum hac interpretatione, *Quis tibi errorem in mente posuit, vt hæc facias derelicta Dei magni facie?*

18. Videtur legendum καταφθιμένοισι τιθέντες, *mortuis ponentes* statuas scilicet. Vide Lactantium lib. 1. cap. 15. vbi docet quomodo homines pro diis cœperint coli.

Pag. 263. 3. Reg. cod. τοὺς ἐμάς τ' ἔρρεξε, abiecto καί. Octauus versus repetitur pag. 276.

13. Vera est coniectura oræ apposita, νόμῳ. Sic suprá cum de nouo hoc hominum genere, hoc est de Christianis, loqueretur, addit eos magni regis lege regendos pag. 191.

15. Simile hemistichium est apud Homerum Iliad. vlt. λοιβῆς τε κνίσσης τε. τὸ γὰρ λάχομεν γέρας ἡμεῖς. quod exagitat Clém. Alexand. pag. 17. Græcæ edit.

24 Hic versus legitur etiam pag. 236.

25. Clemens Alexandrinus in protreptico pag. 27. efert ſequentes octo verſus de Hebræis, ſed abſque auctoris nomine. In hoc ſcribe ἀπάτη... in ſecundo legit καὶ ἀργύρου, ἠδ' ἐλέφαντος, in tertio τε βροτῶν εἴδωλα θανόντων. Quartū præteriit Clemens: vt interpolatus videri poſſit. In quinto ſcribit τιμῶσιν, ὅσαπέρ τε. In ſexto ἀλλὰ γὰρ. In ſeptimo & octauo χρόα ἁγνίζοντες ὕδασι, καὶ τιμῶσι μόνον τὸν ἀεὶ μεδέοντα, *Corpus aquis luſtrantes, & venerantur ſolum regem æternum.* Hiſce non abſimilis eſt locus Sophoclis ita ſcribentis: θνητοὶ πολυκερδείᾳ πλανώμενοι, ἱδρυσάμεθα, πημάτων παραψυχὴν, θεῶν ἀγάλματ' ἐκ λιθίνων, ἢ ξύλων, ἢ χαλκέων, ἢ χρυσοτεύκτων, ἢ ἐλεφαντίνων τύπους, θυσίας τε τούτοις καὶ κενὰς πανηγύρεις νέμοντες, οὕτως εὐσεβεῖν νομίζομεν.

P. 264. 8. Sibylla vel Phocylidis carminum initium imitata eſt, vel Sibyllam Phocylides.

12. Ita reg. cod. at priores edit. εὔχωοος.

17. Hunc verſum iam habuimus ſupra pag. 155. & ſequentes pag. 239. vide item acroſtichida.

22. De Ægyptiorum rege ſeptimo & regni deſtructione ſunt & alia Sibyllæ vaticinia pag. 231. & 240.

P. 267. 8. Citatur à Lactantio libro 7. cap. 19. in fine, nuncupatim ex Erythræa: ſed alia carminis clauſula, ἔργα δὲ χειροποίητα θεῶν συνεκκαύσονται. vbi rectior ſcriptura Lactantij qui eſt in membrana, κατακαυθήσονται.

9. Idem allegat ſequentes quinque libro eodem cap. 24. in quorum primo vulgo χαρὰν ſcribitur. ſed contra vetus Lactantij exemplar. in altero καὶ ἄσπετα θρέμματα γαίης; in quarto γλυκέος. at m. ſc. γλυκεροῦ. cum libris Sibyllinis.

14. Mendoſum eſt πολλὴν, quod loco verbi alicuius irrepſit. prope accedit μέλλων. cui fidem facit carmen Orphei plane ſimile, ſi non alterum ex altero expreſſum eſt.

ἀλλὰ σὺ μὴ μέλλων βροτὲ ποικιλόμητι βραδύνε,

ἀλλὰ παλίμπλαγκτος σχέψας θεὸν ἱλάσκοιο.

19. Reperitur infra pag. 279. Ranconetus paululum immutat, ſic ὃς μόνος ἐστὶ θεὸς καὶ οὐκ ἔστι θεὸς ἄλλος.

P.268.1. Diceres Sibyllam Matthæi 24. vel Lucæ 21. caput legiſſe.

9. Punctum obſtat ſenſui, quem ſequutus eſt Caſtalio.

15. Tres iſti verſus mox leguntur in hoc eodem libro pag. 275. vt in alterutro loco redundare videantur.

18. Refert Lactantius libro 7. cap. 18. alterius ab Erythræa Sibyllæ nomine. Habent autem illi vulgati libri ἠελίου πέμψει θεὸς; veſtigia tamen membranæ vet. ſtant à Sibyllina lectione, quemadmodum & interpretatio ſingulis verbis Græcis ſuperſcripta, *& tunc à ſolis ortu Deus mittet regem.*

P.271.7. Reſtitue à typographo prætermiſſam coniunctionem καὶ poſt θεοῦ.

22. Fuſius deſcribuntur, quæ breuius in acroſtichide.

P.272.10. Ita correxi contra libros, quorum alius κελεύει alius κρινεῖ, alij κραίνει præferunt.

19. Guliel. Canterus Nouar. lection. lib. 5. cap. 17. hoc in verſu (ſcribit) quanquam nihil prima fronte videtur etiam delicatis auribus reſponſare, τὸ μόνος tamen mihi quidem non placet admodum, atque pro hoc malim μέγας ſubſtitui. Cùm enim Homerus multis in locis, vt apertè conſtat, Sibyllam ſit imitatus, eiuſque hemiſtichia multa ſuæ poeſi inſeruerit, nec ignoret quiſquam, μέγας & μεγάλως ab eo ſæpe coniungi: dubium nemini videri debet, quin ex eo Sibyllæ carmen hoc, vt & alia multa, ex aliis tamen Homeri locis, confidenter poſſit reſtitui.

P. 275. 7. Intruſus iſte verſus vim facit ſententiæ. Et omnino hinc eiiciendus videtur: ſiquidem natiuum locum occupat pag. 271.

10. Ita cadit verſus iſte in reg. cod. μέγαν ὕψιστόν τε.

14. Iuſtin. Martyr in orat. ad Gentiles, inter cæteros Sibyllæ verſus & hos refert: quos eius interpres ita vertit:

Numinis excedimus palantes tramite recto,
Signaque facta manu cultu veneramur inani,
Fluxorum ſtatuas hominum, & ſimulacra deorum.

Legit autem τρίβους Iuſtinus, vbi Sibyllæ editiones θεοῦ.

17. Deeſt in priorib. edit. ſed agnoſcitur ab vtroque codice ſcripto.

20. Hiat oratio, nec ſuo loco videntur verſus iſti collocati, vti neque ſupra pag. 268.

25. Vitioſè in priorib. edit. ἀλλὰ ἀλὲν vel ἄλις, quæ cauſa fuit, vt Caſtalio verterit, *Sed ſatis eſt tandem; iam deſine*, &c. Nunc integer eſt locus beneficio regij codicis.

P. 276. 4. Stephanus de vrbibus citat hunc verſum, vt vulgò iactatum. Suidas Camarinæis ab Apolline reſponſum fuiſſe ſcribit in μὴ κίνει, & poſt modum in prouerbium abiiſſe. Cum enim Camarinæi Camarinam vrbi vicinam aliò deriuaturi eſſent, oraculo moniti ſunt ne id facerent, ſed cùm Deo non obtemperaſſent, damnum fecerunt. Vide Eraſmum in Adagiis.

9. Lactantius lib. 7. cap. 20. *Poſt hæc aperientur inferi, & reſurgent mortui, de quibus iudicium magnum idem ipſe rex ac Deus faciet, cui ſummus pater iudicandi & regnandi dabit maximam poteſtatem. De quo iudicio & regno apud Erythræam Sibyllam ſic inuenitur.*

ὁππότε καὶ τὸ λάβῃ τέλος αἴσιμον, ἠδὲ βροτεῖσι
ἤδη ἀφίξηται κρίσις ἀθανάτοιο θεοῖο,
ἥξει ἐπ' ἀνθρώπους μεγάλη κρίσις ἠδὲ καὶ ἀρχή.

Euariant ſanè ab his noſtris: vt dubitem an Erythrææ carmina qualia Lactantius vidit, integra ad nos peruenerint. Sed & Puteani membrana diuerſa eſt à publicatis editionibus. Sic enim refert priores duos verſus, quantum ex literarum veſtigiis & interpretatione colligere licet.

ὁππότε δὴ καὶ τοῦτο λάβῃ τέλος αἴσιμον ἦμαρ,
εἰς δὲ βροτοὺς ἥξει κρίσις. *Cùm vero & hic dies acceperit.*

fatalem finem: in homines autem veniet iudicium, &c.

21. Regius codex οὐ λοιμὸς, *non pestis*: sed perinde est. Sūt enim indiuiduæ comites pestis & fames.

P. 279. 3. Idem versus est supra pag. 267.

6. Lactantius lib. de ira, cap. 22. quatuor sequentes adducit aliquantum dissidentes:

φεῦγε δὲ λατρείας ἀνόμους θεῷ ζῶντι λάτρευε,
μοιχείας τε φύλαξαι, καὶ ἄρσενος ἄκριτον εὐνήν.
Ἰδίαν γενεὰν παίδων τρέφε, μηδὲ φονεύε.

καὶ γὰρ ὁ ἀθ', &c. Scripta Lactantij membrana tertij initium his maiusculis, vt in omnibus solet, exprimit, ΘΗΝΔΙΔΙΑΝ ΘΗΝΝΔΗ. è quibus facilè efficitur τὴν δ' ἰδίαν γονὰν, &c.

18. Mutilus est, sed qui è Lactantij lib. 4. cap. 6. restitui possit: Ἀλλ' ὃν ἔδωκε θεὸς πιστοῖς ἀνδράσι γεραίρειν. Sic enim & apud Lactantium pro αὐτὸν legendum esse docet scriptura & interpretatio vet. membranæ Α Μ Ο-ΝΕΔωΚΕ, *sed quem dedit.* Augustinus in oratione contra quinque hæreses: *Audiamus quid Sybilla dicat, Alium, inquit, dedit Deus filiis hominum colendum, &c.*

20. Regius cod. habet τρηχέως. sequens carmen eodem modo legitur pag. 155.

P. 280. 2. vbi vulgò κρίσις, in reg. cod. est κρίσεως, hoc sensus quidem postulat, sed metrum recusat.

9. In prioribus editio. hic pede vno superabat, sequens deficiebat: nunc vterque bene habet è reg. cod. Hom. Odyss. λ. κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ. Lactantius lib. 7. cap. 24. refert eosdem versus à nostris parum discrepantes.

οἱ δὲ λύκοι σὺν ἄρνεσ' ἐν οὔρεσιν ἀμμιγοῦνται.
χόρτον γὰρ λύγκες τ' ἐρίφοισιν ἅμα βόσκονται,
Ἄρκτοι σὺν μόσχοισιν ὁμοῦ καὶ πᾶσι βροτοῖσι.
Σαρκοβόρος τε λέων φάγεται ἄχυρον παρὰ φάτναις.
σὺν βρέφεσίν τε δράκοντες ἁμάτορσι κοιμήσονται.

Sed primus & secundus in manuscr. cod. Lactantij iti-

dem vt apud Sibyllam leguntur, nisi quod ille correctius ἄμμιγ' pro ἄμμις scriptum habet: & in tertio πᾶσι βοτοῖσι, *omnibus pecudibus*.

P.283.2. Mallem Βαβυλῶνος, vt supra dixerat eadem Sibylla pag.228, Ἀσσυρίης Βαβυλῶνος.

4. Notatur in impressis codicibus & scripto Pithoei, duos post hunc versus deesse, id quod satis manifestum est. Vide initium lib. octaui.

8. Lactantius libro quarto capite decimo quinto, *Erythræa fore ait, vt diceretur insana & mendax.* Lactantij codices habent φήσει με θεοῦ. Sed tum prius μ' in δ' mutandum erit, vt monstrat reg. cod.

12. Vterque codex refert, οὐ γὰρ ἡμοὶ δηλώσῃ, ἅ.

IN LIBRVM IIII.

Quartus numero liber est in publicatis & priuatis libris. Ranconetus tamen quintum facit, hoc titulo proposito: ἑτέρας. λόγος ε.

9. Scribe ψευδοῦ. Regius codex habet ψευδῆ. Clemens Alexandrinus in exhortatione ad Græcos pagina vigesima, allegat quatuor versus sequentes: sed mendosè apud eum legi videtur, ψεῦδος φοίβου χρησμηγόρου. Itaque malim cum Sibylla scribere: διδάσκαλον ὑμῖν παραθήσομαι τὴν θεοφῆπιν σίβυλλαν, οὐ ψευδοῦς φοίβου χρησμηγόρου, ὄντε, &c. ἀλλὰ θεοῦ, &c. *Doctorem vobis adducam vatem Sibyllam, non mendacis Apollinis fatidici, sed Dei*, &c.

21. Hunc versum inseruimus è cod. reg.

Pagina 287. 7. Septem versus sequentes Sibyllæ vindicauit iam olim Iustinus in oratione ad Gentiles.

10. Clemens Alexandrinus in protreptico refert eosdem, vno tamen auctos, & aliquantum diuersos: ὄλβιοι μόνοι τοινυν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὁμοθυμαδὸν ἐκεῖνοι πάντες κατὰ τὴν σίβυλλαν.

Οἱ νηοὺς πάντας ἀπαρνήσονται ἰδόντες,
καὶ βωμοὺς, εἰκαῖα λίθων ἱδρύματα κωφῶν,
καὶ λίθινα ξόανα, καὶ ἀγάλματα χειροποίητα,
αἵματι ἐμψύχῳ μεμιασμένα καὶ θυσίαισι
τετραπόδων, διπόδων, πτηνῶν, θηρῶν τε φόνοισι.

id est, *Beati ergo vno, vt ſemel dicam, conſenſu ſunt ſoli illi ex Sibyllæ ſententia, quicunque*

Aſe viſa Deum qui omnino templa negabunt,
Surdorum & lapidum quæ ſunt altaria, ſedes,
Ex lapide & manibus ſimulacra affecta virorum,
Cæſorum quæ ſunt animato infecta cruore
Quadrupedum, bipedum, volucrumque & cæde ferarum.

16. Agnoſcit duos iſtos verſus idem Clemens lib. 3. pædag.

20. lege χλεύητε, vt verſus conſtet.

23. Reſurrectionem probat ex his Sibyllæ verſibus Lactant. lib. 7. cap. 23.

P. 288. 2. Diſcrepat à Lactantij ſcriptura,

καὶ τό τε δυσσεβέας μὲν ἐπὶ ζόφον ἐν πυρὶ πέμψει.

Sequuntur apud eum duo alij, quorum alter omittitur, alter ordine quintus eſt in hac pagina: ſed iidem coniunctim reperiuntur in calce libri pag. 299.

10. Lactantius libro de Ira cap. 23. *Alia* (inquit) *Sibylla, per indignationem Dei aduerſus iniuſtos cataclyſmum priore ſeculo factum eſſe dixit, vt malitia generis humani extingueretur.* Quibus verbis ſubdit tres, qui hîc habentur, verſus plane conſimiles, niſi quod πολίεσσι ſcribitur pro πόλεσίν τε.

25. Caſtalio vertit *ſine principe fœlix:* deceptus voce ἀνακτορίης, vt arbitror: quæ non includit priuationem, ſed dominium, imperium ſiue regnum ſignificat ab ἄναξ deriuata.

Pagina 291. 15. puto φλόγος ſcribendum: nam regij codicis ſcriptura prorſus vitioſa videtur, ῥευξάμενον πυρός.

17. Notat bellum Peloponeſiacom.

21. Perſæ poſt tot annorum imperium, vt Iuſtinus hiſtoricus loquitur, iugum ſeruitutis patienter acceperunt ab Alexandro Magno, expugnata Perſepoli, capite regni Perſici.

22. Hic verſus repetitur libr. 8. pag. 375. Thebas ſubuerſas, Tyrum, Babylonem, Rhodum, Ciliciam, Ægyptũ, & cæteras hîc nominatas vrbes, ab Alexandro ſubactas eſſe docent hiſtorici, quos conſule. Non enim commentaria ſcribimus.

Pag. 292. 3. Eadem paronomaſia ſup. pag. 244. & inf. pag. 375.

7. Hic & ſequens verſus à Strabone pro oraculo vulgi ſermonibus trito citantur lib. 1. & 12. ex quo priorem antehac imperfectum ſuppleui: quod ſcriptura regij codicis, ὅτε γε πύϱαμος ἀργυροδίνης περὶ θ' ἁλὸς δίνης, hiatum non tolleret. Proferuntur autem à Strabone de Cypro. Nam pro noſtro νῆσον, illic κύπρον ſcriptum eſt.

11. Prior Sibylla protulerat hunc verſum de Tenedo pag. 255. De Rhodiis iterum alia infra libro 8. pagina 375.

19. Superiores edit. λυβίης. reg. cod. λυκίης, recte. nam crocus & Narciſſi præſtantiſſimi in Lycia, vnde vnguentum crocinum & narciſſinum maximè laudatum conficiebatur. Et aliàs medicamentis ſtudebant Lyciæ incolæ, vt vel vnicum Lycium medicis celebratum fidem facit. Infra quoque alia Sibylla eo nomine μυρίπνουν Lyciam vocat pag. 311.

P. 295. 7. Rectum puto τρόμος, vt Veſpaſianus Romanus terror dicatur Syriæ & Iudææ. Infra tamen pag. 352. reperitur Ἰταλίης πρόμος.

10. Tres iſtæ inſulæ iterum coniunguntur lib. 5. pagina 336. regius cod. habet πάφω ἅμα. Iſtæ vrbes terræ motu ceciderunt imperante Veſpaſiano, teſte Euſebio.

14. Pro πυρὸς omnino legendum eſt πυρσὸς, *fax, ignis*,

nam loquitur de monte Vesuuio, qui ruptus in vertice tantum ex se iecit incendij, vt regiones vicinas & vrbes cum hominibus exureret. Eusebius in Chronicis, & Plinius iunior lib.6.epist.16.& 20.

Pag.296.3. Confer hunc locum cum simili lib.3. pag. 244.

15. Priores editiones habent οὐκέτι αἰὲν ἐόντα, impio errore. Recepi itaque lectionem regij codicis non dissimilem Lactantianæ. Citantur enim hi versus lib. de ira cap. 23. nonnihil tamen variantes. *Simili modo* (inquit Lactantius) *deflagrationem postea futuram vaticinata est Sibylla, qua rursus impietas hominum deleatur.*

καί ποτε τὴν ὀργὴν θεὸν οὐκ ἔτι πραΰνοντα (v. cod. πραϋνθέντα)

ἀλλ' ἐξεμβείθοντα (v. cod. ἀλλὰ ὅλως βρ. (καὶ ἐξολέκοντα τε γέννων

ἀνθρώπων ἅπασαν ὑπ' ἐμπρεσμοῦ πέρθοντα (pro quo in vet. cod. scrib. Μθδλώις, ist est, vt ego lego, μεγάλοιο) vnde apud Nasonem de Ioue ita dicitur:

Esse quoque in fatis reminiscitur adfore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptaque regia cæli
Ardeat. & mundi moles operosa laboret.

Quod tunc fiat necesse est, cùm honor & cultus Dei summi apud homines interierit. Eadem tamen eũ placari pœnitentia factorum & sui emendatione contestans, hæc addidit.

ἀλλ' ἐλέῃ μετάθεσθε βροτοὶ δὴ, μηδὲ πρὸς ὀργὴν

παντοίην ἀγάγητε θεὸν μέγαν. Qui versus in prioribus editionibus imperfecti legebantur: at nunc è duobus scriptis codicibus & hoc Lactantij loco eruti natiuum splendorem obtinent. Sed & apud Lactantium emendatione egent. Perperam enim vulgò ἀλλ' ἐλέῃ, pro ἆ μέλεοι exhibent.

21. Et totum fluuio corpus mersate perenni, id est, baptizamini, & lustramini lauacro regenerationis.

25. Lactantius iam dicto loco allegat: cuius impressi codices sic claudunt versuum πάλιν κόλον εὖτ' αὖ ἅπαι-

πες, manuſcriptus π. χ. ἦν ἄρα πάντες.

P.299.1.Lactantij codices περὶ θυμῷ: Sibyllæ impreſſi πρέψιμον, & in ora πέρψιμον: ſed omnium rectiſſimè reg. cod. ἑρίπνιον.

Iuſtinus Martyr in Apolog. pro Chriſtianis huc reſpicit, ita ſcribens: καὶ σίβυλλα δὲ καὶ Ὑστάσπης γενήσεσθαι τῶν φθαρτῶν ἀνάλωσιν διὰ πυρὸς ἔφασαν.

10. Clemens Romanus in conſtitutionibus Apoſtolorum lib. 5. cap. 7. producit hunc locum contra Græcos reſurrectioni fidem cum ludibrio derogantes. Cui, lacunæ trium verſuum capacis ſupplementum debemus. Alioqui in paucis leuiter diſcrepat. in primo legit ἀλλ' ὁπότ' & τέφρα, in ſecundo θεὸς ἄφθιτος, in octauo ζήσοντ' ἐνὶ κόσμῳ, in nono καὶ χάριν αὐτοῖς. Hunc autem cum præcedente octauo affert Lactant. lib. 7. cap. 23. & coniungit cum aliis nonnullis qui ſupra leguntur pag. 288. Extremus videtur è Sibyllæ Erythrææ oraculis huc trãſlatus. natiuus enim locus eſt pag 247.

IN LIBRVM V.

Pag.309.1. Hic liber Ranconeto ſextus eſt.

10. De Alexandro Magno loquitur, qui annos tres & triginta natus Babylone mortuus eſt. Expreſſimus autem in hoc verſu lectionem regij codicis, ſed quid ea ſibi velit, aut etiam vulgata νέλω δ' ὤρεξε φιλίππῳ, non ſatis intelligo, niſi legamus νεᾶν (pro νεᾶνα) vel νεὸν δ' ὤρεξε φιλίππου, *Adoleſcentem ſiue filium oſtendit Philippi*. quaſi dicat, Babylonia arguit inſolentiam Alexandri ſe pro Deo coli præcipientis, & oſtendit eum Philippi gnatum, non Iouis aut Hammonis, vt iactauerat, filium fuiſſe: quia illic inſidiis ſuorum & fraude ciuili interemptus eſt; quemadmodum poſtea pag. 303. dicit Neronem, quod ſe Deo æquaſſet, morte conuincendum.

13. Reg.cod. habet ὅς θ' ἕξει, *qui obtinebit.*

20. Vel ſic lege, ἀρχῷ στοιχείων ὅς τις λαχεχάμματος ἄρχειν.

Pag.303.3. Vbique ſcribitur cum diphthongo vox κεραίαν in reg. cod. apud Heſychium tamen ſine ea. Vſurpatur eadem Matth.5.

8. Red.cod.legit καθ' ὕςατον pro βαθύτατον.

18. ἀσεβέων habeant veteres editiones, & verterat Caſtalio, *cæſorque malorum.* Sed ſcriptorum codicum lectio verior viſa eſt, quanquam de Iudæis locus accipiatur, quos Veſpaſianus ad internecionem cecidit.

Pag.304.2. Gallum montiuagum nominat Traianũ non à patria (fuit enim Hiſpanus) ſed à militiæ loco, quia in Galliis militabat, & cùm Imperator renunciaretur, Agrippinæ agebat. Inde per Alpes ad Orientis arma properauit. Nam, Dione teſte, Orientales populos armis agitare & debellare non ceſſauit.

4. Traianus morbo correptus & Selinuntem Ciliciæ vrbem delatus, ibidem extinctus eſt. Selinuntem autem ab herba vocitatum qui ignorat, is, vt eſt in prouerbio, ὐδ' ἐν σελίνοις verſatus eſt. Sed cur ἀνεμείαν vocat Sibylla? an eo nomine Selinum notabant Sibyllæ ciues, vt ſolent herbarum appellationes vulgò vſitatæ ſingulis fere in locis variare? an quia ſelinum locis altis & vento peruiis gaudet, quemadmodũ peculiariter dictum oreoſelinum?

6. ἀργυρόκρανος idem eſt quod πολιόκρανος, *cano capite ſenex,* infra pagina 367. & κυανοχαίτης hoc ipſo loco.

10. Reg. cod. ὁ δὲ τέτρατος σφῶν ὀψὲ γεραπίσει. Idem vaticinium iteratur pag.367,

21. Scribe κρατήσουσι è regio codice.

P.307.16. Abeſt à regio cod. verſus iſte.

19. Idem habet χωνευθέντες, & ſupplet ſequentem antehac imperfectum. Cæteris nullum ſuppetebat remedium.

P.308.12.lege *λάχεν Αἴγυπτον πολεμίςαι.*

14.Non eſt quod labores de hoc Liſſi rege: verſus eſt partim vitioſus,partim malè locatus. Tolle eum, ſententia erit perſpicua. Sed vbi reponendus ſit, non perinde liquet. Lubens exterercm tertium à fine, & hunc inſererem. Idem certè eſt ſenſus vtriuſque, ſi modo *κισσὶς* in *κέντις* mutes. Imo audacter illinc eiiciendum & huc recipiendum pronuncio ex auctoritate Lactantij lib.7. cap. 18. *Sibyllæ quoque* (ſcribitis *non aliter fore oſtendunt, quam vt Dei filius à ſummo patre mittatur, qui & iuſtos liberet de manibus impiorum, & iniuſtos cum tyrannis ſæuientibus deleat*, è *quibus vna ſic tradidit.*

> *ἥξει καὶ μακάρων ἐθέλων πόλιν ἐξαλαπάξαι.*
> *καὶ κέντις θεόθεν βασιλεὺς πεμφθεὶς ἐπ' ἰδίων,*
> *πάντας ὀλεῖ βασιλεῖς μεγάλως, καὶ φῶτας ἀρίσους.*
> *Εἶθ' οὕτως κρινεῖται ὑπ' ἀφθίτοις ἀνθρώποισι.*

Vides ne alterum ex Lactantiana collatione natum? nam ne te moueat *ἐπ' ἰδίων*, in vet. Lactantij membrana ſcribitur *ἐπὶ τοῦτον*, *ad iſtum*. Eadem porrò pro *κρινεῖται* habet *κρίσις ἔςαι*. Atque huc vſque frui licuit beneficio regij codicis,de reliquis nihil amplius exhibentis, ſi octauum librum exceperis,qui in illo eſt primus.

P.311.17.Feliciter hoc carmen emendauit Gul.Canterus Nott. lect. lib. 5. cap. 17. legendo *πόντος ἀπ' αὐτομάτου ἐπ'*.

19.Id eſt,tota Lycia terræ motu & diluuio vaſtabitur, tam ea quæ floribus & vnguentis odoratis abũdat,quàm quæ hiſce caret. Nam ex Lyciæ parte præſertim montana ob narciſſi & croci excellentiam vnguenta exportabantur, de qua etiam ſupra pag.292.

23. Scribe *ἐναρίξει* ab *ἐναρίζω*, *interimo, diſpolio.*

P.312.5. lego *ἠδ' ἡ πότνια.* Deſcribit hîc ſceleratam vitam Neronis: quam ex hiſtoricis petere licet.

11. Malè antè *μικρῶν*. rectè *μιαρῶν*. Domitius namque pater Neronis aiebat impoſſibile virum bonum ex ſe & Meſſalina adeo flagitioſis procreari poſſe, teſte Dione.

15. Templum diuinitus ædificatum ſuſtulit Nero in Paulo & Petro, cæteriſque martyribus: nolo enim de Apollinis templo ab eodem deſtructo interpretari.

18. Intelligit Cottium & Polemonem reges, quorum altero defuncto, altero concedente, Pontus & Alpes Cottiæ Neronis imperio acceſſerunt.

22. Lego ἰῶτοι, nempe τηλῶ, pro αὐτοί.

P.315.4. Idem eſt cum ſequente, magno Centonis iudicio. legitur item pag. 364. pœne ſimilis.

7. Hos duos verſus refert Clemens Alexandr. in pædagogo lib. 3. Legit autem ἀνδρῶν pro παίδων, & πάντ' ἀκάπαρτε pro δύσμορε πασῶν. quod forſan ex tertio verſu aſſumſit.

20. De Memphi erat etiam ſupra pag. 304.

P.316.2. idem paulo ſecus effertur de Babylone pag. 336.

3. Barce eſt vrbs in regione Pentapolitana, ab Alexandro Magno in monumenta rerum à ſe geſtarum condita, poſtea Ptolemais vocata, & Hammonis oraculo illuſtrata. Plinius lib. 5. cap. 5. & Iuſtinus hiſt. Sed vix ea aliquid huc facere poſſit. lector expendat. Non abſimile eſt quod pag. 376. de Hilaria dicitur. Porro κυπάσιον idem videtur quod κύπασις, veſtis muliebris è lino contexta.

Pag. 319.13. Senſus admodum obſcurus. puto Sibyllam notare id quod Suetonius ſcribit, quod, vt aliis in Iſthmo perfodendo exemplo eſſet, primus raſtello humum effoderit, & corbulo congeſtam humeris extulerit.

20. Admodum confuſa ſunt iſta & intricata, vt te extricare non poſſis, & ita eſſe teſtantur iidem verſus pagina ſequenti denuo inculcati.

25. Alludere videtur ad probrum Iſidori Cynici Neroni obiectum, quod Nauplij mala bene cantilaret, ſua bona male diſponeret.

Pag. 320.15. Lactant. lib. 4. cap. 20. *Domus autem Iuda & Iſrael non vtique Iudæos ſignificat, quos abdicauit, ſed nos qui ab*

eo conuocati ex gentibus, in eorum locum adoptione successimus, & appellamur filij Iudæorum: quod declarat Sibylla, cùm dicit Ἰουδαίων, &c.

Pag.323.3. forte scribendum θεῷ pro μόνῳ.

23. Hæc apud Lactantium lib.7.cap.24. nonnihil variant:

> εὐσεβέων δὲ μόνων ἁγία χθὼν πάντα τάδ' οἴσει,
> νᾶμα μέλιτος ἀπὸ πέτρης ἠδ' ἀπὸ πηγῆς
> καὶ γάλα τ' ἀμβροσίης ῥεύσει.

E quibus alter mancus est: sanabilis tamen è veteri Lactantij codice, exhibente Ναμα ΜΕΛΙCΤΑ ΤΑΙΗCΑΡΟ, hoc est, νᾶμα μελισταγέος ἀπὸ, vt in sibyllinis scribitur.

Pag.334.6. Trallis terræ consederunt sub imperio Augusti: Laodiceæ sub Nerone. Sardes verò & Ephesus corruerunt anno Dom. xx. inter tredecim vrbes quas Eusebius in Chronico enumerat.

13. Duos hos versus refert Clemens Alexandrinus in oratione exhortatoria pag. 20. ita scribens: σίβυλλα μέν τοι ἐρείπια τοὺς νεὼς προσαγορεύει, τὸν μὲν τῆς ἐφεσίας ἀρτέμιδος χάσμασι καὶ σεισμοῖς καταποθήσεσθαι, προμηνύουσα οὕτως. ὕππα, &c. *Sibylla quidem prædicit tibi ruinas templorum, significans fore, vt templum Dianæ Ephesiæ terræ hiatibus & motibus absorbeatur, his verbis:*

> *Abiecta autem Ephesus tristisque in littore flebit,*
> *Et templum quærens, quod tunc non incolet vllus.*

25. Huc videtur respexisse Plutarchus in eo loco quem citauimus pag. 84. Corruit autem Cuma terræ motu eo anno, quo supra Ephesus & Tralles, cum pluribus aliis.

Pag.327.9. vet.edit. κόρχηεα. locus malè habet, & nescio an κακὴ πόλι dixerit Sibylla, vt in simili versu pag.332. an verò καλὴ πόλι, vt pag.234. de Laodicea.

10. Hierapolis terræ motu concidit sub Nerone cum Laodicea & Colosse, teste Eusebio.

Pag.328.12. Versus mutilus, sed cuius telestichium exstet

ſtet apud Heſiodum in Theogonia, αὔτως ὡς ὅτε γαῖα καὶ ὠκεανὸς εὐρὺς ὕπερθεν.

13. Non diſſimilia ſunt apud Lactant.lib.7.cap. 16. vt hinc tranſtuliſſe videri queat, niſi quod ratio pugnare videtur.

Pag.331. Tres primos citat Lactantius lib. de Ira cap. 23. *Deinde*(inquit)*alia Sibylla cæleſtium terrenorumque genitorem diligi oportere denuntiat, ne ad perdendos homines indignatio eius inſurgat.*

5. Acroſtichium eſt ſimile pag. 339. in quo κοσμοκαρὴς ſcribitur. Vtraque lectio locum habere poteſt. vide tamē an non οἰστρομανὴς vtrobique reponendum ſit: qua voce vſa eſt Sibylla Erythræa pag.283. & alia, pag.188.

Pag.332.14. Mallem ὠρήσουσι, *cuſtodient*, quam εὑρήσουσιν *inuenient*. Loquitur enim de veſtalibus virginibus, quibus ignis perpetui cuſtodia commiſſa erat. Notum eſt quidem illas caſu extinctum ignem ſollicitè inquiſiuiſſe & multis precibus ac ſacrificiis nouum è ſolis radiis eliciuiſſe: ſed id rarò fiebat, & non niſi maximorum malorum præſagio, vt Romani credebant. Quod autem ait Sibylla ſe vidiſſe ſecundam Veſtæ ædem igni crematam, eleuat auctoritatem horum oraculorum. Palatium namque incendio Romæ facto, ædes Veſtæ, plurimaque vrbis pars ſolo coæquata ſunt ſub Commodo Imperatore anno Dom. CXCIX. quod ſecundum fuit incendium: cùm primum contigerit Olympiade CXXXIV. anno antequam Q. Ennius naſceretur.

22. Scribe πίησε: quod aoriſton eſt detracto augmento.

Pag.335. 11. Poteſt hic locus accipi de Theodoſio ſeniore, qui pontificum, augurum, omniumque ſacerdotum reditus publicos priuatoſque, quos hic diuicias priorum appellare videtur, vno edicto ſuſtulit. Lactantius tamen Chriſtum & extremum eius ad iudicium aduentum deſignari exiſtimauit, vt colligo ex ipſius verbis lib. 7. cap. 24: *Peracto iudicio ciuitas ſancta conſtituetur in medio ter-*

Oo

ræ, in qua ipſe conditor Deus cum iuſtis dominantibus commoretur, quam ciuitatem Sibylla deſignat, cùm dicit:

καὶ πόλιν ἣν ἐπόθησε θεὸς, ταύτην ἐποίησε
λαμπροτέραν ἄστρων τε καὶ ἡλίου, ἠδὲ σελήνης.

24. Verſus ſimilis primo Phocyclidis, μήτε γαμοκλοπέειν, μήτ' ἄρσενα κύπριν ὀρίνειν.

25. ἔρις in bonam partem ſumitur, vt apud Heſiodum, ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσιν.

Pag. 336. 11. Vix verba latina iſtorum verſuum reddere, nedum ſenſum elicere licuit: adeo mihi obſcuri videntur.

20. Paphi & Salaminos clades ſupra prædicta quoque fuit pag. 294. & tempus ab Euſebio notatum.

Pag. 340. 3. Clemens Alexandrin. adducit hos verſus in oratione ad Græcos pag. 20. ita ſcribens, τὸν δὲ Ἴσιδος καὶ Σαράπιδος ναὸν ἐν Αἰγύπτῳ κατενεχθήσεσθαί φησι σίβυλλα, καὶ ἐμπρησθήσεσθαι, &c. *Templum autem Iſidis & Sarapidis in Ægypto diruendum dicit Sibylla & exurendum.* Omittit autem Clemens particulam δὴ, & legit ἄναυδος pro ἄπακτος.

6. Ita variat Clemens, καὶ σὺ Σάραπι λίθους ἀργοὺς ἐπικείμενε πολλούς.

11. Pithoei codex ſcribit litera vna minus λισόαπος. quod quid ſit, neſcire me fateor, nec aquieſcit animus in Caſtalionis interpretatione, quamuis à ſacerdotum veſtitu non aliena. Laconum dictionem λισσάνιος, id eſt, interprete Heſychio, ἀγαθὸς, non admittit Sibyllarum dialectus: ſenſus tamen probat. Videtur autem Sibylla Marcum Euangeliſtam deſignare, qui primus in Ægypto Euangelium prædicauit, & Eccleſiam apud Alexandriam conſtituit, vt Philo & Euſebius docent.

Pap. 343. 3. lego πάντας γ' ἀνόμους τ', ad explendum verſum.

IN LIBRVM VI.

Septimum numerat Ranconetus. Non est autem Sibyllæ Erythrææ, sed alterius ex Lactantio certum est.

10. Forte [illegible] pro [illegible], sed frustra in agro hiulco laboratur. vet. cod. habet [illegible].

12. Lactantius lib. II. cap. 13. hoc hemistichium protulit.

17. Idem sequentes tres allegat eodem libro cap. 15. differente nonnihil scriptura. nam in primi hemistichio posteriori est, [illegible]. secundus ita habet, [illegible], vbi in vet. Lactant. membrana reperi [illegible], *resurgere faciet*, pro [illegible]; & [illegible] pro [illegible]. Tertius conuenit, voce [illegible] excepta, quæ hic [illegible] est. Sed si optimo Lactantij exemplari credimus, neutra valet. Exhibet enim illud, [illegible], cum interpretatione, *& de pane vnius periculis*. Imo hæc scriptura confirmatur Lactantij verbis ibidem præmissis: *Vocauit discipulos suos, quærens quantos secum gestarent cibos: At illi quinque panes & duos pisces in pera se habere dixerunt.*

22. Talis, inquit, hominibus apparebit Deus in carne, qualis conspectus fuit à primis parentibus. nihil enim aliud ex his versibus videtur colligi posse.

Pag. 347. 3. Lactantius refert lib. 4. cap. 18. *Et alia Sibylla* (inquit) *Iudæam terram his versibus increpat*: [illegible], &c. vbi noster codex [illegible]. Mox placet scriptura veteris Lactantij, [illegible], & versu sequenti, [illegible].

7. Citatur hic versus à Sozomeno in secundo Tripartitiæ historiæ lib. cap. 18. & histor. ecclesiast li. 2. cap.: hoc modo: [illegible] *Neque certe tantopere mirandum est, præsertim*

cùm ipsi gentiles ingenuè fateantur hoc esse Sibyllæ carmen: O lignum fœlix, in quo Deus ipse pependit. Istud ita esse nemo, etiamsi acri studio contra pugnare voluerit, pernegabit. Quare & lignum crucis & eius veneratio à Sibylla præsignificata est. Sed nostra lectio apparet castigatior. ξύλον enim priorem breuem habet, & anadiplosis addit nonnihil vehementiæ.

IN LIBRVM VII.

Pag. 348. 1. Ordine octauus est hic liber Ranconeto. Est verò omnium maximè vitiosissimus, & quia veteribus libris destituebar, intactum relinquere malui, quàm coniecturis incertiorem reddere.

7. Simile est Apollinis responsum de Delo commouenda.

8. Cypro diluuium minata est alia Sibylla, pag. 296.

9. Idem vaticinium duobus versibus comprehenditur pag. 291.

10. Nihil prorsus huic versui respondet, & aliter legitur lib. 1. pag. 175.

11. Videtur expressus è simili qui extat pag. 283.

12. Quatuor sequentes vsurpauit alia Sibylla lib. 1. gag. 175.

23. Ita correxi, non longe recedens à priorum editionum scriptura ἐλεηδαις: rei gestæ certé congruenter. Nam, Spartiano teste in Adriani vita, turbæ Alexandriæ in Ægypto excitatæ sunt ob Apimnatum, apud quem collocari debent.

P. 351. 3. Forsan scribendum, κλαύσει δέ σε κῦμα λύκοιο, *Lugebit te vnda seu fluctus Lyci.* Confer cum oraculo pag. 255.

P. 352. 6. Si probum est ἐκ προμολόντα, significabit, *profugientia* scilicet ἔθνη, q. d. inter fugiendum hastas, clypeos & arma quæuis abiicient, certo indicio maximæ cladis & miseriæ. Sin minus, forte conueniet hæc lectio, ἐκ προμολῶν τε φέρουσι. *Et ex ædium vestibulis auferent aurum celatum. quod indicium est magnæ necessitatis.*

10. Versum ita saluabis, τύμπανα καὶ κρότος.

P. 359. 7. Extat apud Lactant. lib. 7. cap. 16. *His & alii*

(inquit) *pluribus malis ſolitudo fiet in terra: & erit deformatus orbis atque deſertus: quod in carminibus Sibyllinis dicitur.*

Pag. 360. 10. Similiter de ſe loquitur Sibylla in extremo primi libri pag. 212.

19. Videtur notare inceſtum cum patre commiſſum vel filium ex adulterio natum & patri ſubiectum, ideo paucis mutatis ſic legendum cenſeo, ἐπεὶ (quod ſcriptus codex agnoſcit) μῷ πατρὶ λαθοῦσα ὗα φίλον με τέδωκα. *quoniam meo patri clam carum filium dedi.* Sic pag. 351. hoc eodem libro, ἐπὶ πατρὶ κλιθεῖσα, quam dictionem ſi cui libuerit huc transferre, per me ita legat licet, ὀλέσασ' ἐπ' ἐμῷ γδ πατρὶ κλιθεῖσα, &c.

IN LIB. VIII.

P. 363. 1. Nonum librum hîc inchoat Ranconetus. At in reg. cod. primum locum obtinet. Conſtat ex Lactant. lib. de Ira cap. 23. initium hoc oraculorum ſuorum feciſſe Sibyllam aliam ab Erythræa: quam Lactantius appellat, cum eius teſtimoniis vtitur. Sic enim ſcribit: verùm quia plures (vt oſtendi) Sibyllæ à doctiſſimis auctoribus fuiſſe traduntur, vnius teſtimonium ſatis non ſit ad confirmandam, ſicut intendimus, veritatem. Cumææ quidem volumina, quibus Romanorum fata conſcripta ſunt, in arcanis habentur. Cæterarum tamen ferè omnium libelli, quo minus in vſu ſint omnibus, non vetantur. Ex quibus alia denuntians, vniuerſis gentibus iram Dei ob impietatem hominum hoc modo exorſa eſt.

Ερχομένης ὀργῆς μεγάλης ἐπὶ κοσμὸν ἀπειθῆ
Εσχατον εἰς αἰῶνα θεοῦ μlωύματα φαίνω
Πᾶσι προφητεύουσα κατὰ πόλιν ἀνθρώποισιν.

Ex duobus poſterioribus vnus cōcinnatus legitur p. 283.

7. Duos iſtos citat Theophilus in orat. 2. cum pluribus aliis, quorum ſedes eſt pag. 223 & 224.

9. Idem thema de monarchiis ſupra tractatum fuit iiſdem pœne verbis & verſibus pag. 228.

12. Vet.edit. πέμπτον, & Castalio quintum. Vtrumquè correxi fiducia codicis regij, qui præfert πέμπομαι.

15. Reg. cod. ἔξει δ' ἀκμητάς. Pithoei ἄξει δὲ ἀκμήτας. ſcribendum itaque vel ἀκμῆτας, ab ἀκμὴς, vel ἀκμήτας ab ἀκμήτης.

20. Perperam in priorib. editionib. ἄχει: rectè vett. codd. ἀρχή. Confirmatur ſimili verſu pag. 268. & altero Phocyl. ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης.

Pag.364.5. Hic iterum videtur ex Phocyclide expreſſus, ἐχθρὰ δὲ τέκνα γονεῦσιν ἀδελφοί τε συναίμοις: certè repetitur pag.368.

19. E reg. cod. ſcripſi ἑοῖς pro νεοῖς: & *tua* pro *noua* inverſione repoſui.

P.367.1. Hos duos verſus refert Lactantius lib. 1. cap. 11. & legit νεκύων, & τάφους. Atque de Iouis ſepulcro in Creta ſatis trita ſunt teſtimonia: de inſcriptione verò ſepulcri non item: nam quæ eſt in vulgatis Lactantij codicibus, ὁ ζεὺς τοῦ κρόνου, non æquè placet, atque illa antiquitatis index, quam habet optimus optimi viri cl. Puteani liber ſcriptus, ΖΑΝΚΡΟΝΟΥ.

4. Quindecim imperatores intelligit, quos primis in cuiuſque nomine literis denotauit lib.5.initio.

6. πολιόκρανος habet Pithoei codex & vet.edit.quod epithetum reſpondet τῷ ἀργυρόκρανος ſupra pag.304. vſurpato de Adriano: ſed repugnat metro. Editio Baſilienſis poſterior refert πολλύκρανος, non abſimile dictioni πολύκρανος occurrenti pag.231.2.

7. δῶρα πορίζων, *munera præbens*: quod Adrianus multa multis tum priuatis, tum populo, ſenatoribus, & equitibus largitus ſit, & tributa vrbi relaxauerit. Dio & Spartianus in eius vita.

8. Poſſet legi καὶ γυμναστὰς (vel ἀγωνιστὰς) ἀναλύσει, quod Adrianus excellentes artifices & philoſophos è medio tollere ſtuduerit. Nihil tamen immutandum cenſeo, recepta lectione non incommodum ſenſum habente.

9. Quod de magicis artibus ait, teſtatur etiam Dio his verbis, καὶ μαντείαις μαγγανείαις τε παντοδαπαῖς ἐχρῆτο, imo & magicis artibus aquam hydropicam ſibi è ventre eduxit.

11. Antineum puerum in deliciis habitum, in deos retulit Adrianus, de quo paſſim ſcriptores, Theophilus, Tatianus, Iuſtinus, Clemens Alex. Spartianus, Dio, & alij: non ſecus atque Iupiter Catamitum conſecrauit.

12. Recluſit erroris arcana, ſacra Eleuſinia Athenis inſtaurando, & Ioui templum Hieroſolymis cum alienigenis ſacris erigendo.

13. Neſcio quò reſpexit Caſtalio vertendo *quia reſte peribit.* Periit Adrianus abdomine aqua diſtento. Proinde puto λίβος pro λίνος; legendum eſt enim λίβος, aquæ ſtilla, gutta.

19. Intelligit Antoninum Pium cum liberis ſuis Marco & Lucio Antonino vero. Atque ad horum imperatorum tempora videntur Sibyllarum vaticinia ſaltem extendi: id quod etiam è lib. 5. pag. 304. videre licet.

P. 368. 1. Ad huius loci & aliorum, vbi de Neronis fuga & reditu Sibylla loquitur, intelligentiam faciunt verba Auguſtini libr. 20. de ciuit. Dei cap. 19. dictum Pauli ad Theſſalonicenſes de Antichriſti manifeſtatione explicantis. Inter alia itaque ſcribit: *Nam quid eſt, iam enim myſterium iniquitatis operatur: Tantum qui modo tenet, teneat, donec de medio fiat: & tunc reuelabitur ille iniquus? Ego prorſus quid dixerit, me fateor ignorare. Suſpiciones tamen hominum, quas vel audire vel legere de hac re potui, non tacebo. Quidam putant hoc de imperio dictum fuiſſe Romano: & propterea Paulum Apoſtolum non id apertè ſcribere voluiſſe ne calumniam videlicet incurreret, quod Romano imperio malè optauerit, cùm ſperaretur æternum, vt hoc quod dixit: Iam enim myſterium iniquitatis operatur, Neronem voluerit intelligi, cuius iam facta velut Antichriſti videbantur, Vnde nonnulli ipſum reſurrecturum, & futurum Antichriſtum ſuſpicantur. Alij verò nec eum occiſum putant, ſed ſubtractum potius, vt putaretur occiſus: &*

viuum occultari in vigore ipſius ætatis, in qua fuit, cum crederetur extinctus, donec ſuo tempore reueletur, & reſtituatur in regnum. Sed multum mihi mira eſt hæc opinantium tanta præſumptio, & cet. quæ ibidem ſequuntur apud Auguſtinum. Atqui Sibyllarum iſta eſt vaticinantium ſententia. Nam ſcribunt illæ Neronem ex vrbe Roma profugum vltra Euphratem (pag. 295.) ad Medorum & Perſarum reges peruenturum, & cum hiſce de gentis ſuæ exitio deliberaturum (pag. 312.) tandem maioribus quàm vllus vnquam regum habuit viribus & copiis inſtructum ex vltima mundi plaga rediturum, omnia ſibi ferro & igni ſubiecturum, Iſthmum quem olim fruſtra tentauerat Corintho euerſa perfoſſurum, ipſam Romam vaſtaturum, ſeque ipſum, quæ Antichriſti nota eſt, Deo æquaturum, in exitium vniuerſæ creaturæ natum, pag. 303. 319. 331.

11. Tres ſequentes citat Lactantius lib. 7. cap. 24. *Veniet ſummi & maximi Dei filius, vt viuos ac mortuos iudicet, teſtante atque dicente Sibylla*, πάσης, &c. Conueniunt cum his noſtris alioqui, niſi quod ſecundus ita verbis euariet, αὐτὸς ὁ παντοκράτωρ ὅτ' ἂν ἔλθῃ βῆμα τι κρῖναι.

Pag. 371. 6. Meminit huius Lactant. lib. 7. cap. 25. Simile fuit ſupra lib. 3.

15. Videntur tranſlati è lib. 2. pag. 211.

19. Nihil opis verſui imperfecto vett. codices tulerunt. videtur innuere ſacra matris Deorum: in quibus tympana & cymbala de collo ſuſpenſa perſonabant. Sed & ſymbolum gentilis ſuperſtitionis erat, ἐκ τυμπάνου βέβρωκα, ἐκ κυμβάλου πέπωκα, γέγονα μυστικὸς, id eſt, interprete Iulio Firmico de errore profanar. religionum, *De tympano manducaui, de cymbalo bibi, & religionis ſecreta perdidici.* quod ipſum refert etiam Clemens Alexandr. in protreptico.

23. Regius codex habet οὐχὶ χορείαις.

Pag. 372. 3. Confuſa iſta videntur, & verſus hic alieno loco poſitus.

5. Reg. codex: σὺν προτέρον: & mox: ὁρῶσαι.

11. Regius codex vnica dictione ἐκτηγρνέων; ſed hoc nihil eſt. Legendum mihi videtur ἔκτη γ̓ρνεῆ, & intelligendum de regibus ante conſules Roma eiectis: quibus multo poſt ſucceſſit Iulius Cæſar, & ſuo marte ſibi imperium acquiſiuit. Cuius poſteritas ſimiliter regnans in Nerone defecit.

19. Verſus bene corruptus. Latine reddidi Græca verba, ſed abſque vllo ſenſu. Nunc lubens legerem, φονικός γε ἐπέλθῃ πάντα χρόνοιο, *Quando ſanguinarius omnia peruaſerit tempore.* vt de Adriano, vel de Nerone intelligatur. De Adriano, quia in Ægypto, id eſt Romæ, quindecim Imperatoribus regno defunctis imperium obtinuit, vt eadem Sibylla ſupra 367. pronunciauerat, & omnibus pacatis in extremo vitæ ſuæ tempore res Iudæorum penitus oppreſſit, Hieroſolymam adeundi licentia eis ablata. Euſebius in Chron. de Nerone, qui iuxta vaticinium Sibyllarum, truculentus iſte à finibus terræ, vbi latuerat, rediturus erat, & Iudæos, Romanos, omnes denique gentes ſubacturus, vt paulo ante diximus, & ſequentia fidem faciunt.

23. Vtrumque ſcriptum exemplar exhibet πλεθεῦσα.

Pag. 375. 2. Nullibi reperio κρίπιδων. puto tamen celeritatem denotari, quemadmodum pag. 308 dixerat εἰς πλήσεται ἅλματι κούφῳ. Forte ῥιπῆσιν ſcriptum fuit, *cum impetu.* Vrbs autem quam dicit, Roma eſt, quam Nero ex Aſia reuerſus, perpetratis omnibus Antichriſti facinoribus, ſubuertet, vt habet oraculum pag. 331. De Antichriſto enim & Neronis reditu potius locus intelligendus eſt, quàm de clade orbi terrarum à Turca illata & cæde Ludouici Pannoniæ regis, vti voluit Ioannes Langius in ſuis ad Iuſtinum martyrem annotationibus, quòd nec locus nec tempus congruant,

Porro quater decies) Romani imperij finis intelligendus eſt, cum Decius 26. Imperat. vna cum filio ſuo cæſus eſt à Gotthis, à quibus poſtea deletũ eſt imperium Romanum. quoquidem Decio cæſo, Romani Gotthis, paciſcente

Gallo ſtipendium ſoluerunt, quod antea fecerant nunquam, in quo capitis diminutio & imperij amiſſio intelligitur. Hoc autem accidit anno ab vrbe condita mileſimo tertio, qui numerus ſuperat numerum à Sibylla poſitum numero quinquaginta quinque: cùm illa dicat. Romam completuram eſſe annos nongentos quadraginta octo, qui numerus eſt literarum nominis Romæ in ſermone Græco. Sed ante Decium res iam fuerat Gothis cum Romanis: & Romanorum imperium perire rectè dicitur, cùm Gotthorum (à quibus victi fuerunt) incipit. Hæc annotauerat in ſua editione Caſtalio. Sed mihi multùm mira videtur, vt cum Auguſtino loquar, hæc opinantium tanta præſumptio. nam vt mera coniectura eſt de Nerone Antichriſto, ſic leuis ſuſpicio de aduentus eius tempore & Romæ ruina è Græco nomine petita, quaſi verò vrbium interitus annorum numero ſignificetur, qui ex ipſarum nomine reſultat. Mihi itaque perſuadere non poſſum tempus illud à Sibylla definitum fuiſſe, ſed ab hariolo quodam excogitatum, cùm veritati prorſus aduerſetur: id quod ex ſequenti ratione liquet.

	ρ	100
Nomen	ω numeros habet	800
	μ	40
	η	8

qui collecti efficiunt 948. totidem inquam annos ab vrbe condita. Condita autem fuit anno mundi 4447. vt ex eo patet, quod, teſte Eutropio & eius Græco paraphraſte Pæanio, Narua imperium ineunte annus vrbis agebatur 850. qui mundi erat 5297. Quo poſito initio, vrbis annus 948. complebitur ſecundo Seueri xviii. Romanorum imperatoris anno, quo Clemens Alexandrinæ Eccleſiæ presbyter floruit, hoc eſt anno Chriſti 197. mundi verò 5395. Atqui tum temporis Romæ nihil ſiniſtri accidit, multò minus Nero è latibulo ſuo prodiit. Vt meritò verſus iſti ſuſpecti ſint, ac fortaſſe ad imita-

tionem alterius oraculi Sibyllini efficti, quod in his libris non legitur, refertur autem à Dione in vita Tiberij ac Neronis, & à nobis in fragmentis pag. 419.

8. Versus nullo sensu. reg. cod. refert βουλαῖσι τὸν ἀνκρ.

10. Nam quod olim frustra tentauerat Nero, in reditu suo perfectum dabit, vt est pag. 319.

15. Versus sequentes huc congesti sunt è paginis 291 292. & 244. vide Lactant. lib. 7. cap. 25.

Pa. 376. 12. His similia reperies lib. 1. pag. 172.

17. πτοπορθεῖς iidem qui πτολέται pag. 207.

20. Simile carmen pag. 200. lib. secundo.

24. Non noui quæ sit ἰλαρά. an eadem quæ pag. 316. Βαρκή? Sed vtrobique hæret aqua. Hesiodus similiter optat in ἔργοις καὶ ἡμέραις, ne intersit quinto hominum generi.

25. Suprà lib. 1. pag. 183. dixit sextam ætatem οὐρανίων vocari.

P. 379. 1. Omnes libri δολοφών. fortè κολοφών, id est, πέρας, Suida interprete, vt puer sacer, qui Christus est, dicatur finis & vltima linea rerum.

4. De mulieris imperio ante finem mundi regnaturæ cecinit alia item Sibylla supra pag. 220.

10. Tres sequentes versus habet Lactantius lib. 4. cap. 15. vbi in secundo scribitur, καὶ χωλῶν δρόμος ἔς' ὠκύς. Sed vetus Lactantij membrana legit, καὶ χωλῶν δρόμος ὠκύτατος. Quorum sententia verbis mutatis expressa quoque est à Sibylla lib. primi auctore pag. 188.

22. Omnino legendum est σῆμα, vt pag. 243. itidem de cometa.

13. Hi pæne iidem leguntur pag. 195. & 211.

19. Lactantius lib. 7. cap. 16. *Non erit homini promptum aut syderum cursus, aut rationem temporũ agnoscere: fiet enim vel æstas in hyeme, vel hyems in æstate.*

Pag. 380. 1. Huius acrostichidos ab Aldo & Giraldo olim editæ nulli veterum præter Augustinum & Euse-

bium meminerunt. Eandem tamen eruditi cenſent, quam Cicero viderit & legerit, vt colligunt è loco lib. de diuinatione ſecundi, quem ſupra pag. 120. præmiſimus. Sed quia de illo carmine Cicero dubitat, hæc ei Caſtalio reſpondet. Quod dicit Cicero, Sibyllam hominum temporumque definitionem callidè ſuſtuliſſe, non verè dicit. Nam ea ad finem ſecundi libri aperte dicit, tum venturum eſſe illum regem immortalem toti orbi dominaturum, cùm Roma Ægypto imperare cæpiſſet: id quod accidit paulo poſt Ciceronem, ſub Auguſto, quæ religio iam hominum animos occupauerat, cùm de reducendo in Ægyptum Ptolemæo ageretur (vt eſt in prima Familiarium epiſtolarum Ciceronis) qui Ptolemæus à Gabinio reductus eſt. Præterea in lib. 1. dicit, tum eum eſſe venturum, cùm eſſet Ioannes Baptiſta ab Herode occiſus. Ioannem vocem quandam appellans in deſerto clamantem. Sed qualis futurus eſſet ille rex, neſciuiſſe Romanos, ideo minus mirum eſt, quod ne Iudęi quidem ſciuerunt, putantes fore terreſtrem, cùm futurus eſſet diuinus & cæleſtis, id quod ex Sibylla cognoſci poteſt, cum Deum vocat, & noſtra cauſa ſupplicio affectum. Quod autem dicit de Acroſtichide Cicero, malè omnino colligit. Quaſi vero ſit difficilius Deo vates agitâti talia fundere carmina ex tempore, quàm Ennio adhibito & tempore & diligentia. Hæc Caſtalio. Ego vero etſi lubens erudito doctorum virorum conſenſui ſubſcribo, duo ſunt tamen quæ aſſenſum inhibere poſſint. Primum quod Iuſtinus Martyr, Theophilus, Antiochenus, Athenagoras, Clemens Alex. & Firmian. Lactantius, crebri Sibyllinorum oraculorum laudatores, ne verbo quidem huius acroſtichidis vſquam meminerunt. Ac de prioribus quidem excuſatio forſan aliqua afferri poſſet, de poſteriore verò, hoc eſt Lactantio, quid dicemus, quatuor verſus, tribus libri 7. interuallis ſigillatim adducente, qui in hac acroſtichide perſcripti extant? Putamus ne virum diligentiſſimum & adhibendis Sibyllæ

testimoniis accuratissimum rem tanti ad gentilium ora obstruenda momenti silentio fuisse præteriturum? immo audacter acrostichidis seriem inuersurum, & auctoritatem eius temerè eleuaturum? Nam qui versus ordine octauus per ρ incipit, ῥίψουσι, apud Lactantium per T præfixum scribitur τρίψουσι. Deinde dissensio est inter Lactantium & Augustinum atque Eusebium de auctore istorum versuum. Hi duo acrostichidem Erythrææ tribuunt, ille versuum quos citat auctorem aliam ab Erythræa expresse ponit. Sed & Augustinus ab Eusebio dissidet in acrostichidis titulo è versuum capitibus proueniẽte: quod hic vocem σταυρὸς superaddat, ille omnino non agnoscat, neque in libro de ciuit. Dei, neque in oratione ad Catechumenos. Ista inquam, me dubitare faciunt: sententiam suam forte interponent alij. Nunc afferam verba Augustini e lib. 18. de ciuitate Dei cap. 23. quibus acrostichidem exponit: *Flaccianus Sibyllæ Erythrææ codice prolato ostendit quodam loco in capitibus versuum ordinem literarum ita se habentem, vt hæc in eo verba legerentur:* Ιησοῦς χριστὸς θεοῦ υἱὸς σωτὴρ, *quod est Latinè, Iesus Christus Dei filius saluator. Hi autem versus, quorum primæ literæ istum sensum, quem diximus, reddant, sicut eos quidam Latinis extantibus versibus est interpretatus, hæc continent:*

Judicij signo tellus sudore madescet.
E cælo rex adueniet per secla futurus:
Scilicet in carne præsens vt iudicet orbem.
Vnde Deum cernent incredulus atque fidelis
Celsum cum sanctis, æui iam termino in ipso.
Sic animæ cum carne aderunt, quas iudicet ipse,
Cùm iacet incultus densis in vepribus orbis.
Reijcient simulacra viri, cunctam quoque gazam:
Exuret terras ignis, pontumque, polumque,
Jnquirens tetri portas effringet Auerni,
Sanctorum sed enim cunctæ lux libera carni
Tradetur, sontes æternum flamma cremabit.

Occultos actus retegens, tunc quiſque loquetur
Secreta, atque Deus reſerabit pectora luci.
Tunc erit & luctus, ſtridebunt dentibus omnes.
Eripitur ſolis iubar, & chorus interit aſtris.
Soluetur cælum, lunaris ſplendor obibit,
Deijciet colles, valles extollet ab imo.
Non erit in rebus hominum ſublime, vel altum.
Iam æquantur campis montes, & cærula ponti:
Omnia ceſſabunt, tellus confracta peribit.
Sic pariter fontes torrentur, fluminaque igni.
Sed tuba tunc ſonitum triſtem dimittet ab alto
Orbe, gemens facinus miſerum, varioſque labores,
Tartareumque chaos monſtrabit terra dehiſcens.
Et coram hic Domino reges ſiſtentur ad vnum.
Decidet è cælis igniſque & ſulphuris amnis.

In his Latinis verſibus de Græco vtrũque tranſlatis, ibi non potuit ille ſenſus occurrere, qui fit cum literæ quæ ſunt in eorum capitibus, connectuntur, vbi υ litera in Græco poſita eſt, quia non potuerunt verba Latina inueniri quæ ab eadem litera inciperent, & ſententiæ conuenirent. Hi autem ſunt verſus tres quintus, & octauus decimus, & nonusdecimus. Denique ſi literas, quæ ſunt in capitibus omnium verſuum connectentes, harum trium quæ ſcriptæ ſunt non legamus, ſed pro eis υ literam, tanquam in eiſdem locis ipſa ſit poſita, recordemur, exprimitur in quinque verbis: Ieſus Chriſtus Dei filius ſaluator *: Sed cùm Græcè hoc dicitur, non Latinè. Et ſunt verſus viginti & ſeptem, qui numerus quadratum ternarium ſolidum reddit. Tria enim ter ducta fiunt nouē. Et ipſa nouem ſi ter ducantur, vt ex lato in altum figura conſurgat, ad viginti ſeptem perueniunt. Horum autem Græcorum quinque verborum, quæ ſunt* Ιησῦς χρισὸς θεῦ ὑός σωτὴρ*, quod eſt Latinè,* Ieſus Chriſtus Dei filius ſaluator. *Si primas literas iungas, erit* ἰχθὺς*, id eſt piſcis, in quo nomine myſticè intelligitur Chriſtus, eo quod in huius mortalitatis abyſſo velut in aquarum profunditate viuus, hoc eſt, ſine peccato, eſſe potuerit. Hæc autem Sibylla ſiue Erythræa, ſiue, vt quidam magis credunt, Cumana, ita nihil habet in toto carmine ſuo, cuius exigua iſta particula eſt, quod*

ad deorum falsorum siue factorum cultum pertineat; quinimo ita etiam contra eos, & contra cultores eorum loquitur, vt in eorum numero deputanda videatur qui pertinent ad ciuitatem Dei.

Eadem ferè repetit tomo 6. in oratione ad catechumenos contra Iudæos, Paganos, & Arrianos.

2. ΧΡΕΙΣΤΟΣ scripsi, quod id capita versuum apud Sibyllam & Eusebium Græca, apud Augustinum Latina postularent.

4. Legunt alij ἱδρώσει γὰρ: & versu ab hoc tertio πάρος.

9. Discrepat ab Eusebiano, quem vide pag. 436.

11. Aldus ῥιψῶσι τ'. Augustinus *Reÿcient*. At Lactant. lib. 7. cap. 19 τρίψουσι δ'. non malè. plus enim ponderis habet comminui seu conteri simulacra quàm reiici.

12. Malè omittitur hic à quibusdam, vulgata nominis χριστὸς scriptura deceptis.

13. Aldus Giraldus ἰχνεύων pro φλέξει, alij ῥήξει: Euseb. ῥήξητε.

14. Eusebius & Aldus νεκρῶν pro βροτῶν. Iidem & Giraldus versu sequenti τοὺς ἁγίους. Cum nostra lectione consentit Augustinus.

19. Hic versus apud Euseb. & Aldum, itemque in reg. codice sic legitur ἐκλείψει σέλας ἠελίου, ἄστρων τε χορεῖαι, quo respexisse etiam Augustinum apparet.

21. Quæ hic strictius, fusius dicuntur pag. 271. & 279. & prorsus eadem sunt cum his Esayæ 40. & Lucæ 3. πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται, καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται. καὶ ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, καὶ αἱ τραχεῖαι εἰς ὁδοὺς λείας.

Pag. 383. 2. Euseb. οὐκ εἰς πλεῖν. Aldus οὐκ εἰς πλοῦν ἥξει. Similis sententia legitur pag. 203.

4. Lactantius lib. 7. cap. 16. *Ac ne quid malis hominum terræque desit, audietur è cœlo tuba, quod hoc modo Sibylla denuntiat.*

σάλπιγξ οὐρανόθεν (v. c. οὐρανόθι) φωνὴν πολύθρηνον ἀφήσει.

Itaque trepidabunt, & ad luctuosum illum sonitum contremiscent.

5. Aliter legitur infra ex Eusebio. Giraldus μέλλοι agnoscit pro μελέων.

6. Hunc cum sequente refert Lactant. lib. 7. cap. 20.

9. Eusebij lectio differt, quam infra vide. σφραγίδα intelligit Betuleius, cuius in Apocalypsi mentio fit.

11. Alij πρὸς κομμάτι. In versu ab hoc altero allusio est ad Psalm. ij. ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ.

14. Hos duos versus corruptos citat Eugubinus lib. 1. cap. 22. perennis philosophiæ. Reg. cod. habet ἀκροστίχοισι; alij ἀκροστίχοις; rectius ἀκροστιχίσιν.

22. Telestichiũ huius è Lactant. lib. 4. cap. 16. suppletum est, in quo vetus Cl. Puteani membrana à communi lectione differt, vt ex interpretatione addita colligitur, ἵν οἰκτροῖς ἐλπίδα δώσῃ, *vt miseris spem præbeat.*

P. 384. 1. Tres priores refert Lactantius lib. 11. cap. 13. *Mors secuta est hominem secundùm Dei sententiam: quod etiam Sibylla in carmine suo docet, dicens*; ἄνθρωπον πεπλάσθαι, &c. manuscriptus Lactantius habet ἄνθρωπον πλασθέντα. & vbi vulgata exemplaria Lactantij ὅν τε, idem ὅν και. Eosdem versus leges lib. 1. pag. 163.

4. Regius codex ἤθεσι θνητοῖς, id est, *animalibus*, vt istud vocabulum sumitur apud Homerum & Aristotel. vel eo sensu quo pag. 388. δουλεύουσιν ἀθέσμοις ἤθεσι κόσμου, moribus mundanis.

5. Huc respexit Lactantius lib. 4. cap. 6. *Idcirco illum Trismegistus* δημιουργὸν τοῦ θεοῦ *dixit, & Sibylla* σύμβουλον *appellat, quod tanta sapientia & virtute sit instructus à Deo patre, vt consilio eius & manibus vteretur in fabricatione mundi.* August. in orat. contra 5. hereses: *Alio loco filium Dei* σύμβουλον *appellat Sibylla, id est, consilium vel consiliarium. Et Propheta dicit: Vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi.* Similia hisce habes infra pag. 399.

13. Lactantius lib. 4. cap. 15. *Hæc omnia non manibus aut aliqua medela, sed verbo ac iussione faciebat, sicut etiam Sibylla prædi-*

prædixerat: πάντα λόγῳ πράσσων πᾶσάν τε νόσον θεραπεύων. *Nec vtique mirum, quod verbo faciebat mirabilia, cùm ipse esset Dei verbum, cælesti virtute ac potestate subnixum.*

14. Duo hi versus extant apud Lactant. lib. 4. cap. 15. in quorum priore scribitur στρώσει δέ.

16. In regio cod. manifesta defectus nota legitur tantùm ἐμπτύσματα φαρμακόεντα. Aliis exemplaribus visus videtur Lactātius, aut saltem alio ordine perscriptis. Nam lib. 4. cap. 18. hos recitat versus.

εἰς ἀνόμων χεῖρας καὶ ἀπίστων ὕστερον ἥξει,
δώσουσι δὲ θεῷ ῥαπίσματα χερσὶν ἀνάγνοις,
καὶ στόμασιν μιαροῖσι τὰ πτύσματα φαρμακόεντα,
δώσει δ' εἰς μάστιγας ἁπλῶς ἁγνὸν τότε νῶτον.

E quibus duo priores paulo post sequuntur. Et certè planè confusi sunt huius & sequentis paginæ versus, sed à pio lectore ad historiam miraculorum & passionis Christi attento facilè in ordinem redigi possunt. Multo concinniores sunt lib. 1. pag. 188. verbis quidem variantes, sed sensu concordantes.

18. Videtur Castalioni translatitius, nec immerito.

19. Sequentes tres referuntur à Lactantio lib. 4. cap. 18. in quorum altero legitur, τίς λόγος, ἢ πόθεν. quam lectionem Augustinus confirmat loco mox producendo.

22. Lactant. lib. 4. cap. 26. *Corona spinea capiti eius imposita, id declarabat, fore vt diuinam sibi plebem de nocentibus congregaret.* Et mox: *Electi ergo ex dumis & sentibus sanctum Dei caput cingimus,* &c.

25. Reg. codex ἐστράφη, quemadmodum legit Castalio.

P. 387. 1. Citantur hi à Lactantio lib. 4. cap. 17. vbi in futuro est λύσεται.

4. Ferè idem legitur pag. 188. Lactant. lib. 4. cap. 26. *Extendit ergo in passione manus suas, orbemque dimensus est,* &c.

5. Lactant. lib. 4. cap. 15. sic legit: ἐκ ἄρτοις ἅμα πέντε καὶ ἰχθύεσσι δυοῖσι. Scriptus tamen Lactantij cod. facit

pro Sibyilina lectione. In tertio versu Lactant. *μετὰ* pro *ἅμα*: in quarto *πολλῶν* pro *λαῶν*, quod tamen vetus membrana agnoscit, cum interpretatione, *in spe populorum.* Similia de miraculis & passione Domini habuimus supra sermone 1. & 6.

12. Aliæ editiones, *πάντα ἀκούων.* Sunt autem hæc ex Psalmis desumpta.

Hi duo non stant suo loco, vt è Lactant. lib. 4. cap. 18. supra allegato apparet.

19. Lactantius profert lib. 4. cap. 18. & Dauid Psal. 73. *Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potum mihi dederunt acetum.*

21. Adiice articulum *τὸ*, vt in terrio loco sit proceleusmaticus, in vulgatis Lactantij libris cap. 19. lib. 4. est *ναοῦ δὲ σχισθήσεται πέτασμα*: in scripto opt. notæ, *ναοῦ δὲ σχισθῇ τὸ πέτασμα.*

Pag 388. 3. Deest in scriptis libris: sed extat cum sequẽtibus duobus apud Lactant. lib. 4. cap. 19. quo loci libri editi *ἀνακύψας* habent vel *ἀναδείξας*: manuscriptus itidem, vt Sibylla *ἀναλύσας*. Hos versus cum aliquot prægressis Latinos fecit Augustinus lib. de ciuit. Dei 18. cap. 23. quos vt cum Græcis conferre possis, adscribendos duxi. *Inserit autem Lactantius operi suo quædam de Christo vaticinia Sibylliæ, quamuis non exprimat cuius. Sed quæ sigillatim ipse posuit, ego arbitratus sum coniunctim esse ponenda, tanquã vnum sit prolixum, quæ ille plura commemorauit & breuia. In manus iniquas, inquit, infidelium postea veniet. Et dabunt Deo alapas manibus incestis, & impurato ore expuent venenatos sputus. Dabit verò ad verbera simpliciter sanctum dorsum. Et colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoscat, quod verbum, vel vnde venit, vt inferis loquatur, & corona spinea coronetur. Ad cibum autem fel, & ad sitim acetum dederunt, inhospitalitatis hanc monstrabũt mensam. Ipsa enim insipiens gens tuum Deum non intellexisti, ludentem mortalium mentibus, sed & spinis coronasti, & horridum fel miscuisti. Templi verò velum scindetur, & medio die nox erit tenebrosa nimis in tribus horis. Et morte morietur tribus diebus somno*

ſuſcepto. Et tūc ab inferis regreſſus ad lucem læuam veniet primus, reſurrectionis principio reuocatis oſtenſo. Iſta Lactant. carptim per interualla diſputationis ſuæ, ſicut ea poſcere videbantur, quæ probare intenderat, adhibuit teſtimonia ſibyllina; quæ nos nihil interponentes, ſed in vnam ſeriem connexa ponentes, ſolis capitibus, ſi tamen ſcriptores deinceps ea ſeruare non negligant, diſtinguenda curauimus.

6. Confer iſta cum ſimilib. pag. 187.

12. Vterque codex ἀντολίην τε, δύσιν, &c. vt pag. 216. vbi hic verſus Adami nomini adaptatur.

13. Idem cod. πάσα γῆ. ſcribe πάσῃ γῆ.

15. Zachariæ ix. Lactantius hæc de ſecundo aduentu interpretatur, quæ Propheta de primo dixit.

18. Apud Lactantium lib. 7. cap. 18. præcedit hemiſtichium hoc, ἡμετέρας δουλείας. Vnde apparet locum mancum eſſe. Item pro δοῦλον legitur ζυγόν. Forte ita reponendum erit hemiſtichium, ἵνα ἡμετέρας δουλείας ζεῦγος δυσβ.

20. Lactantius lib. 4. cap. 6. citat & legit σὸν pro σοῦ, Auguſtinus quoque in orat. contra quinque hæreſes: *Sibylla dicit, Ipſum tuum cognoſce Deum, Dei filium eſſe. Verſus iſte & paganū increpat & Iudæum.* Et mox: *Increpat te Sibylla dicens: Ipſum tuum cognoſce dominum Dei filium eſſe. Ipſum tuum cognoſce Deum, ipſum, non alium, non Martem, non Iouem, non Mercurium.*

24. Reg. cod. σοί ἐθίμοις pro σοι μύθοισιν.

391. 3. Sequentes verſus pœnè eoſdem vel leuiter immutatos habuimus pag. 200. 203: 223. ſed non eodem ordine.

6. Placet lectio paginæ 200. εἰς ἓν συῤῥήξουσι. & ſequ. verſu θαλάσσῃ pro φωστήρων. Reg. codex claudit carmen ita, πάντ' ἀπολεῖται.

18. Septem proximi legebantur quoque lib. 11. pag. 211.

Pap. 392. 2. Hoc verſu vſus eſt Apollo in oraculo Crœſo dato.

5. E reg. codice ſcribe φῦλα, *genera*, animalium quæ

ſequuntur. 9. Et Pſalmo. 14. Hunc verſum Apollo itidem Crœſo reſpondit.

17. Aliquantulum variatus legitur in procœmio ex Theophilo pag.155. Sic Orpheus apud Euſebium, & Stoici apud Plutarchum, ζεὺς ἀρχὴ ζεὺς μέσσα, Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται.

17. Iuſtum aliter refert Lactantius lib. 1. cap. 6. *Item alia (inquit) Sibylla, quæcunque eſt, cum perferre ſe ad homines Dei vocem diceret, ſic ait:* εἷς μόνος εἰμὶ θεός, καὶ οὐκ ἔστιν θεὸς ἄλλος. At in ſcripto Lactantij codice ſcribitur, μόνος γὰρ θεὸς εἰμί. Doctiſſimus Ranconetus legendum cenſuit, ὃς μόνος ἐστὶ θεός.

Pag. 395. 13. Forte legendum κωφοὶ κ' ἀνόητοι. Huc enim reſpexiſſe videtur Lactant. lib. 5. cap. 14. ſic ſcribens: *Vanarum religionum cultores eadem ſtultitia id obiiciunt, qua verum Deum non intelligunt, quos Sibylla Erythræa* κωφοὺς καὶ ἀνοήτους *vocat, ſurdos ſcilicet & excordes, qui nec audiant diuina, nec ſentiant, ſed terram digitis ſuis imaginatam metuant & adorent.*

17. Priores editiones, αὐτοῖς, & mox ſcripti cod. ἔριψεν. forte ἔριψεν, *ipſos proiecit*, vel αὐτοὺς ἔριψαν, *ſeipſos iecere.* nec opus eſt ρ geminari, vt oſtenſum eſt in oraculis veteribus.

18. Allegat hunc verſum Lactantius lib. 2. cap. 11. aitque Platonem quoque humanam formã θεοειδῆ ſtatuere.

20. Idem argumentum tractatur infra pag. 407.

Pag. 396. 2. reg. cod. πάντα ἐλέγξῃ. Sequens verſus non abſimilis eſt alij pag. 203. & 223.

4. Quatuor proximorum verſuum auctorem facit Lactant. lib. 7. cap. 20. eam Sibyllam, cuius verſus duo illi ſunt, quos ibidem ex acroſtichide recitauit. Sunt autem parum diuerſi à ſibyllinis noſtris:

οὐρανὸν εἱλίξας (vet. εἱλίξω,) γαίης κευθμῶνας ἀν οἴξω,
καὶ τότ' ἀναστήσω νεκροὺς μοῖραν ἀναλύσας
καὶ θανάτου κέντρον, καὶ ὕστερον εἰς κρίσιν ἄξω,
κρίνων εὐσεβέων καὶ δυσσεβέων βίον ἀνδρῶν.

12. Reg.cod. τὺς ὁσίως. ſic pag.196. τοῖς ὁσίως ζῶσιν.

15. Vide num ſcribendum ſit ἐρεῖ pro ἔρις, vt eſt pag. 211.vbi etiam ſequentia carmina reperies.

21. Reg. cod. αὐτογέννητος. vel igitur deme alterum ν, vel ſcribe αὐτογενής. vide Lactant.lib.1.cap.7.

22. Vetus editio & ſcripti codices referunt οὐρανοῦχος.

Pag. 399. 3. ἠερινικῆς lectori relinquo. Reg. cod. habet ἐρικινῆς ὁ χαλάζης.

7. Verſus iuſto maior eſt. amputandum videtur σῷ παιδί. Et ſine dubio hæc & ſequentia notha ſunt.

23. Reg.cod. σὺ σιωπήσειο. Et ſtatim non malè ſcriberetur ὑπ' ἀνάγκη.

Pag.400.4. Reg. cod. ἀρχάγγελος.Item verſu prox. πέξη pro δέξαι.

Pag. 401. 24. Caſtalio rationem reddit ſuæ verſionis his verbis: λόγος ſermonem & rationem declarat, ſiue conſilium quoddam, & prudentiam ac mentem, per quam Deus agat, ſicut homines ſermone & ratione agunt, cuius verbi vis quoniam Latinè vno verbo ſatis exprimi non poteſt, vſus ſum Græco. Bethlehem autem Hebræis domum panis ſignificat, in quo oppido natus eſt noſter ille conditor,altor,ſeruator,Dei filius IESVS CHRISTVS, Deus ſummis laudibus celebrandus in ſempiternum.

Pag. 403. 6. In reg. cod. ita ſcriptus extat hic verſus, μωησὴν εὐφροσύνης ἐπὶ θρησκείησιν ἔχοντες. Cui ſubiungebantur ſequentes quindecim ſine vllo interſtitio.

9. Verſus conſtabit, ſi οὔποτε legamus: vt & ab hoc tertius, ſi ἀτάρ.

17. Et hic conſtabit, ſi ποιῆσι ſcribamus.

Pag. 404. 6. Hos cum Phocylide conferendos tuæ induſtriæ relinquo. Sunt enim aliqua diuerſa, & ex iis alicubi Phocylidem corrigere licet.

FINIS.

Extraict du Priuilege du Roy.

HENRY par la grace de Dieu Roy de France & de Nauarre, à nos amés & feaux conseillers, & gens tenans nos Cours de Parlemens de Paris, Tolose, Roüan, Bourdeaux, Dijon, Aix, Grenoble & Bretaigne, Baillifs, Preuosts & Seneschaux desdits lieux, & à tous nos autres officiers salut. Receu auōs l'hūble supplicatiō de nostre bien-amé Abel Langelier, marchand Libraire iuré en l'vniuersité de Paris, contenāt qu'il a recouuert vn liure intitulé *Sibyllina oracula, ex vett. codd. aucta, renouata, & notis illustrata à D. Iohāne Opsopœo Brettano*, lequel il voudroit volontiers faire imprimer, mais il doubte qu'autres Imprimeurs ou Libraires que luy ne voulussent faire le semblable, & le frustrer par ce moyen de ses labeurs, fraiz & despens, si par nous ne luy estoit pourueu & permis d'iceluy imprimer. Pour ces causes desirant iceluy Langelier n'estre frustré de ses labeurs, fraiz & despens, luy auons par ces presentes permis & permettons pouuoir de faire imprimer ou imprimer ledit liure, auec inhibitions & defenses à tous autres Libraires & Imprimeurs de nostre Royaume, de l'imprimer ou faire imprimer & mettre en vente sans le vouloir, congé & consentement dudit Langelier, & ce iusques à dix ans prochains venans, à conter du iour & datte que l'impression premiere dudit liure sera acheuée d'imprimer, sur peine de confiscation desdits liures, d'amende arbitraire, despens, dommages & interests dudit Langelier. Si vous mandons & à chacuns de vous commettons endroict soy, si comme à luy appartiendra, que de nos presens priuileges, & de tout le contenu en iceluy, vous faictes & souffriez iceluy suppliant iouyr, & vser plainement & paisiblement, ensemble ceux qui auront charge de luy,

& à ce faire souffrir & obeyr, contraigniez ceux qui seront à contraindre par toutes voyes & manieres deuës & raisonnables. Voulans qu'en mettant par le suppliant à la fin ou au commencement desdits liures le contenu en nostre present priuilege, il soit tenu pour deuëment signifié, car tel est nostre plaisir. Donné à Paris l'onziesme iour du mois de Septembre, l'an de grace mil cinq cẽs quatre vingts dix-neuf.

Par le Conseil.

Signé,

RAMBOVILLET.

ORACVLA MAGICA ZOROASTRIS CVM SCHOLIIS PLETHONIS ET Pſelli nunc primum editi.

E BIBLIOTHECA REGIA.

Studio Johannis Opſopoei.



PARISIIS,

M. DC. VII.

TESTIMONIA VETERVM ALIQVOT SCRIPTORVM DE ZOROASTRE.

E Platonis Alcibiade primo:

Ἐπειδὰν δὲ ἑπτέτεις γένωνται οἱ παῖδες, ἐπὶ τοὺς ἵπ-
πους καὶ ἐπὶ τοὺς τούτων διδασκάλους φοιτῶσι καὶ ἐπὶ τὰς
θήρας ἄρχονται ἰέναι. δὶς ἑπτὰ δὲ γενομένων ἐτῶν, τὸν
παῖδα παραλαμβάνουσιν οὓς ἐκεῖνοι βασιλείους παιδα-
γωγοὺς ὀνομάζουσιν. εἰσὶ δὲ ἐξειλεγμένοι Περσῶν οἱ ἄρι-
στοι δόξαντες ἐν ἡλικίᾳ τέτταρες. ὅτε σοφώτατος, καὶ ὁ δι-
καιότατος, καὶ ὁ σωφρονέστατος, καὶ ὁ ἀνδρειότατος. ὧν ὁ μὲν
μαγείαν τε διδάσκει τὴν Ζωροάστρου τοῦ Ὡρομάζου. (ἔστι δὲ τοῦ
θεῶν θεραπεία) διδάσκει δὲ καὶ τὰ βασιλικά. id est.

Pueri cū ſeptimum annum tranſgreßi fuerint, tum equos conſcendunt, & equorū magiſtros adeunt, & venari incipiunt. anno autem decimo quarto puerum ſuſcipiunt ij quos illi regios pædagogos appellāt. Sunt vero ij e Perſis ſelecti quatuor conſtantis ætatis viri, & ſapientißimus, & æquißimus, & temperantißimus, & fortißimus, quorum primus magiam docet Zoroaſtri Horomazi filij. Hac autem in re cultus deorum verſatur. docet etiam & ille regia inſtituta.

E Clement. Alexandr. Strom.

Ζωροάστρην τὸν μάγον τὸν Πέρσην ὁ Πυθαγόρας ἐδήλωσεν. βίβλους ἀποκρύφους τἀνδρὸς τοῦδε οἱ τὴν Προδίκου μετιόντες αἵρεσιν, αὐχοῦσι κεκτῆσθαι. *id est.*

Pythagoras manifestauit Zoroaſtrem magum illum Perſam. Huius viri libros ſecretos penes ſe eſſe gloriantur Prodici ſectatores.

Ex Euſebij lib. x. de præp. Euang.

Ἀπὸ δὲ Μωσέως πάλιν ἀνιὼν ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος ζωῆς Ἀβραάμ, εὑρήσεις ἔτη φέ. τούτων δὲ ἀπὸ τοῦ δηλωθέντος ἔτους τῆς Κέκροπος βασιλείας τὸν ἀνωτέρω χρόνον ἀπαριθμούμενος, ἐπὶ Νῖνον ἥξεις τὸν Ἀσσύριον. ὃν πρῶτόν φασιν ἁπάσης τῆς Ἀσίας πλὴν Ἰνδῶν κεκρατηκέναι, οὗ Νῖνος ἐπώνυμος πόλις, ἣ Νινευὴ παρ' Ἑβραίοις ὠνόμασται, καθ' ὃν Ζωροάστρης ὁ μάγος Βακτρίων ἐβασίλευσε. *id eſt.*

A Moſe vero vſque ad primum annum vitæ Abraham quingentos ac quinque annos comperio: quos ſi à Cecropis regno ad ſuperiora auferas, ad Aſſyrium Ninum tandem peruenies, quem aiũt primum toti Aſiæ, India ſolũ excepta, regnaſſe: à cuius nomine ciuitas Ninus appellata eſt, quam Iudæi Niniuen dicunt. eo tempore Zoroaſtres magus apud Bactrios regnabat.

E SVIDA

E SVIDA.

Ζωροάστρης, Περσομήδης, σοφὸς παρὰ τοῖς ἐν τῇ ἀστρονομίᾳ, ὃς καὶ πρῶτος ἤρξατο τοῦ παρ' αὐτοῖς πολιτευομένου ὀνόματος τῶν μάγων. ἐγένετο δὲ πρὸ τῶν Τρωϊκῶν ἔτεσι φ'. φέρεται δὲ αὐτοῦ περὶ φύσεως βιβλία δ'. περὶ λίθων τιμίων ἕν, ἀστεροσκοπικὰ ἀποτελεσματικὰ βιβλία ε'. *id est*

Zoroastres Persomedus, sapiētia superior astronomis, primus auctor recepti apud illos magorum nominis. Bellū Troianū antecessit annis D. Circumferuntur eius libri IIII. de natura: de gemmis I. prædictionū ex inspectione stellarum libri V.

EX EODEM.

Ἀντισθένης Ἀθηναῖος συνέγραψε τόμους δέκα. πρῶτον μαγικόν. ἀφηγεῖται δὲ περὶ Ζωροάστρου τινὸς μάγου εὑρόντος τὴν σοφίαν. τοῦτο δέ τινες Ἀριστοτέλει, οἱ δὲ Ῥόδωνι ἀνατιθέασιν. *id est.*

Antisthenes Atheniensis conscripsit tomos X. primū magicum, in quo narratio est de Zoroastre, illius doctrinæ authore. quod opus alij Aristoteli, alij Rhodoni adscribunt. Item.

Μάγοι παρὰ Πέρσαις οἱ φιλόσοφοι καὶ φιλόθεοι. ὧν ἦρχε Ζωροάστρης, καὶ μετὰ τοῦτον κατὰ διαδοχὴν Ὠστάναι καὶ Ἀστράμψυχοι. *id est.*

Magi apud Persas dicuntur sapientiæ & dei amatores, quorum princeps Zoroastres fuit, cui Ostanæ & Astrampsychi successerunt.

E Plinij Nat. hist. lib. VII. cap. XVI.

Risisse eodem die quo genitus esset, vnum hominem accepimus Zoroastrem. Eidem cerebrum ita palpitasse, vt impositam repelleret manum, futuræ præsagio scientiæ.

Ex eodem lib. XXX. cap. I.

Magia sine dubio orta in Perside a Zoroastre, vt inter auctores conuenit. Sed vnus hic fuerit, an postea & alius, non satis constat. Eudoxus, qui inter sapientiæ sectas clarissimam vtilissimamque eam intelligi voluit, Zoroastrem hunc sex milib. annorum ante Platonis mortem fuisse prodidit. Sic & Aristoteles. Hermippus qui de tota ea arte diligētissime scripsit, & vicies centum millia versuum à Zoroastre condita, indicibus quoque voluminum eius positis explanauit, præceptorem, à quo institutum diceret, tradidit Azonacē, ipsum vero V. millibus annorum ante Troianum bellum fuisse.

E lib. XI. cap. XLII.

Tradūt Zoroastrem in desertis caseo vixisse annis viginti, ita temperato, vt vetustatem non sentiret.

E Marcellini lib. XLIII.

Magiā opinionum insignium auctor amplissimus Plato, Machagistiam esse verbo mystico docet, diuinorum incorruptissimum cultum, cui sciētiæ

tiæ ſæculis priſcis multa ex Chaldæorum arcanis Bactrianus addidit Zoroaſtres: deinde Hyſtaſpes prudentiſſimus Darij pater, qui cũ ſuperioris Indiæ ſecreta fidentius penetraret, ad nemoroſam quandam venerat ſolitudinem, cuius tranquillis ſilentiis præcelſa Bracmanorum ingenia potiuntur: eorumque monitu rationes mundani motus & ſiderum, puroſque ſacrorum ritus quantum colligere potuit eruditus, ex his quæ didicit, aliqua ſenſib. magorum infudit: quæ illi cum diſciplinis præſentiendi futura per ſuam quiſque progeniem poſteris ætatib. tradunt.

FRAGMENTA QVÆDAM ZOROASTRIS.

Et Plutarchi lib. de Iſide & Oſiride.

Νομίζουσι οἱ μὲν θεοὺς εἶναι δύο, καθάπερ ἀντιτέχνους τὸν μὲν γὰρ ἀγαθῶν, τὸν δὲ φαύλων δημιουργόν. οἱ δὲ τὸν μὲν ἀμείνονα, θεόν, τὸν δὲ ἕτερον, δαίμονα καλοῦσιν ὥσπερ Ζωροάστρις ὁ μάγος, ὃν πεντακισχιλίοις ἔτεσι τῶν Τρωϊκῶν γεγονέναι πρεσβύτερον ἱστοροῦσιν. οὗτος οὖν ἐκάλει τὸν μὲν Ὡρομάζην, τὸν δὲ Ἀρειμάνιον· καὶ προσαπεφαίνετο, τὸν μὲν ἐοικέναι φωτὶ μάλιστα τῶν αἰσθητῶν, τὸν δὲ ἔμπαλιν σκότῳ καὶ ἀγνοίᾳ, μέσον δὲ ἀμφοῖν τὸν Μίθρην εἶναι· διὸ καὶ Μίθρην Πέρσαι τὸν μεσίτην ὀνομάζουσιν. ἐδίδαξε μὲν τῷ

εὐκταῖα θύειν καὶ χαριστήρια, τῷ δ' ἀποτρόπαια καὶ σκυθρωπά. πόαν γάρ τινα κόπτοντες ὄμωμι καλουμένην ἐν ὅλμῳ, τὸν ᾅδην ἀνακαλοῦνται καὶ τὸν σκότον· εἶτα μίξαντες αἵματι λύκου σφαγέντος, εἰς τόπον ἀνήλιον ἐκφέρουσι καὶ ῥίπτουσι. καὶ γὰρ τῶν φυτῶν νομίζουσι τὰ μὲν τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ, τὰ δὲ τοῦ κακοῦ δαίμονος εἶναι. καὶ τῶν ζώων ὥσπερ κύνας καὶ ὄρνιθας καὶ χερσαίους ἐχίνους, τοῦ ἀγαθοῦ· τοῦ δὲ φαύλου, τοὺς ἐνύδρους εἶναι. διὸ καὶ τὸν κτείναντα πλείστους εὐδαιμονίζουσιν. οὐ μὴν κἀκεῖνοι πολλὰ μυθώδη περὶ τῶν θεῶν λέγουσιν. οἷα καὶ ταῦτά ἐστιν, ὁ μὲν Ὡρομάζης ἐκ τοῦ καθαρωτάτου φάους, ὁ δὲ Ἀρειμάνιος ἐκ τοῦ ζόφου γεγονὸς, πολεμοῦσιν ἀλλήλοις. καὶ ὁ μὲν ἓξ θεοὺς ἐποίησε (τὸν μὲν πρῶτον εὐνοίας, τὸν δὲ δεύτερον ἀληθείας, τὸν δὲ τρίτον εὐνομίας· τῶν δὲ λοιπῶν, τὸν μὲν σοφίας, τὸν δὲ πλούτου, τὸν δὲ τῶν ἐπὶ τοῖς καλοῖς ἡδέων δημιουργόν) ὁ δὲ τούτοις ὥσπερ ἀντιτέχνους ἴσους τὸν ἀριθμόν. εἶθ' ὁ μὲν Ὡρομάζης τρὶς ἑαυτὸν αὐξήσας ἀπέστησε τοῦ ἡλίου τοσοῦτον ὅσον ὁ ἥλιος τῆς γῆς ἀφέστηκε, καὶ τὸν οὐρανὸν ἄστροις ἐκόσμησεν. ἕνα δὲ ἀστέρα πρὸ πάντων, οἷον φύλακα καὶ προόπτην ἐγκατέστησε, τὸν σείριον. ἄλλους δὲ ποιήσας τέσσαρας καὶ εἴκοσι θεοὺς, εἰς ᾠὸν ἔθηκεν. οἱ δ' ὑπὸ τοῦ Ἀρειμανίου γενόμενοι, καὶ αὐτοὶ τοσοῦτοι, διατρήσαντες τὸ ᾠὸν γανωθὲν * ἀναμέμικται τὰ κακὰ τοῖς ἀγαθοῖς. ἔπεισι δὲ χρόνος εἱμαρμένος, ἐν ᾧ τὸν Ἀρειμάνιον λοιμὸν ἐπάγοντα καὶ λιμὸν ὑπὸ τούτων ἀνάγκη φθαρῆναι παντάπασι καὶ ἀφανισθῆναι, τῆς δὲ γῆς ἐπι-

πέδου

πέδου καὶ ὁμαλῆς γενομένης, ἕνα βίον καὶ μίαν πολιτείαν ἀνθρώπων καὶ μακαρίων καὶ ὁμογλώσσων ἁπάντων γενέσθαι. *id eſt.*

Exiſtimant alij duos eſſe deos, quaſi contrariis deditos artib. vt bona alter, alter mala opera conficiat. alij eum qui eſt melior, deum: qui deterior, dæmonẽ dicunt. In qua ſententia fuit Zoroaſtres magus, quem narrant 1ↃↃ.*annis antiquiorẽ bello Troiano extitiſſe. Is ergo Zoroaſtres melioris nomen Oromazam, peioris Arimanium perhibuit. addiditq; hoc enuntiatum de rebus ſub ſenſum cadentibus, illum maximè ſimilem eſſe luci, hunc tenebris & ignorationi. mediũ horum eſſe Mithrã. quæ cauſa eſt quod Mithram Perſæ meſiten,*i.mediatorem ſeu intermediũ *nuncupant. Docuitq; votiuas & pro gratiis agendis oblatas victimas illi immolandas: huic auerruncandi mali cauſa inſtitutas & tetricas. herbam enim quandam omomi appellatam, in mortario tundẽtes, Ditem inuocant & Tenebras: tum admixto lupi iugulati ſanguine, efferunt & abiiciunt in locum quo ſolis radij non pertingunt. Nam & de ſtirpibus ita iudicant, quaſdam boni dei eſſe, mali quaſdam genij: & animalium alia, vt canes, aues, & echinos terreſtres bono, aquaticos malo adiudicãt. Itaque & beatum eum prædicant qui plurimos interfecerit.*

Enimuero illi quoq; multa de diis fabulosa narrãt: cuius generis est quod referam. Oromazẽ natum aiunt e luce purißima Arimaniũ e caligine eos bellum inter se gerere. sex deos fecisse Oromazẽ: primum beneuolentiæ, secũdum veritatis, tertiũ æquitatis, reliquos sapientiæ, diuitiarum & voluptatis quæ honesta cõsequitur opificem. Deinde Oromazẽ sese triplicasse, & à sole tanto se interuallo remouisse quanto à terra sol abest. ac cælum stellis decorasse, vnamque ante alias tanquam custodem & speculatorem constituisse sirium, alios porro XXIV. *deos condidisse, & in ouo posuisse. At totidem numero factos ab Arimanio ouum illud perforasse * hinc mala bonis esse permixta. Appetere porro tempus fatale quo necesse sit peste & fame ab his adducta Arimanium omnino perdi atque aboleri, terraque æquabili & plana facta vnã vitam vnamque ciuitatem beatorum hominum vniuersorum, vnaque lingua vtentium fore.*

Ex eodem de defectu oraculorum.

Ἐμοὶ δὲ δοκοῦσι πλείονας λῦσαι καὶ μείζονας ἀπορίας, οἱ τὸ τῶν δαιμόνων γένος ἐν μέσῳ θεῶν καὶ ἀνθρώπων θέντες, καὶ τρόπον τινὰ τὴν κοινωνίαν ἡμῶν συνάγον εἰς ταὐτὸ καὶ συνάπτον ἐξευρόντες· εἴτε μάγων τῶν περὶ Ζωροάστρην ὁ λόγος οὗτός ἐστιν, εἴ τε Θρᾴκιος ἀπὸ Ὀρφέως

φέως, ἢ Αἰγύπτιος, ἢ Φρύγιος. *id est.*

Mihi autem videntur pluribus atque maioribus ſatisfeciſſe dubitationibus, qui genus dæmonum inter deos & homines poſuerunt. modo enim excogitarunt quo humanum genus diuino coniungitur. Laudandus ergo eſt qui primo inuenit, ſiue Zoroaſter, vt dicitur, ſiue Orpheus, ſiue quidam Phryx, aut Ægyptius.

Ex Euſeb. præp. Euang. lib. 1. cap. vlt.

Ζωροάστρης δὲ ὁ μάγος ἐν τῇ ἱερᾷ συναγωγῇ τῶν Περσικῶν φησὶ κατὰ λέξιν. ὁ δὲ θεός ἐστι κεφαλὴν ἔχων ἱέρακος. οὗτος ἐστιν ὁ πρῶτος ἄφθαρτος, ἀΐδιος, ἀγέννητος, ἀμερὴς, ἀνομοιότατος, ἡνίοχος παντὸς καλοῦ, ἀδωροδόκητος, ἀγαθῶν ἀγαθότατος, φρονίμων φρονιμώτατος, ἔστι δὲ καὶ πατὴρ εὐνομίας καὶ δικαιοσύνης, αὐτοδίδακτος, φυσικὸς, καὶ τέλειος, καὶ σοφὸς, καὶ ἱεροῦ φυσικοῦ μόνος εὑρετής. *id eſt.*

Sed Zoroaſtres quoque magnus in libro ſacro, in quo res Perſicas collegit, hæc ad verbum ſcribit: Deus caput accipitris habet. is incorruptibilium primus eſt, ſempiternus, ingenitus, expers partiũ, ſibi ipſi ſimilibus, bonorum omnium auriga, munera non expectans, optimus, prudentiſsimus, pater iuris, ſine doctrina iuſtitiam perdoctus, natura perfectus, ſapiens, ſacræ naturæ vnicus inuentor.

MAGORVM QVI A ZOROASTRE PRODIERE ORACVLA.

Exquiræ animæ viam, vnde aut qua ratione, vbi corpori inseruieris, eandem rursus in locum à quo fluxisti extolles sacro sermoni opus adiungens.

Neque deorsum vergas: præcipitium in terra subiacet, trahens te de limine habente septem meatus, subter quod horrendi fati sedes est.

Tuum enim vas bestiæ terræ incolent.

Tu porro noli fato dare incrementum: neque enim à præfectura summi Dei imperfectum quid procedit.

At vero animus paternus voluntatem illius *animæ* non admittit, donec exierit ab obliuione, & verbum dixerit, memoria tenens sanctum paternum symbolum.

Properandũ tibi est ad lumen & splendorem

ΜΑΓΙΚΑ ΛΟΓΙΑ ΤΩΝ ΑΠΟ ΤΟΥ ΖΩΡΟΑΣΤΡΟΥ ΜΑΓΩΝ.

Δίζεο σὺ ψυχῆς ὀχετὸν, ὅθεν, ἢ τίνι τάξει, (ης,
Σώματι θητεύσας, ἐπὶ τάξιν ἀφ' ἧς ἐῤῥύ-
Αὖθις ἀναστήσεις, ἱερῷ λόγῳ ἔργον ἑνώσας.
Μὴ δὲ κάτω νεύσῃς· κρημνὸς κατὰ γῆς ὑπόκειται,
Ἑπταπόρου σύρων κατὰ βαθμίδος, ἣν ὑπὸ,
Ἀνάγκης θρόνος ἐστί. δεινῆς
Σὸν γὰρ ἀγγεῖον θῆρες χθονὸς οἰκήσουσιν.
Μὴ σύ γ' αὔξανε τὴν εἱμαρμένην·
Οὐ γὰρ ἀπὸ πατρικῆς ἀρχῆς ἀτελές τι
τροχάζει. (νοῦς,
Ἀλλ' οὐκ εἰσδέχεται κείνης τὸ θέλειν πατρικὸς
Μέχρις ἂν ἐξέλθῃ λήθης, καὶ ῥῆμα λαλήσῃ
Μνήμην ἐνθεμένη πατρικοῦ συνθήμα-
τος ἁγνοῦ.
Χρή σε σπεύδειν πρὸς τὸ φάος, καὶ πρὸς
πατρὸς αὐγὰς,

Ἔνθεν ἐπέμφθη σοι ψυχὴ πολὺν ἑσσαμένη νοῦν.

Αὐτοῖς δὲ χθὼν κατοδύρεται ἐς τέκνα μέχρις.

Ψυχῆς ἐξωστῆρες ἀνάπνοοι εὔλυτοί εἰσιν.

Λαιῆς ἐν λαγόσιν κοίτης, ἀρετῆς πέλε πηγή,
Ἔνδον ὅλη μίμνουσα, τὸ παρθένον οὐ προϊεῖσα.

Ψυχὴ ἡ μερόπων θεὸν ἄγξει πως ἐς ἑαυτήν,
Οὐδὲν θνητὸν ἔχουσα, ὅλη θεόθεν μεμέθυσται·
Ἁρμονίαν αὐχεῖ γάρ, ὑφ' ἧ πέλε σῶμα βρότειον.

Ὅτι ψυχὴ πῦρ δυνάμει πατρὸς οὖσα φαεινόν,
Ἀθανάτός τε μένει, καὶ ζωῆς δεσπότις ἐστί,
Καὶ ἴσχει κόσμου πολλὰ πληρώματα κόλπων.

Ζήτησον παράδεισον.

Μὴ πνεῦμα μολύνῃς, μηδὲ βαθύνῃς τὸ ἐπίπεδον.

Ἔστι καὶ εἰδώλῳ μερὶς εἰς τόπον ἀμφιφάοντα.

Μὴ δὲ τὸ τῆς ὕλης σκύβαλον κρημνῷ καταλείψῃς.

Μὴ ἐξάξῃς, ἵνα μὴ ἐξιοῦσα ἔχῃ τι.

Ἐκτείνας πύρινον νοῦν

rem patris, vnde miſſa eſt anima, multam complexa mentem.

Ipſos terra deflet vſque ad filios.

Expulſores animæ, reſpirare facientes, ſunt ſolubiles.

Siniſtris in ilibus cubilis, vis virtutis intus eſt, intus tota manens, virginitatem non proiiciens.

Anima hominum deum vehementer ad ſeipſam coniunget, nihil mortale habens, tota diuinitus inebriata eſt: harmoniam enim iactat, in qua eſt humanum corpus.

Quoniam anima ignis eſt lucidus poteſtate Patris, manet immortalis, & vitæ eſt domina: & quoniã habet multas cõſummationes ſinuum mũdi, quærito paradiſum.

Ne ſpiritum cõſpurces, neve illum planum & æquabilem in profundum deprimas.

Eſt & ſimulacro animæ pars in loco vndique fulgenti & perſpicuo.

Neque materiæ craſſamentum in præcipitio deſeras.

Ne educas animam, ne exiens *e corpore* habeat aliquid *periculi*.

Si extenderis igneam mentem ad opus cul-

tus diuini, fluxum etiam corpus tueberis.

Certe ex ſinibus terræ prodeunt canes terreſtres, nunquam demonſtrantes verum ſignum homini mortali.

Naturalis ratio ſuadet eſſe dæmonas ſanctos, etiam malæ materiæ germina frugi ac bona.

Vltrices furiæ homines conſtringunt.

Animæ profunditas immortalis imperet: oculos vero prorſus totos expāde ſurſum verſus,

O homo machinamentum naturæ confidentiſſimæ.

Si ſæpius mihi loquutus fueris, prorſus videbis memorabilem. neque enim cœleſtis, curuaque & deuexa apparet tunc tibi moles. ſtellæ non ſplendent, lunæ lumen tectum eſt, terra non ſtat, videntur vero omnia eſſe fulmina.

Ne vocaueris imaginem naturæ ipſius Dei per ſe conſpicuam.

Ἔργον ἐπ' εὐσεβίης, ῥευστὸν καὶ σῶμα σαώσεις.
Ἐκ δ' ἄρα κόλπων γαίης θρώσκουσ' οὔποτ'
ἀληθὲς
Σῆμα βροτῷ ἀνδρὶ χθόνιοι κύνες δεικνύ
Ἡ φύσις πείθει εἶναι τοὺς δαίμονας ἁγνοὺς (ντες.
Καὶ τὰ κακῆς ὕλης βλαστήματα χρηστὰ καὶ
Αἱ ποιναὶ μερόπων ἀγκτεῖραι. (ἐσθλά.
Ἡγείσθω ψυχῆς βάθος ἄμβροτον· ὄμματα
Πάντ' ἐκπέτασον ἄνω· (δ' ἄρδην
Ὦ τολμηροτάτης φύσεως ἄνθρωπε τέ-
χνασμα.
Πολλάκις ἢν λέξῃς μοι, ἀθρήσεις πάντη
λεκτὸν
Οὔτε γὰρ οὐράνιος κυρτὸς τότε φαίνεται
ὄγκος·
Ἀστέρες οὐ λάμπουσι, τὸ μήνης φῶς κε-
κάλυπται,
Χθὼν οὐχ ἕστηκε, βλέπεται δὲ τὰ πάντα
κεραυνοί.
Μὴ φύσεως καλέσῃς αὔτοπτον ἄγαλμα.

Πάντοθεν ἀπλάστῳ ψυχῇ, πυρὸς ἡνία τεῖνον.
Ἡνίκα μὲν βλέψῃς μορφῆς ἄτερ εὐίερον πῦρ
Λαμπόμενον σκιρτηδὸν ὅλου κατὰ βένθεα
Κλῦθι πυρὸς τὴν φωνήν. (κόσμου,
Σύμβολα πατρικὸς νόος ἐνέσπειρε ταῖς
ψυχαῖς.
Μάνθανε τὸ νοητὸν, ἐπεὶ νόου ἔξω ὑπάρχει.
Ἔστι δὲ δή τι νοητὸν, ὃ χρή σε νοεῖν νόου ἄνθει.
Εἰσὶν πάντα πυρὸς ἑνὸς ἐκγεγαῶτα·
Πάντα γὰρ ἐξετέλεσσε πατὴρ, καὶ νῷ παρέδωκε
Δευτέρῳ, ὃν πρῶτον κλήιζετ' ἔθνεα ἀνδρῶν.
Νοούμεναι ἴυγγες πατρόθεν νοέουσι καὶ αὐταὶ,
Βουλαῖς ἀφθέγκτοισι κινούμεναι ὥστε
νοῆσαι.
Ὦ πῶς κόσμος ἔχει νοεροὺς ἀνοχῆας ἀκαμ-
Ἑαυτὸν ὁ πατὴρ ἥρπασεν· (πεῖς.
Οὐδ' ἐν ἑῇ δυνάμει νοερᾷ κλείσας ἴδι-
ον πῦρ.
Πατὴρ οὐ φόβον ἐνθρώσκει, πειθὼ δ' ἐπι-
χεύει.

ΠΛΗΘΩ-

Vndiq; ſimplici animo tende habenas ignis.
Cum videris abſque forma ſacrum ignem micantem ſaltando per profunda totius mundi, audi ignis ſonitum.
Mens ipſius Dei indidit animis hominum ſigna paterna.
Percipe id quod poteſt intellectu percipi: nam eſt extra mentem.
Eſt ſane quiddam intelligentia perceptibile, quod oportet te intelligere flore mentis.
Omnia ſunt producta ex vno igne: quippe cum omnia Pater perfecerit, & mēti tradiderit ſecundæ, quam primam vocant nationes hominum.
Species quæ mente percipiuntur paterna mente perceptæ & ipſæ intelligunt, conſiliis tacitis motæ vt intelligant.
O quomodo mundus hic habet rectores vi intelligendi præditos qui nō flectuntur!
Seipſum ſummus parens Deus a reliquis omnibus ſubduxit. neque in ſua potentia intellectili ignem ſuum incluſit.
Pater non metum immittit, ſed obſequium infundit.

PLETHONIS EXPOSITIO EORVM QVÆ VIDENTVR OBSCVRIORA IN HIS oraculis.

Exquiræ animæ viam.] *Magi qui Zoroastrem sectantur, censent, vt & alij multi, animam humanam immortalem de alto descendere, mortali huic corpori inseruituram, hoc est ad aliquod tempus operam suam ipsi accommodaturam, & ipsum viuum effecturam ornaturamque pro virili parte; mox eandem hinc retro vnde profecta est sese recipere. Cum autē plures sint ibi sedes animæ, & alia quidem circumlucens, vndique tenebrosa alia, nōnullæ quæ sunt inter illas mediæ, partim lucis, partim tenebrarum participes; ab ea certe quæ omnino lucida est, animam in hoc corpus delapsam, si bene operam suam corpori accommodauerit, in eundem rursus locum recurrere: si male, in sedes hac deteriores hinc se recipere, pro ratione eorum quæ in vita fecerit. Ad hæc igitur dicit oraculum,* Exquire tu animæ meatum, *id est viam quam tibi anima fluxit*: vnde aut qua ratione, *vitæ nimirum:* huic corpori opera nauata, in eundem locum a quo defluxisti, excitabis,

eundem

ΠΛΗΘΩΝΟΣ ΔΙΑΣΑΦΗΣΙΣ ΤΩΝ ΕΝ ΤΟΙΣ λογίοις τούτοις ἀσαφέστερον εἰρημένων.

Δίζεο σὺ ψυχῆς ὀχετόν.] Οἱ ἀπὸ Ζωροάστρου μάγοι νομίζουσιν, ὥσπερ καὶ ἄλλοι συχνοί, τὴν ψυχὴν τὴν ἀνθρωπίνην, ἀθάνατον οὖσαν, ἄνωθέν τε κατιέναι, τῷ θνητῷ τῷδε σώματι θητεύσουσαν, ἤτοι ἐπί τινα χρόνον ἐργασομένην αὐτῷ, καὶ ζωώσουσάν τε καὶ κοσμήσουσαν ἐκ τῶν δυνατῶν, καὶ αὖθις ἐντεῦθεν ἐκεῖσε ἀποχωρεῖν. πλειόνων δ' ἐκεῖ ὄντων τῇ ψυχῇ χώρων, καὶ τοῦ μὲν ἀμφιφαοῦς, τοῦ δ' ἀμφικνεφοῦς, τῶν δέ τινων μεταξὺ τούτων, ἑτεροφαῶν τε δὴ καὶ ἑτεροκνεφῶν· ἀπό γε τοῦ ἀμφιφαοῦς ποτὲ ἐς τόδε τὸ σῶμα κατερρυηκυῖαν τὴν ψυχήν, καλῶς μὲν θητεύσασαν, ἐς τὸν αὐτὸν χῶρον αὖθις ἀναβαίνειν· μὴ καλῶς δέ, ἐς τοὺς τούτου χείρους ἐντεῦθεν ἀποχωρεῖν, κατὰ λόγον τῶν αὐτῇ βεβιωμένων. πρὸς οὖν ταῦτα λέγει τὸ λόγιον, ζήτει σὺ τὸν τῆς ψυχῆς ὀχετόν, ἤτοι τὴν ὁδόν, ἥν σοι ἡ ψυχὴ ἐρρύη· ὅθεν, ἢ τίνι τάξει, τοῦ βίου δηλαδή. τῷδε τῷ σώματι θητεύσας, αὖθις ἐπὶ τὴν αὐτὴν τάξιν, ἀφ' ἧς ἐρρύης, ἀ-

ναστήσεις, τὸν αὐτὸν δηλαδὴ ὀχετὸν τῆς ψυχῆς, ἑνώσας τῷ ἱερῷ λόγῳ καὶ ἔργῳ. ἱερὸν μὲν οὖν λόγον τὸν περὶ τῆς θεοσεβείας φησίν· ἔργον δὲ τὴν τελετήν. λέγει οὖν τὸ λόγιον, ὅτι πρὸς τῷ περὶ τῆς θεοσεβείας λόγῳ, καὶ τῇ τελετῇ χρῶ, πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς ταύτην ἀναγωγήν.

Μὴ δὲ κάτω νεύσεις.] Κρημνὸν τὴν εἰς φθορὰν φησὶ καὶ κακίαν καὶ κακοδαιμονίαν ὑποφοράν· γῆν δὲ τὸ γεῶδες καὶ θνητὸν σῶμα. γῆ μὲν γὰρ καὶ χθονὶ τὴν θνητὴν φύσιν, πυρὶ δὲ τὴν θείαν, τὰ λόγια ταῦτα ὡς τὰ πολλὰ σημαίνει. ἑπτάπορον δὲ βαθμίδα φησὶ τὴν ἐκ τῶν πλανήτων εἱμαρμένην, ὑφ' ἣν καὶ δεινήν τινα ἱδρῦσθαι καὶ ἀπαραίτητον ἀνάγκην. λέγει οὖν τὸ λόγιον, μὴ κάτω πρὸς τὸ θνητὸν δὴ σῶμα ἀποκλίνῃς, ὃ τῇ ἀπὸ τῶν πλανήτων μόνῃ ὡς τὰ πολλὰ ὑποπίπτον εἱμαρμένῃ, τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν μᾶλλόν ἐστι. κακοδαιμονήσεις γὰρ, ἢν πρὸς τοῦτο ὅλος ἀποκλίνῃς, ἀτυχῶν, καὶ τῆς βουλήσεως ὑπὸ τῆς ἐς αὐτὸ πεπρωμένης ἀνάγκης ἑκάστοτε ἐκπίπτων.

Σὸν γὰρ ἄγγος] Τὸ τῆς σῆς ἄγγος ψυχῆς, τὸ θνητὸν δὴ τοῦτο σῶμα, εὐλαὶ καὶ κνώδαλα οἰκήσουσιν.

eundem videlicet animæ ductum, coniungens & opus ſacris verbis. Sacroſanctũ igitur verbum hoc loco intelligit, quod ſit de pietate: opus vero, ſacrificium. Dicit itaque oraculum, ad hanc animi erectionem vtendum eſſe vna cum ſermone qui ſit de cultu diuino, etiam ſacris myſteriis.

Neque deorſum vergas.) *Præcipitium vocat eam delationem quæ ſit in corruptionem, vitiũ & miſeriam: terram vero, terrenum & mortale corpus. Per terram enim ſiue tellurem, mortalem naturam intelligit, ſicut & per ignem vbique hæc oracula diuinam ſignificant. At vero locum ſeptem meatibus præditum vocant fatum ex planetis pendens, ſubter quod horrendam quandam ſitam eſſe & immutabilem neceſsitatẽ. Quare monet oraculum ne deorſum ad caducum corpus teipſum declines, quod cum frequenter ſubiaceat ſoli fato prouenienti a ſeptem planetis, iis aſcribi commode poteſt, quæ noſtro arbitratui ſubdita ſunt. Et certè quidem futurus es infelix, ſi ad hoc corpus totus delabaris, aduerſa vtens fortuna, aßidueque excidens optatis propter deſtinatam ipſi corpori neceßitatem,*

Tuum enim vas.) *Animæ tuæ vas, hoc eſt caducum vtique hoc corpus, vermes & omnis generis viles beſtiæ habitabunt.*

Ne fatum augeas) *Ne nitaris tuum fatum amplificare, hoc est maius efficere quam quod tibi traditum est: neque enim poteris.*

Neq; enim a præfectura summi Dei] *Neque enim a paterno, hoc est summi Dei imperio, procedit quidpiam imperfectum, vt tu etiam ipse poßis id consummare: illinc quippe perfecta omnia prodire vel inde colligere licet, quod tendant & spectent ad vniuersi perfectionem.*

At vero non admittit] *Paternus animus, alter videlicet Deus, animæque item sedulus opifex, voluntatem illius non admittit vsque dum excusserit obliuionem quam ex huius corporis nexu contraxit: edideritque aliquod verbum, complexave animo fuerit quendam sermonem, cum memoria paterni diuini symboli cōiunctum. Hoc autem esse dicendum est honestæ consectationis præceptum, cuius memorem animam, hoc modo iam etiam suo opifici maxime probari.*

Properandum tibi est) *Lumen splendorque Patris locus is est animæ qui collustratus circumfususque splendore habetur, vnde anima plurima mente induta, huc est demissa. Quare ad ipsum lumen properare rursus oportet.*

Ipsos terra deflet) *Qui ad illud ipsum lumen,*

vnde

Μὴ σύγ᾽ αὔξανε.] Μὴ σὺ πειρῶ αὔξειν τὴν σὴν εἱμαρμένην, ἤτοι μείζω ποιεῖν τῆς δεδομένης· οὐ γὰρ οἷός τ᾽ ἔσῃ δηλαδή.

Οὐ γὰρ ἀπὸ πατρικῆς.] Οὐ γὰρ ἀπὸ πατρικῆς ἀρχῆς, τῆς τοῦ ἀνωτάτω δηλαδὴ θεοῦ, χωρεῖ τι ἀτελές, δηλαδὴ ὥστ᾽ ἄν σε καὶ δύνασθαι αὐτὸ τελειοῦν· ἐκεῖθεν γὰρ τέλεια ἅπαντ᾽ ἂν χωρεῖν, τῷ πρὸς τὴν τελειότητα τείνειν τὴν τοῦ ὅλου.

Ἀλλ᾽ οὐκ εἰσδέχεται κείνης] Ὁ πατρικὸς νοῦς, ὁ δεύτερος δηλαδὴ θεός, καὶ τῆς ψυχῆς προσεχὴς δημιουργός· οὐκ εἰσδέχεται ἐκείνης τὴν θέλησιν, μέχρις ἂν ἐξέλθῃ τῆς λήθης, ἣν ἐκ τῆς πρὸς τόδε τὸ σῶμα ἐπιπλοκῆς ἔπαθεν· καὶ λαλήσῃ τι ῥῆμα, ἤτοι λόγον φρονήσῃ τινά, μνήμης ἐχόμενον τοῦ πατρικοῦ θείου συνθήματος· τοῦτο δ᾽ ἐστὶ τὴν τῆς τοῦ καλοῦ διώξεως ἐντολήν, ἧς τὴν ψυχὴν ἀναμνησθεῖσαν οὕτως ἤδη καὶ τῷ ἑαυτῆς δημιουργῷ μάλιστα ἀρέσκειν.

Χρή σε σπεύδειν) Φῶς καὶ αὐγὰς πατρὸς τῇ ψυχῇ, τὸν ἀμφιφαῆ ἐστι αὐτῆς χῶρον, ἔνθεν τὴν ψυχὴν τὸν πολὺν νοῦν περιβεβλημένην, ἐνθάδε καταπεμφθῆναι. πρὸς οὖν τὸ αὐτὸ φῶς χωρῆναι αὖθις σπεύδειν.

Αὐτοὺς δὲ χθὼν κατοδύρεται] Τοὺς οὖν μὴ πρὸς τὸ

αὐτὸ φῶς, ὅθεν αὖθις ἐπέμφθη ἡ ψυχή, σπεύδοντας αὖθις, ἡ χθὼν, ἤτοι ἡ θνητὴ φύσις, καταδύεται, ὅτι πεμφθέντες ἐφ' ᾧ καὶ αὐτὴν κοσμῆσαι. οἱ δὲ πρὸς τὸ μὴ καὶ αὐτὴν κοσμῆσαι, καὶ ἑαυτοὺς ἤσχυντο, μοχθηρῶς βεβιωκότες· περιαπολαύειν δὲ δὴ καὶ τὰ τέκνα τῆς τῶν γονέων κακίας, πονηρᾶς ἀγωγῆς τῆς ὑπὸ αὐτῶν τυγχάνοντα.

Ψυχῆς ἐξωστῆρες] Οἱ τὴν ψυχὴν ἐξωθοῦντες λόγοι, ἐκ τῆς κακίας δηλαδὴ, καὶ οὕτω δὴ ἀναπνεῖν διδόντες, εὔλυτοί εἰσιν, ἤτοι οὐ χαλεπῶς τῆς τέως ἐπεχούσης αὐτοὺς λήθης ἀπολυόμενοι.

Λαιῆς ἐν λαγόσιν κοίτης) Ἐν ταῖς λαγόσι τῆς σῆς λαιᾶς κοίτης, ὑπάρχει ἡ τῆς ἀρετῆς πηγὴ, ἤτοι ἡ δύναμις αὐτῆς· ἔνδον τε ὅλη μένουσα, καὶ οὔ ποτε τὸ παρθένον, ἤτοι τὸ ἀπαθὲς ἑαυτῆς ἀποβάλλουσα· ἀπαθῆ γὰρ καὶ ἀναπόβλητον ἐν ἡμῖν τὴν τῆς ἀρετῆς ἀεὶ δύναμιν ὑπάρχειν, κἂν ἡ ἐνέργεια αὐτῆς ἀποβλητὴ ᾖ. ἐν λαιοῖς δὲ τὴν τῆς ἀρετῆς φησὶν ὑπάρχειν δύναμιν διὰ τὸ ἐν δεξιοῖς τὴν ἐνέργειαν αὐτῆς βούλεσθαι τετάχθαι· κοίτην δ' ἐστὶν ἡμῶν τῆς ψυχῆς, τὴν ταῖς διαφόροις αὐτῆς ἕξεσιν ὑποκειμένην χώραν.

Ψυχὴ ἡ μερόπων) Ἡ ψυχὴ ἡ ἀνθρωπίνη θεόν πως ἐς ἑαυτὴν ἄγξει, ἤτοι ἰσχυρῶς ἑνώσει, τῷ ἑαυτῆς δηλαδὴ πρὸς

ἔχειν

vnde ipsis missa est anima, rursus non properant, hos terra, id est mortalis natura deflet, quod cum in hoc nati essent vt hanc etiam exornarent, non solum ipsam non exornarunt, sed sibi quoque ipsis notam consciuerunt vitæ per nequitiam transactæ. immo parentum improbitas etiam ad liberos transfunditur, si praua educatione ab illis fuerĩt seducti,

Expulsores animæ) *Rationes quæ animum expellunt, scilicet a flagitijs, eumque respirare sinunt, sunt solubiles, & obliuio quæ eas detinet, facile eximi potest.*

Sinistris in ilibus cubilis) *In latere sinistri tui cubilis inest fons virtutis, id est potentia eius, intus quidem tota manens, nec vnquam virginitatem, siue naturam ipsam affectus & corruptionis nesciam abijciens est enim in nobis semper affectus expers nullaque ratione excutienda virtutis potentia, etiamsi eius actio desinere potest & interrumpi. In sinistris porro partibus virtutis inest potentia, quod eius functiones dextræ parti contribuuntur. Cubile autem animæ nostræ sedes est, quæ diuersis ipsius habitibus subiacet.*

Anima hominum) *Anima humana Deum ad seipsam quodammodo stringet, arctissimeque coniunget, sui videlicet assiduum vindicem & as-*

ſertorem, ei ſe pro viribus aßimilando; nihil habens in ſe mortale: tota diuinitus inebriata eſt, hoc eſt diuinis cœleſtibus que bonis cumulatißime prædita. Et ſi enim mortali iſto vincta eſt corpore, de iſta tamen harmonia, hoc eſt vnione, in qua humanum ineſt corpus, gloriatur, id eſt pudore non ſuffunditur, ſed non nihil magnifice de ſe ſentit, tãquam ipſa toti vniuerſo ſe talem exibens in cauſa ſit, vt mortalibus cum immortalibus in homine cõiunctis, hoc modo etiam vniuerſum ad vnam quãdam harmoniam adornetur.

Quoniam anima ignis eſt) *Patris potentiã & ipſius potentiam vi intelligendi præditam, & mentem paternam, eundem alterum Deũ hæc oracula vbique vocant longe omnium principem, nimirũ a patre & ſummo Deo progreſſum. Hoc porro araculo monemur, illa ipſa patris potẽtia ſtudioſe animam procreatam, eandemque ignem eſſe lucidum, hoc eſt diuinam quandam eſſentiam, intelligẽndi facultate donatam, ac proinde ipſam immortalem permanere propter diuinitatem ſubſtantiæ: ad hæc & ſuæ ipſius vitæ eandã eſſe arbitrã, quam obtineat nulla æui diuturnitate conſummandam. Quæ enim eripi nouis poſſunt, horum qua ratione domini eſſe poßimus, cum vſus quidam eorum nobis tan-*

ἔχῃ προστάτην, τῇ πρὸς αὐτὸν κατὰ δύναμιν ὁμοιώσει· οὐδὲν ἔχουσα καθ' ἑαυτὴν θνητόν· ὅλη θεόθεν μεμέθυσται, ἤτοι πεπλήρωται τῶν θείων καλῶν. εἰ γὰρ καὶ τοῦ θνητοῦ τοῦδε ἐνδέδεται, ἀλλὰ καὶ οὕτω τὴν ἁρμονίαν, ἤτοι τὴν ἕνωσιν, ὑφ' ἧς τὸ βέλτιον ὑπάρχει σῶμα, αὐχεῖ, ἤτοι οὐκ αἰσχύνεται, ἀλλὰ καὶ φρονεῖ τι ἐφ' αὐτῇ· ὡς ἂν αὐτὴ οὖσα ἡ τὴν τοιαύτην τοῦ παντὶ λειτουργοῦσα, ὥστε τῶν θνητῶν τοῖς ἀθανάτοις ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἑνουμένων, οὕτω καὶ τὸ πᾶν ἐς μίαν τινὰ ἁρμονίαν συγκροτεῖσθαι.

Ὅτι ψυχὴ πῦρ) Πατρὸς δύναμιν, καὶ δύναμιν αὐτοῦ νοερὰν, καὶ νοῦ πατρικὸν, τὸν αὐτὸν δεύτερον θεόν. τὰ λόγια ταῦτα πανταχοῦ καλεῖ· προφάτισον τῶν ἄλλων πάντων ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ ἀνωτάτω θεοῦ προεληλυθότα. λέγει οὖν, ὅτι τοῦ πατρὸς ταύτῃ τῇ δυνάμει προσεχῶς δηλαδὴ, δεδημιουργημένη ἡ ψυχὴ πῦρ οὖσα φαεινὸν, ἤτοι θεία τις οὐσία καὶ νοερὰ, μένει τε ἀθάνατος διὰ τὴν θεότητα τῆς οὐσίας, καὶ δεσπότις ἐστὶ ζωῆς, δηλαδὴ τῆς ἑαυτῆς, ἅτε οὐκ ἀποβλητὸν ἔχουσα τὸ ζῆν. ἃ μὲν γὰρ ἂν ἀποβλητὰ ἔχοιμεν, τούτων οὐδὲ ἂν δεσπόται που εἴημεν, χρῆσις δὲ ἄν τις

μόνη ἡμῖν οἴδοιτο αὐτήν· ἃ δ᾽ αὖ μὴ ἀποβλητὰ, κἂν δεσπόται τούτων εἴημεν. καὶ ἴσχει δὴ ἡ ψυχὴ, κατὰ τὴν ἑαυτῆς δηλονότι ἀϊδιότητα, πολλὰ πληρώματα τῶν τοῦ κόσμου κόλπων, ἤτοι τῶν διαφόρων ἑαυτῆς ἐν τῷ κόσμῳ χώρων, ὧν πρὸς λόγον τῶν τῇδε αὐτῇ βεβιωμένων ἑκάστοτε τυγχάνει.

Ζήτησον παράδεισον.] Τὸν ἀμφιφαῆ τῆς ψυχῆς χῶρον.

Μὴ πνεῦμα μολύνῃς] Οἱ περί τε Πυθαγόραν καὶ Πλάτωνα σοφοὶ τὴν ψυχὴν οὐ πάντῃ τινὰ χωριστὴν οὐσίαν παντὸς σώματος νομίζουσιν, οὐ μὲν δὴ, οὐ δ᾽ αὖ πάντῃ ἀχώριστον· ἀλλὰ τῇ μὲν χωριστὴν, τῇ δ᾽ ἀχώριστον· τῇ μὲν δυνάμει δήπου ἀεὶ χωριστὴν, τῷ δ᾽ ἔργῳ ἀεὶ ἀχώριστον τιθέμενοι. τρίτον γὰρ οὖν τὸ σύμπαν εἰδῶν τίθενται γένος, τὸ μὲν πάντῃ χωριστὸν ὕλης, τοὺς νοῦς δὴ τοὺς ὑπερουρανίους· τὸ δ᾽ ἀχώριστον πάντῃ, οὐ τήν γε οὐσίαν καθ᾽ ἑαυτὴν ὑφεστηκυῖαν ἔχον, ἀλλὰ τῆς ὕλης δὴ ἐξημμένην, κἀκείνῃ ὑπὸ τῆς φύσεως σκεδαστῶν λυομένη ποτὲ συσκεδαννύμενόν τε καὶ ἀπολλύμενον· καὶ τοῦτ᾽ ἔστι τὸ ἄλογον δὴ εἶδος σύμπαν· τρίτον δὲ μεταξὺ τούτων εἶδος, τὴν ψυχὴν τίθενται τὴν λογικήν· τῷ μὲν νοῦν τῶν ὑπερουρανίων διαφέρουσαν τῷ ἀεὶ ὕλῃ συνεῖναι· τοῦ δ᾽ ἀλόγου εἴδους

bis tantum conceſſus ſit? Quæ vero nobis eripi non poſſunt, etiam domini horum ſumus. anima vero compluria orbis ſupplementa poßidet, iuxta ſuam æternitatem, id eſt diuerſa in orbe loca, quæ pro ratione anteactæ vitæ aßidue ſortitur.

Quærito paradiſum) *Locum animæ ſplendore vndique obſeptum.*

Ne ſpiritum conſpurces) *Pythagorici & Platonici animam vt non vſquequaque ab omni corpore ſeparatam haberi, ſic nec prorſus inſeparabilem ſubſtantiam exiſtimarunt: ſed partim ſeparabilem, partim inſeparabilem, potentia certe ſemper ſeparabilem, actu vero inſeparabilem ſemper eam fecere. Iidem enim ponunt tria formarum genera, vnum quod penitus a materia ſecernatur, eiuſmodi ſunt mentes illæ ſupercœleſtes: alterum quod a materia abiungi non poßit, ſubſtantiam per ſe ſubſiſtētem nō habens, ſed a materia pendentem, cum qua & ipſa ob naturam mutationi obnoxiam aliquando diſſoluta, hoc genus animæ pariter diſſoluatur & pereat; & hoc genus totum rationis eſſe expers aſſerunt. Inter iſta, mediam locāt animam ratione præditam, a mentibus quidem ſupercœleſtibus eo interſtitio diuerſam, quod perpetuo agglutinata ſit materiæ: ab irrationali vero ge-*

nere, quod hæc ipsa materiæ non coniugatur, sed vice versa, materiam sibi adiunctam habeat, propriæ substantiæ & per se potentia subsistentis particeps, itemque impartilis, itidem vt mentes illæ supercœlestes, quibus etiamnum ipsis confinia quadamtenus opera edat, iisdem quibus & illæ, studijs occupata, omnium rerũ scilicet quæ in natura sunt, etiam ad supremum vsque deum, cognitione & cõtemplatione: & propterea corruptioni non obnoxiam: animam vero quæ huiusmodi sit, cum corpore æthereo tanquam vehiculo perpetuo versari, quod illa continuo attactu ad consortium quoque immortalitatis asciscat, inanime quidẽ omnino suapte natura, sed ab anima tamen irrationabili altero animæ genere donatum (quod quidem sapientes idolũ animæ rationalis nuncupant) imaginãdi vi præditũ & sensu, quod & ipsum totum per totum videat, audiat, omni deniq; sensu vigeat, & cæteris huiusmodi animæ facultatibus brutis vtatur. Ita per potißimã huius corporis vim imaginãdi, animam rationalẽ cum toto tali corpore iugiter esse contendunt: per tale vero corpus cum hoc mortali quandoque humanam animam copulari, toto illo cum toto fœtus in vtero contenti spiritu viuifico ob cognationem quandam implicato, cum id etiam

spiritus

εἴδους, τῷ μὴ αὐτὴν τῆς ὕλης δεῖσθαι, ἀλλὰ τοὐναντίον, τὴν ὕλην ἑαυτῆς αὖ ἔχειν ἐξημμένην, οὐσίαν αὐτὴν ἰδίαν ἑαυτῆς καὶ καθ' ἑαυτὴν τῇ γε δυνάμει ἔχουσαν ὑφεστηκυῖαν, ἀμερῆ τε καὶ αὐτὴν κατὰ τοὺς νοῦς τοὺς ὑπερουρανίους, οἷς καὶ συγγενῆ πως τὰ ἔργα ἀποδίδωσι, τῶν αὐτῶν, ὧνπερ κἀκεῖνοι, ἐφαπτομένη καὶ αὐτὴ, τῆς τῶν ὄντων δὴ γνώσεως καὶ θεωρίας, ἄχρι καὶ αὐτοῦ τοῦ ἀνωτάτω θεοῦ· καὶ διὰ τοῦτο ἀνώλεθρον· τοιοῦτον δὴ εἶδος οὖσαν τὴν ψυχὴν, σώματι ἀεὶ συνεῖναι αἰθερίῳ, ὀχήματι ἑαυτῆς, συναπαθανατίζουσαν καὶ αὐτὸ τῇ προσεχεῖ ἐπαφῇ, εἶναι δ' οὐδὲ τὸ τοιοῦτον αὐτῆς ὄχημα, ἄψυχον καθ' αὐτὸ, ἀλλ' ἐψυχῶσθαι καὶ αὐτὸ, τῷ ἑτέρῳ τε καὶ ψυχῆς ἀλόγῳ εἴδει (ὃ δὴ ψυχῆς λογικῆς εἴδωλον οἱ σοφοὶ καλοῦσι) φαντασίᾳ τε δὴ κεκοσμημένον καὶ αἰσθήσει, ὅλῳ δι' ὅλου ὁρῶντί τε καὶ ἀκούοντι, καὶ πᾶσαν αἴσθησιν αἰσθανομένῳ, καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς ταύταις ἑπομέναις ψυχῆς δυνάμεσιν ἀλόγοις. διὰ μὲν δὴ τῆς κρατίστης τοῦ τοιούτου σώματος δυνάμεως φαντασίας, τὴν ψυχὴν τὴν λογικὴν ὅλῳ τῷ τοιούτῳ ἀεὶ συνεῖναι σώματι· διὰ δὲ τοῦ τοιούτου σώματος τῷδέ ποτε τῷ θνητῷ τὴν γε ἀνθρωπίνην συγγίνεσθαι, ὅλου ὅλῳ τῷ τοῦ ἐμβρύου ζωτικῷ πνεύματι διὰ συγγένειάν τινα ἐπιπλεκομένου, ἅτε πνεύματός τινος καὶ

αὐτοῦ ὄντος· τάς γε μὴν δαιμονίας ψυχὰς τῇ μὲν δ' ὕλῃ οὐ πολλῷ τῶν ἀνθρωπίνων διαφέρειν, γενναιοτέρας δὲ ὅμως οὔσας αὐτάς τε καὶ γενναιοτέροις ὀχήμασι χρωμένας, ἀμείνοσι τῇ γε θνητῇ εἶναι φύσει· τὰς δὲ τῶν ἄστρων πολὺ ἔτι καὶ αὐτῶν τῶν γε δαιμονίων κρείττους οὔσας, κρείττοσι καὶ ὀχήμασι χρῆσθαι, τοῖς οὕτω διὰ μέγεθος δραστικῆς δυνάμεως λαμπροῖς τοιούτοις σώμασι. ταύταις δὴ περὶ ψυχῆς ταῖς δόξαις καὶ οἱ ἀπὸ Ζωροάστρου οὗτοι μάγοι φαίνονται ἔτι πρότερον χρώμενοι. τὸ τοιοῦτον οὖν τῆς ψυχῆς πνεῦμα μὴ μολύνῃς φησὶ τὸ λόγιον, μὴ δὲ βαθύνῃς ἐπίπεδον ὄν· ἐπίπεδον αὐτὸ καλοῦν, οὐχ ὡς οὐ τριχῇ διεστατὸν (σῶμα γάρ) ἀλλὰ τὴν ἄγαν αὐτοῦ λεπτότητα ἐμφαῖνον· ἐπίπεδον δ' αὐτὸ καλεῖ. μὴ βαθύνειν οὖν αὐτὸ παρακελεύεται, ἤτοι μὴ παχύνειν, πλείονος ὕλης ἐν τῷ αὐτοῦ ὄγκῳ προσθήκῃ· παχύνεσθαι δὲ τὸ τοιοῦτον τῆς ψυχῆς πνεῦμα, τῇ πρὸς τὸ θνητὸν σῶμα αὐτῆς ἄγαν ἀποκλίσει.

Ἔστι καὶ εἰδώλῳ μερὶς] Εἴδωλον ψυχῆς καλεῖ, τὸ ἐχόμενον τοῦ λογικοῦ ἄλογον, ὃ τοῦ ὀχήματος αὐτῆς ἐξῆπται. λέγει οὖν, ὡς ἔστι καὶ τῷ τοιούτῳ εἰδώλῳ μερὶς εἰς τὸν ἀμφιφαῆ χῶρον· οὐ γὰρ ἀποτίθεσθαί ποτε τὴν ψυχὴν τὸ ἑαυτῆς προσεχὲς ὄχημα.

Μὴ δὲ τὸ τῆς ὕλης σκύβαλον] Ὕλης σκύβαλον, τὸ θνητὸν

ſpiritus cuiuſdam rationem habeat. Diuinas porro animas non multum ab humanis differre, nobiliores tamen eſſe, & nobilioribus uti vehiculis: & præterea non miſceri naturæ corruptibili poſſe. Syderum vero animas ipſis quoque diuinis longe præſtantiores eſſe, præſtantioribus & vehiculis uti, quæ corpora ſint amplitudine facultatis actiuæ collucētia. Has de anima opiniones retro quoque Zoroaſtrici Magi vidētur expreßiſſe. Itaque monet oraculum ne talem animæ ſpiritum inquines, neque rem planam in profundum deprimas: (nam epipedon vocat, non quia triplici menſu non conſtet, corpus quippe eſt, ſed vt ſumma eius ſubtilitas exilitasve indicetur) neue craſſeſcere facias acceßione amplioris materiæ in ipſa mole. Craſſum quippe fieri huiuſmodi ſpiritum animæ, ſi ad mortale corpus nimis declinet.

Eſt & ſimulacro pars) *Nominat ſimulacrū eam animæ partem, quæ cum bruta ſit & rationis expers, cum parte rationali eſt coniuncta, ab ipſius vehiculo dependens. Dicit itaque eſſe tali vmbræ partem in ſede vndequaque lucida: neq; enim vnquam animam deponere ſuum ipſius ſibi adiunctum vehiculum.*

Neque materiæ craſſamentum) *Materiæ*

quisquilias mortale corpus appellat, adhortaturque ne illud ipsum male affectũ & neglectim segniter curemus, sed eius rationem habeamus dum manet ad huc in hac vita, vt integra valetudine conseruetur, quantum fieri poßit, purumq; sit, & super cætera omnia cum animæ ornatu concordet.

Ne eduxeris) *Animam videlicet ex mortali corpore, vt ne quid cum migrarit, ipsi periculi creetur. Illud ipsum est, seipsam educere præter naturæ præscripta.*

Si extenderis igneam mentem) *Si mentem tuam diuinã ad pietatis opus erexeris, id est ad piũ & diuinum cultum, mortale istud corpus innoxium præstiteris & incolume.*

E finibus terræ) *Solent nonnunquam ijs qui initiantur sacris, apparere inter sacrificandum canina quædam spectra, specieque itidem alia prodigiose fœda. Hæc omnia ait oraculum terræ prodire ex finibus, hoc est ex terreno isto & mortali corpore, & ex congenitis ipsi brutis affectibus, nõdum a ratione abunde exornatis, & ea inania quidem esse spectra affectuũ animæ in initiato dominãtiũ, nullamq; naturæ solidam subsistentiã præferentia.*

Naturalis ratio suadet) *Natura siue naturalis ratio suadet genios sanctos, & adeo omnia*

quæcunque

τὸ θνητὸν σῶμα λέγει, καὶ παρακελεύεται μηδὲ τοῦτο εἰκῆ κακῶς πράττον περιορᾶν, ἀλλὰ φροντίζειν τι καὶ περὶ αὐτοῦ, μένοντα ἔτι ἐν τῷδε τῷ βίῳ, ὅπως ὑγιαίνοι τε ἐκ τῶν δυνατῶν, καὶ καθάριον εἴη, καὶ τ' ἄλλα τῷ τῆς ψυχῆς κόσμῳ συμφωνοῖ.

Μὴ ἐξάξῃς] Μὴ ἐξάξῃς, τὴν ψυχὴν δηλαδὴ τοῦ θνητοῦ σώματος, ἵνα μὴ ἐξιοῦσα ἔχῃ τι αὐτὸ δὴ τοῦτο, τὸ παρὰ τοὺς φυσικοὺς θεσμοὺς ἑαυτὴν ἐξαγαγεῖν.

Εκτείνας πύρινον νοῦν] Εκτείνας τὸν σὸν θεῖον νοῦν, ἐπὶ τὸ τῆς εὐσεβείας ἔργον, ἤτοι τὴν εὐσεβῆ τελετὴν, καὶ τὸ θνητὸν σῶμα σώσεις, ὑγιεινότερον καὶ αὐτὸ διὰ τῆς τελετῆς ποιήσας.

Εκ δ' ἄρα κόλπων γαίης] Εἰώθει τοῖς πολλοῖς τῶν τελουμένων φαίνεσθαι κατὰ τὰς τελετὰς κυνώδη τινὰ καὶ ἄλλως ἀλλόκοτα τὰς μορφὰς φάσματα· ταῦτ' οὖν φησὶ τὸ λόγιον, ἐκ τῶν τῆς γῆς ὁρμᾶσθαι κόλπων, δηλαδὴ τοῦ γεώδους τοῦδε καὶ θνητοῦ σώματος, καὶ τῶν τούτῳ συμφύτων παθῶν ἀλόγων, οὔπω ὑπὸ τοῦ λόγου ἱκανῶς κατακεκοσμημένων, εἴδωλα τῶν τοιούτων τῆς τοῦ τελουμένου ψυχῆς παθῶν, φαινόμενα ἀνυπόστατα, καὶ διὰ τοῦτο οὐδ' ἀληθὲς σημαίνοντα οὐδέν.

Η φύσις πείθει] Η φύσις, ἤτοι ὁ φυσικὸς λόγος, πείθει εἶναι τοὺς δαίμονας ἁγνοὺς, καὶ ἁπλῶς πάντα

τὰ ἐκ τοῦ θεοῦ αὐτοαγαθοῦ ὄντος προεληλυθότα χρηστὰ εἶναι, καὶ αὐτὰ τὰ κακῆς ὕλης βλαστήματα, ἤτοι τὰ τῆς ὕλης ἐξηρτημένα εἴδη. κακὴν δὲ τὴν ὕλην φησὶν, οὐ τῇ οὐσίᾳ (πῶς γὰρ ἂν καὶ εἴη τῇ οὐσίᾳ κακὴ, ἧς τὰ βλαστήματα χρηστὰ καὶ ἐσθλά;) ἀλλ' ὡς ἐσχάτην ἐν ταῖς οὐσίαις τεταγμένην καὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἐπ' ἐλάχιστον μετέχουσαν, τὸ ἐλάχιστον αὐτῆς ἀγαθὸν τῷ κακῷ σημαίνον. καὶ δὴ βούλεται τὸ λόγιον, εἰ καὶ τὰ κακῆς ὕλης βλαστήματα χρηστὰ τῆς ἐσχάτης δηλαδὴ οὐσίας, πολλῷ μᾶλλον οἱ δαίμονες, οἱ καὶ τὸ τοσοῦτον αὐτῆς ὑπερανέχοντες, τῷ τε λογικῷ τῆς φύσεως, καὶ τῷ πρὸς τὴν θνητὴν φύσιν ἀμίκτῳ.

Αἱ ποιναὶ] Αἱ ποιναὶ, ἤτοι αἱ κολαστικαὶ δαίμονες, ἄγκτειραι τῶν ἀνθρώπων εἰσίν· ἤτοι συνεκτικαὶ τῷ ἀπάγειν τῆς κακίας αὐτοὺς, τῇ ἀρετῇ ἐγκαταδοῦσαι.

Ηγείσθω ψυχῆς] Ηγείσθω τῆς σῆς ψυχῆς τὸ θεῖον βάθος· τὰ δὲ σὰ ὄμματα πάντα ὁμοῦ, ἤτοι τὰς σὰς γνωστικὰς δυνάμεις, ἄνω ἐκπέτασον.

Ω τολμηροτάτης] Τολμηροτάτης φύσεως τέχνασμα τὸν ἄνθρωπον καλεῖ, διὰ τὸ μεγάλοις πράγμασιν ἑαυτὸν ἐπιβάλλειν.

Πολλάκις ἢν λέξῃς μοι) Ως ἐκ τοῦ θεοῦ λέγει τὸ

λόγιον

quæcunque a Deo ipſo per ſe bono proficiſcuntur, frugi eſſe. Et ipſa quidem prauæ materiæ germina, ſiue formæ quæ pēdent ex materia, huiuſmodi ſunt. Prauam porro materiam appellat, non ſubſtantia adeo (qui enim fuerit ſubſtantia praua, cuius germina frugi ſunt & bona?) ſed quod nouiſsima inter ſubſtantias collocetur, parciſsimeque omnium boni particeps ſit: atque hanc boni paucitatem deſignat oraculum mali appellatione. Si enim id vitioſæ materiæ, hoc eſt extremæ ſubſtantiæ germina proba ſunt, multo magis dæmones huiuſmodi eſſe credantur, quod ordine longe ſint excellentiori, vtpote natura rationis participe præditi. & naturæ corruptioni obnoxiæ impermixti.

Pœnæ) *Hoc eſt vltrices furiæ, ſtringunt homines, hoc eſt cohibent abducendo eos a vitio, & ad virtutem accendendo.*

Animę profunditas imperet) *Tuæ animæ diuina altitudo primas in te vendicet, & oculos tuos pariter vniuerſos, id eſt virtutes cognitiuas ſurſum verſum erige.*

Tu homo machin.nat.) *Hominem præſidentis naturę machinamentum vocat, quod res arduas aggrediatur.*

Si ſępius mihi loquutus fueris) *Tanquam*

ex Deo dicit oraculum ei qui initiatur, si sæpius dixeris mihi, id est me vocaueris, videbis ipsum vbique dictum, me videlicet quem vocas. nihil enim aliud tum videbitur tibi, quã omñia fulmina, hoc est ignis huc illuc in orbe subsiliens.

Ne vocaueris imag. naturæ] *Ne quæsieris intueri imaginem naturæ, Dei videlicet exemplar per se conspicuum & visile, vt quod sub conspectum humanum non cadat. Nam quæ ijs apparẽt qui sacris initiantur, vt ignis, fulmina, aut si quid aliud, ea credideris esse symbola, sed nõ Dei naturã.*

Vndiq; simplici animo] *Habenas ignis qui tibi inter sacrificandum apparet, vndique ad teipsum trahe in anima simplici, candida, & a vitio maxime aliena.*

Cum videris] *Cum cõspexeris diuinũ ignem figuræ expertem, quoquouersus per mundum desultorie splendescentem, & cum venustate quadam abblandientem, eius vocem audi, quæ verissimam quandam præsefert prænotionem.*

Mens paterna] *Id est, animæ nostræ iugis opifex, notas, id est formarum intelligibiliũ imagines, animis inseuit, quibus anima freta, rerum essentias sibi rationesve conciliat.*

Percipe id qđ poteſt intellectu cõpreh.]

Cognosce

λόγιον τῷ τελουμένῳ, ἐὰν πολλάκις, λέξῃς μοι, ἤτοι καλέσῃς με, ὄψει πανταχῇ αὐτὸ τὸ λεκτόν, ἐμὲ δηλαδὴ ὃν καλεῖς· οὐδὲν γὰρ ἄλλο τότε ὀφθήσεταί σοι ἢ τὰ πάντα κεραυνοί, πῦρ δηλαδὴ τοῦ κόσμου πανταχοῦ ἅλλον.

Μὴ φύσεως καλέσῃς) Μὴ ζητήσῃς ἰδεῖν αὐτοπτὸν ἄγαλμα τῆς φύσεως, δηλαδὴ τῆς τοῦ θεοῦ, ἅτε οὐκ ὀφθαλμοῖς ὂν ὁρατόν· τὰ δὲ τελουμένοις φαινόμενα, κεραυνοὶ καὶ πῦρ καὶ εἴτι ἄλλο, σύμβολα ἄλλως ἐστίν, οὐ θεοῦ τις φύσις.

Πάντοθεν ἀπλάστῳ) Τὰ τοῦ φαινομένου σοι κατὰ τὴν τελετὴν πυρὸς ἡνία πάντοθεν ἐς σεαυτὸν δηλαδὴ τεῖνον, ἐν ψυχῇ ἀπλάστῳ, ἤτοι ἁπλῇ, καὶ οὐ ποικίλῃ τὸ ἦθος.

Ἡνίκα μὲν βλέψῃς) Ἡνίκα ἂν ἴδῃς ἀσχημάτιστον πῦρ θεῖον, καθόλου λάμπον τὸν κόσμον σκιρτηδὸν ἤτοι σὺν χάριτι καὶ ἵλεων, τούτου τὴν φωνὴν ἄκουσον, ὡς ἀληθεστάτην πρόγνωσιν φέρουσαν.

Σύμβολα πατρικὸς) Ὁ πατρικὸς νοῦς, ὁ τῆς ψυχῆς δηλαδὴ οὐσίας προσεχὴς δημιουργός, οὗτος ταῖς ψυχαῖς ἐνέσπειρε καὶ τὰ σύμβολα, ἤτοι τὰς τῶν νοητῶν εἰδῶν εἰκόνας, ἐξ ὧν τοὺς τῶν ὄντων ψυχὴ ἑκάστη ἐν ἑαυτῇ ἀεὶ κέκτηται λόγους.

Μάνθανε τὸ νοητὸν) Μάνθανε τὸ νοητόν, ἐπεὶ ἔξω

τοῦ σοῦ ὑπάρχει νοῦ ἐνέργεια δηλαδή. Εἰ γὰρ καὶ ἐνεσπαρμέναι σοι ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ αἱ τῶν νοητῶν εἰσὶν εἰκόνες, ἀλλὰ δυνάμει αὗται ἔγκεινται σοῦ τῇ ψυχῇ· δεῖ δέ σε καὶ ἐνεργείᾳ τὴν τοῦ νοητοῦ γνῶσιν μετιέναι.

Ἐστι δὲ δή τι νοητὸν] Τὸν ἀνωτάτω θεὸν, ἅτε ἓν ἄκρως ὄντα, οὐκ ἔστιν ὡσαύτως τοῖς ἄλλοις νοητοῖς νοεῖν, ἀλλὰ τῷ τοῦ νοῦ ἄνθει, ἤτοι τῷ ἀκροτάτῳ καὶ ἑνιαίῳ τῆς ἡμετέρας νοήσεως.

Εἰσὶν πάντα) Ἅπαντα ἐξ ἑνὸς πυρὸς, ἤτοι θεοῦ, ἐστὶ γεγονότα.

Πάντα γὰρ ἐξετέλεσε) Ὁ γὰρ πατὴρ ἅπαντα ἐξετέλεσε, τὰ νοητὰ δηλαδὴ εἴδη (ταῦτα γάρ ἐστι, τὰ ἐκτετελεσμένα τέ καὶ τέλεια) καὶ τῷ μετ᾽ ἑαυτὸν δευτέρῳ θεῷ παρέδωκεν, ἄρχειν δηλαδὴ καὶ ἡγεῖσθαι αὐτῶν· ὥστε ἐάν τι καὶ διὰ τοῦτον παράγηται τοῦ θεοῦ, πρὸς παράδειγμα ἑαυτοῦ τὲ καὶ τῆς ἄλλης νοητῆς οὐσίας, καὶ τοῦτο ἐκ τοῦ ἀνωτάτω πατρὸς ἴσχει τὴν φύσιν. Τοῦτον τὸν δεύτερον θεὸν, πρῶτον φησὶν ἑαυτοῖς τίθεσθαι τὰ τῶν ἀνδρῶν ἔθνη, ὁπόσα δηλαδὴ τοῦ μὲν κόσμου τοῦδε προσεχῆ τινα δημιουργὸν νομίζει· τούτου δὲ οὐκ ἔτι ἀνωτέρω οὐδένα.

Νοούμεναι ἴυγγες) Ἴυγγας, τὰ νοητὰ εἴδη καλεῖ, νοούμενά τε πατρόθεν, καὶ αὐτὰ νοοῦντα· κινούμενά τε πρὸς τὰς νοήσεις βουλαῖς ἀφθέγκτοις, ἤτοι ἀνεκφωνήτοις. κίνησιν δὲ

ἐν ταῦ

Cognoſce id quod ſub intelligentiam cadit, extra mentem tuam actu eſſe. Quanquam enim ab opifice imagines tibi rerum intelligibilium ſunt inditæ, hæ tamen potentia tantum in anima tua ſunt. Quare & rerum intellectualium aſciſcenda tibi actu notitia eſt, animoque conſectanda.

Eſt intelligibile) *id eſt ſummus Deus, qui vnús perfecte eſt, non eodem modo, vt alia, concipitur, ſed mentis flore, id eſt ſingulari & potiſsima parte noſtræ intelligentiæ,*

Oĩa ab vno igne) *Id eſt, a deo promanarunt.*

Omnia pater perfecerit) *Ipſe pater omnia fecit, videlicet intelligibilia genera (hæc enim ſunt quæ ſunt expleta & omnibus ſuis numeris abſoluta) alterique a ſe Deo regẽda tradidit: vnde ſi quid ab hoc deductum eſt, & ad ipſius aut alterius ſubſtantiæ intelligibilis exemplar effictum, id a ſummo illo patre proficiſcitur. Hunc alterum Deum gentes primum haberi cenſent, quotquot videlicet aſsiduum mundi architectum, quo alius non ſit ſuperior, eſſe exiſtimant.*

Species quæ mente percipiuntur (Ιυγγας *ſpecies intellectiles vocat, quæ a patre cõcipiuntur, & ipſæ concipiunt: & ad concipiendi munia obeunda exſtimulant cõſilijs immotis. Hic vero mo-*

tum intelligendi, non transgreßionem hoc oraculũ intelligit, aut cursum, sed simpliciter habitũ ad intellectilia. Quare & consilijs ἀφθέγκτοις, id est immotis, quod ipsum φθέγξασθαι, loqui, in motu sit. Hoc autẽ vult: hæ species immotũ, minimeque vt anima vagum ad ea quæ intelliguntur responsum obtinẽt.

O quomodo mundus] *Ex mente perceptilibus formis quæ antecellunt, & quæ in hoc aëre ab immortalibus deducta sunt, mundi rectores intelligentiæ compotes nominat, quorum principem constituit alterum a patre Deum. Cum vero dicit hoc oraculum rectores esse mundo flecti nescios, eo spectat vt ipsi immortalitatem asserat.*

Seipsum pater subduxit] *Seipsum pater a reliquis omnibus exemptum fecit, adeo vt ne in intellectiua quidem facultate vel altero a se Deo ignem suum, hoc est propriam diuinitatem incluserit. Huius autẽ diuinitas a cæteris rebus exempta est. videlicet quoniã ille idem & ortus immunis est, & per se ipse extat: immo nulli prorsus communicabilis est, licet ab omnibus diligatur. non autem inuidia ductus se nemini impertit, sed sola rei impossibilitate, quæ vt in contradictionem ille incidat, omnino non permittit.*

Pater non metum immittit, sed obsequiũ infundit]

ἐν ταυτῷ νοήσεως, οὐ μετάβασιν βούλοιτ' ἂν λέγειν, οὐδὲ διέξοδον, ἀλλ' ἁπλῶς τὴν πρὸς τὰ νοούμενα σχέσιν· ὥστε δὲ καὶ τὸ βουλαῖς ἀφθέγκτοις, τοῦτ' ἂν βούλοιτο τὸ ἀκινήτοις· ὡς τό γε φθέγγεσθαι ἐν κινήσει ὄν. καὶ λέγει αὖ που, ὡς ἀκίνητα τὰ τοιαῦτα εἴδη· καὶ οὐ διεξοδικῶς, ὥσπερ ἡ ψυχὴ, τὴν πρὸς τὰ νοούμενα ἔχει σχέσιν.

Ω πῶς κόσμος ἔχει] Τὰ περιέχοντα τῶν νοητῶν εἰδῶν, καὶ τῶν ἐν τῷδε τῷ οὐρανῷ ἀθανάτων παραγωγὰς νοερὰς ἀνοχῆας κόσμου καλεῖ, ὧν κορυφαῖον τὸν μετὰ τὸν πατέρα δεύτερον βούλεται εἶναι θεόν· ἀκαμπεῖς δὲ ἀνοχῆας φάσκων τοῦτο τὸ λόγιον ἔχειν τὸν κόσμον, δηλονότι ἄφθαρτον αὐτὸν βούλεται εἶναι.

Εαυτὸν ὁ πατὴρ ἥρπασεν) Εαυτὸν ὁ πατὴρ, τῶν ἄλλων πάντων ἐξαίρετον ἐποίησεν· οὐδὲ ἐν τῇ ἰδίᾳ νοερᾷ δυνάμει, ἤτοι τῷ μεθ' ἑαυτὸν δευτέρῳ θεῷ κλείσας, ἤτοι ὁρίσας τὸ ἴδιον πῦρ, τὴν ἰδίαν δὴ θεότητα. τὸ γάρ τοι πάμπαν ἀγλύνητον καὶ αὐτὸ δι' αὐτὸ ὄν, ᾧ ἡ αὐτοῦ θεότης τῶν ἄλλων πάντων ἐξῄρηται· ἅτε οὐδ' ὅλως μεταδοτὸν τῷ ἑτέρῳ ὄν, κἂν ἀγαπᾶτο ὑπὸ πάντων. οὐδὲ μετέδωκεν οὐδενὶ, οὐ φθόνῳ τῷ δ' ὅλως ἀδυνάτῳ τοῦ πράγματος, τῷ ἐς ἀντίφασιν περιΐστασθαι.

Πατὴρ οὐ φόβον ἐπιθρώσκει) Οὐ φόβον ἐμβάλλει ὁ

πατήρ, πειθὼ δ' ἐπιχεῖ, ἤτοι ἔρωτα· ἅτε γὰρ ἄκρως αὐτὸς ἀγαθὸς ὤν, οὐδ' ἂν κακοῦ αἴτιος εἴη οὐδενί, ὥστ' ἂν καὶ φοβερὸν εἶναι, ἀγαθῶν δ' ἀεὶ πᾶσιν αἴτιος ὤν, κἂν ἀγαπῷτο ὑπὸ πάντων.

Δῆλοι οὖν εἰσιν ἄλλοι τε συχνοὶ ἀνθρώπων, τοῖς ἀπὸ Ζωροάστρου τούτοις συνῳδοῖς πῃ καθαστησάμενοι τὰς δόξας· μάλιστά γε μὴν καὶ οἱ περί τε Πυθαγόραν καὶ Πλάτωνα σοφοί, ἐπεὶ καὶ ἐκείνοις ἔτι τῶν Ζωροάστρου, οἷς φησὶ περὶ αὐτοῦ ὁ Πλούταρχος, πάνυ σύνῳδα καὶ τὰ Πλάτωνος φαίνεται. Φησὶ δὲ περὶ Ζωροάστρου Πλούταρχος, ὡς τριχῇ τὰ ὄντα διέλοι· καὶ τῇ μὲν πρώτῃ αὐτῶν μοίρᾳ, Ὡρομάζην ἐφιστώη· τοῦτον δὲ εἶναι τὸν ὑπὸ τῶν λογίων πατέρα καλούμενον· τῇ δ' ἐσχάτῃ Ἀειμάνην, Μίθρην δὲ τῇ μέσῃ· καὶ τοῦτον δ' αὖ εἶναι τὸν δεύτερον νοῦν καλούμενον ὑπὸ τῶν λογίων· ἀλλ' Ὡρομάζην μέν, ἡλίου, ὅν γε δὴ καὶ κύρον Πέρσαι καλεῖσθαι, τριπλάσιον ἑαυτὸν ἐφεστακέναι· Μίθρην δὲ δηλονότι, τὸν μετά γε Ὡρομάσδην, διπλάσιον. οἷς γὰρ πάντως σύνῳδα καὶ τὰ Πλάτωνος ἐκεῖνα ἐστὶ· περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντ' ἐστί· καὶ ἐκείνου ἕνεκα πάντα· καὶ ἐκεῖνο αἴτιον ἁπάντων τῶν καλῶν· δεύτερον δὲ περὶ τὰ δεύτερα· καὶ τρίτον, περὶ τὰ τρίτα. μοίρας δὲ τρεῖς ἐς ἃς Ζωροάστρης τε καὶ Πλάτων τὰ ὄντα διῃρήκεσαν, εἶναι πρώτην μὲν, τὴν αἰώνιον· δευτέραν δὲ, τὴν ἐγχρόνιον μὲν, ἀΐδιον δέ· τρίτην δὲ τὴν θνητήν. Ζωροάστρην δὲ φησὶ Πλούταρχος οὕτω παλαιόν τινα γεγονέναι, ὡς καὶ πεντακισχιλίοις ἔτεσι τῶν Τρωϊκῶν πρεσβύτερον ἱστορεῖσθαι.

infundit) *Hoc est amorem. Cùm enim ipse summe bonus sit, nulli vllius auctor fuerit mali, vnde iure timeri poßit, sed omnibus contra semper bonorum causa, vt ideo a cunctis ametur.*

Hæc Zoroastris oracula frequentes & clari viri consimiles opiniones secuti confirmarunt; sed præcipue Pythagorici & Platonici: quãdoquidem illis etiã Zoroastri dictis quæ de eo Plutarchus refert. plane consona Platonis sententia videtur. Refert autẽ de Zoroastre Plutarchus, quod res oẽs in tria genera distribuerit: & primæ quidẽ illarũ parti siue generi Horomazen præfecerit. eundẽ cum eo quem oracula patrẽ vocitant: vltimæ vero Arimanen, at mediæ Mithran, quẽ alterã mentẽ oracula nominant. Et quod Horomazes Solis, qui Persice Cyrus dicitur, se triplicẽ constituerit, duplicẽ autẽ Mithra qui proximũ ab Horomaze locũ obtinet. Quibus omnino Platonica illa respondent: oĩa sunt circa regẽ vniuersorũ, & eius gratia sunt oĩa: ideq; oĩm bonorũ causa est: secũd⁹ vero circa secũda, terti⁹ circa tertia occupat⁹ est. Tres aũt partes in quas Zoroastres & Plato res vniuersas diuiserũt, sũt istæ: prima qdẽ æterna: secũda vero tẽpore cœpit, sed æterna est: tertia demum corruptioni obnoxia est. Cæterũ Plutarch. testatur Zoroastrẽ adeo vetustũ esse, vt quinq; milib. annorũ bellũ Troianũ antecesserit

SAPIENTISSIMI PSELLI EXPOSITIO *eorundem oraculorum.*

ORACVLVM CHALDAICVM.

Est etiam simulacro locus suus in regione vndique & omnino lucida.

Idola siue simulacra dicuntur a philosophis, quæ congenita quidẽ sunt præstantioribus, attamen illis inferiora & deteriora. Exempli gratia, Deo mens congenita est, menti anima rationis particeps, animæ ratione præditæ irrationalis, irrationali natura naturæ corpus, & corpori materia. Idolum itaque & imago dei mens est, mentis anima rationalis, animæ rationalis irrationalis, irrationalis natura, naræ corpus, corporis materia. Hic autem irrationalem animam vocat Chaldaicum oraculum animæ rationalis simulacrum, eo quod huic illa cõnata est, sed conditione inferiori: aitque simulacro partem attributam esse in regione vndiquaque collustrata. quo significat animã rationis expertem, quæ imaginem animæ ratione præditæ refert, virtutum auxilio dum in hac vita moratur lustratam, curricu-

la vitæ

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΨΕΛΛΟΥ ΕΞΗΓΗΣΙΣ εἰς τὰ αὐτὰ λόγια.

ΚΑΛΔΑΙΚΟΝ ΛΟΓΙΟΝ.

Ἔστι καὶ εἰδώλῳ μερὶς εἰς τόπον ἀμφιφάοντα.

Εἴδωλα λέγεται παρὰ τοῖς φιλοσόφοις, τὰ συμφυῆ μὲν κρείττοσιν, ἐλάττονα δὲ ἐκείνων τυγχάνοντα· οἷον συμφυὴς ὁ νοῦς τῷ θεῷ, καὶ τῷ νῷ ἡ λογικὴ ψυχή, καὶ τῇ λογικῇ ψυχῇ ἡ ἄλογος, καὶ τῇ ἀλόγῳ ἡ φύσις, καὶ τῇ φύσει τὸ σῶμα, καὶ τῷ σώματι ἡ ὕλη. Εἴδωλον μὲν τοῦ μὲν θεοῦ, ὁ νοῦς· τοῦ δὲ νοῦ, ἡ λογικὴ ψυχή· τῆς δὲ λογικῆς ψυχῆς, ἡ ἄλογος· τῆς δὲ ἀλόγου, ἡ φύσις· τῆς δὲ φύσεως, τὸ σῶμα· τοῦ δὲ σώματος, ἡ ὕλη. Ἐντεῦθεν δὲ τὸ Χαλδαϊκὸν λόγιον, εἴδωλον φησὶ, τὴν ἄλογον ψυχὴν τῆς λογικῆς. συμφυὴς γὰρ αὐτὴ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ χείρων ἐκείνης. καὶ φησὶν ὅτι καὶ εἰδώλῳ μερίς ἐστιν εἰς τόπον ἀμφιφάοντα τουτέστιν, ἡ ἄλογος ψυχὴ ἥτις ἐστὶν εἴδωλον τῆς λογικῆς ψυχῆς, καθαρθεῖσα δι' ἀρετῆς ἐν τῷ βίῳ, ἄνεισιν εἰς τὸν ὑπὲρ σελήνην τόπον μετὰ τὴν διάλυσιν τοῦ

τοῦ ἀνθρώπου ζωῆς· καὶ ἀποκληροῦται εἰς τὸν ἀμφιφαῆ· τουτέστιν ἀμφοτέρωθεν λάμποντα, καὶ ὁλολαμπῆ. ὁ μὲν γὰρ ὑπὸ σελήνην τόπος, ἀμφικνεφής ἐστι· τουτέστιν ἀμφοτέρωθεν σκοτεινός. ὁ δὲ σεληνιακὸς, ἑτεροφαὴς, ἢ ἑτεροκνεφής· τουτέστι, τῷ ἡμίσει περιλάμπων, τῷ δὲ ἡμίσει σκότους μεστός. καὶ γὰρ καὶ αὐτὴ ἡ σελήνη, τοιαύτη ἐστὶ, τῷ μὲν ἡμίσει μέρει πεφωτισμένη, καὶ τῷ ἑμίσει ἀφώτιστος. ὁ δὲ ὑπὲρ σελήνην τόπος ἀμφιφαής ἐστιν, ἤτοι δι᾽ ὅλου πεφωτισμένος. λέγει οὖν τὸ λόγιον, ὅτι οὐ μόνον ἡ λογικὴ ψυχὴ ἀποκληροῦται εἰς τὸν ὑπὲρ σελήνην τόπον τὸν ἀμφιφαῆ, ἀλλὰ μερίς ἐστι καὶ τῷ εἰδώλῳ αὐτῆς, ἤτοι τῇ ἀλόγῳ ψυχῇ, ἀποκληρωθῆναι εἰς τὸν ἀμφιφαῆ τόπον, ὅταν διαυγὴς καὶ καθαρὰ ἐξέλθῃ τοῦ σώματος. ὁ μὲν γὰρ Ἑλληνικὸς λόγος ἀθάνατον τιθεὶς καὶ τὴν ἄλογον τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν, μέχρι τῶν ὑπὸ σελήνην στοιχείων αὐτὴν ἀνάγει. τὸ δὲ Χαλδαϊκὸν λόγιον καθαρὸν αὐτὴν καὶ ὁμόφρονα τῇ λογικῇ ψυχῇ ποιοῦν, εἰς τὸν ἐπέκεινα τῆς σελήνης τὸν ἀμφιφαῆ ταύτην ἀποκαθιστᾷ. καὶ τὰ μὲν τῶν Χαλδαίων δόγματα, τοιαῦτα· οἱ δὲ τῆς εὐσεβείας ὑφηγηταὶ καὶ τῶν Χριστιανικῶν δογμάτων ὑποφῆται καὶ κήρυκες, οὐδαμοῦ τὴν ἄλογον ψυχὴν ἀνάγουσιν, ἀλλὰ θνητὴν διαῤῥήδην

ὁρίζονται

lo vitæ humanæ finito ad regionẽ quæ supra lunam est redire, eiq; sorte aßignari locũ vndique luminosum, id est circum circa & omni ex parte splendore fulgẽtem. nam qui subter lunam locus est, vndique tenebricosus est, & circũ circa caligine septus. lunaris vero alternatim lucidus & obscurus est, hoc est vna ex parte lumine clarus, ex altera tenebris oppletus: quẽadmodũ etiã ipsa luna media ex parte illuminata est, & ex media obtenebrata. Loc⁹ vero ille supra lunã, vtrinque lucidus est, siue omni ex parte collustratus, Dicit itaque oraculũ, non solũ animæ ratione præditæ superlunarem illã regionẽ vndique luminosã esse destinatã, sed etiã illius imaginẽ animã brutam hac sorte dotatã, vt in regionẽ omni ex parte lucidam asciscatur, modo splendida & pura e corpore exierit. Græcorum siquidem doctrina irrationalẽ hominis animam facit interitus nesciam, eamque vsque ad elementa sub luna sita extollit. at Chaldaicum oraculum expiatam illam & cum rationis participe anima amice conspirãtem in regionẽ hanc quæ vltra lunam est, vndique lucidam transuehit. Atque hæc quidem sunt statuta Chaldæorum. Pietatis vero doctores & Christianorum dogmatum interpretes ac præcones nusquã locorũ brutam animam ad superiora educunt, sed aperte

interituri obnoxiam esse profitentur. habent autem pro anima bruta iram & cupiditatẽ generationis appetitricem. Atque ita enarrando tradit Gregorius Nissenus in oratione de anima.

Ne vero materiæ feces in præcipitio relinquas.

Materiæ feces appellat oraculum hominis corpus e quattuor elementis compositum: & tanquam docendo & exhortando discipulum alloquitur: Non solum animam tuam ad deum eleua, & vt vitæ huius turbas superet effice, sed si fieri potest, ne quidem ipsum corpus quo amictus es, quodque materiæ fex est reijcula & neglecta, & materiæ ludicrũ, in terrestri mundo relinque. præcipitium namque nominat oraculum locum hunc inferiorem. a cœlo enim tanquam loco edito natura nostra huc præcipitatur. admonet igitur, vt & ipsum corpus, quod per materiæ fæcẽ innuit, igne diuino absumamus & expurgemus, aut decorticatum in æthera eleuemus, aut a deo ceu transuasemur in locum materiæ & corporis expertem; vel corporeum eum quidem, sed ætherium; vel cælestem, quem consecuti sunt Elias Thesbites & ante hunc Enoch, ab hac vita in longe diuiniorem conditionem trãslati, materiæ sedimento, suo nempe ipsorum corpore, in præruptis

locis

ὁρίζονται. ἄλογον γὰρ ψυχὴν τίθενται, τὸν θυμὸν καὶ τὴν ἐπιθυμίαν, τὴν ὀρεγομένην γενέσεως. οὕτω γοῦν ὁ Νυσσαεὺς Γρηγόριος ἐν τῷ περὶ ψυχῆς λόγῳ διέξεισιν.

Μὴ δὲ τὸ τῆς ὕλης σκύβαλον κρημνῷ καταλείψῃς.

Ὕλης σκύβαλον φησὶ τὸ λόγιον, τὸ τοῦ ἀνθρώπου σῶμα τὸ ἐκ τεσσάρων στοιχείων συγκείμενον· καὶ ὥσπερ ἐν διδασκαλίας λόγῳ καὶ παραινέσεως φησὶ πρὸς τὸν διδασκόμενον· ὅτι μὴ μόνον τὴν ψυχήν σου πρὸς τὸν θεὸν μετεώρισον, καὶ τῆς βιωτικῆς συγχύσεως ὑπερτέραν ποίησον, ἀλλ' εἰ δυνατὸν, μηδὲ αὐτὸ τὸ σῶμα ὅπερ ἠμφίεσαι, καὶ ὅπερ σκύβαλόν ἐστι τῆς ὕλης, τουτέστι πράγματι ἀπερριμμένον καὶ καταπεφρονημένον, καὶ ὕλης παίγνιον, εἰς τὸν περίγειον καταλείπῃς κόσμον. κρημνὸν γὰρ τὸν ἐνταῦθα τόπον ὀνομάζει τὸ λόγιον. ὥσπερ γὰρ ἀπὸ μετεώρου τόπου τοῦ οὐρανοῦ, ἡ φύσις ἡμῶν ἐνταῦθα κατακρημνίζεται. παραινεῖ οὖν, ἵνα καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα, ὅπερ φησὶν ὕλης σκύβαλον, πυρὶ θείῳ ἐκδαπανήσωμεν, ἢ ἀπολεπτύναντες εἰς αἰθέρα κουφίσωμεν, ἢ μετεωρισθῶμεν ὑπὸ θεοῦ εἰς τόπον ἄϋλον καὶ ἀσώματον ἢ ἐνσώματον μὲν, αἰθέριον δὲ ἢ οὐράνιον, οὗ δὴ τετύχηκεν ὅ τε Θεσβίτης Ἠλίας, καὶ πρὸ τούτου Ἐνὼχ, μετατεθέντες ἀπὸ τῆς ἐνταῦθα ζωῆς, καὶ εἰς θειοτέραν λῆξιν ἀποκαθισάντες, καὶ μηδὲ τὸ τῆς ὕλης σκύβαλον, ἤτοι τὸ ἑαυτῶν σῶμα, κρημνῷ

καταλιπόντες κρημνὸς δέ ἐστιν, ὥσπερ εἰρήκαμεν, ὁ περίγειος τόπος. τὸ δὲ τοιοῦτον δόγμα εἰ καὶ θαυμαστόν ἐστι καὶ ὑπερφυές, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τῷ ἡμετέρῳ βουλήματι ἡ δαπάνη κεῖται τοῦ σώματος, καὶ ἡ πρὸς τὸν θειότερον τόπον τούτων μετάστασις· μόνης γὰρ τῆς θείας ἤρτηται τὸ πρᾶγμα χάριτος, τῆς τῷ ἀπορρήτῳ πυρὶ τὴν ὕλην ἐκδαπανώσης τοῦ σώματος, καὶ τὴν ἐμβριθῆ καὶ γεώδη φύσιν ὀχήματι πυρίνῳ μετεωριζούσης εἰς οὐρανόν.

Μὴ ἐξάξῃς, ἵνα μὴ ἐξίῃ ἔχουσά τι.

Τοῦτο τὸ λόγιον καὶ Πλωτῖνος ἐν τῷ περὶ ἀλόγου ἐξαγωγῆς τίθησιν. Ἔστι δ' ὁ λόγος παραίνεσις ὑπερφυής τε καὶ ὑπερήφανος. φησὶ γὰρ μηδένα τὸν ἄνθρωπον πραγματεύεσθαι περὶ τὴν ἐξαγωγὴν τῆς ψυχῆς, μηδὲ φροντίζειν πῶς ἂν ἐξέλθοι τοῦ σώματος· ἀλλὰ τῷ φυσικῷ λόγῳ τῆς διαλύσεως παραχωρεῖν. αὐτὸ γὰρ τὸ ἐμμέριμνον εἶναι τινὰ περὶ τῆς τοῦ σώματος λύσεως, καὶ τῆς ἐντεῦθεν ἐξαγωγῆς τῆς ψυχῆς, μετάγει τὸν νοῦν ἀπὸ τῶν κρειττόνων, καὶ ἀπάγει περὶ τὴν τοιαύτην φροντίδα, ἔνθεν τοι οὐδὲ καθαίρεται τελεώτατα ἡ ψυχή. ἀλγουμένοις οὖν ἡμῖν περὶ τὴν αἴσθησιν, ἐὰν τηνικαῦτα ὁ θάνατος παραγένηται, οὐκ ἐλευθέρα τὸ παντάπασιν ἔξεισιν ἡ ψυχή, ἀλλ' ἔχουσά τι τῆς ἐμπαθεστέρας ζωῆς. πάθος γὰρ ὁρίζεται ὁ Χαλδαῖος τὸ φροντίζειν περὶ τοῦ θανάτου τὸν ἄνθρωπον, δεῖ γάρ φησι μηδενὸς ἑτέρου φροντίζειν,

locis nomine destituto. Est autem præruptus locus, quemadmodum diximus, regio terrestris. Atque hoc dogma licet admirabile sit & excellens, non tamen in nostra volũtate sita est corporis lustratio & ad diuiniorem locum translatio, sed pendet res tota a diuina gratia, vt hæc ineffabili igne corporis materiam exurat, & prægrauantem terrenamque naturam igneo vehiculo in cælum euehat.

Ne exigas *animam*, Ne in exeundo habens aliquid *periclitetur.*

Hoc oraculum refert etiam Plotinus in libro de animæ irrationalis eductione. Est autem insignis & magni momenti exhortatio: homini nimirum nihil quicquam moliendum esse de animæ eductione, neque dispiciendum quo pacto illa è corpore egrediatur: sed negotiũ naturali dissolutionis rationi permittendum. anxietas enim & sollicitudo de corporis solutione, & animæ ex illo eductione, mentem a melioribus cogitationibus auocat, & curis eiusmodi occupat, vnde perfecte anima purgari nequit. Si enim tunc mors nobis adueniat, quando curis de resolutione distringimur, anima non exit prorsus libera, sed retinẽs aliquid de vita affectibus implicata affectum enim definit Chaldæus hominis de morte sollicitudinẽ. nullius enim alterius rei curam

habẽdam esse vult quam præstantiorum illuminationum. verum neque de his admodum sollicite cogitandum, sed vbi te ipsum angelicis & diuinis potentijs nos in altiora extollentibus permiseris, omnibus quæ in corpore sunt, dicam & in anima, sentiendi instrumentis obstructis; absque vllis negotiorum curis & mentis agitationibus vocantem deum sequendum esse. Nonnulli simplicius oraculum exposuerunt. ne educas *enim inquiunt,* ne exeat aliquid habens: *id est, ne te ante mortis naturalis terminum interimas, licet philosophiæ totus omni studio incubueris. nondum enim omnibus numeris absolutam lustrationem adeptus es. vnde licet anima e corpore via ista exsilierit, exibit tamen vitæ huius corruptione quodammodo infecta. Si enim nos homines in hoc corpore tanquam in custodia & statione collocati sumus, quemadmodum sane Plato hac sentẽtia diuinitus accepta in arcanis sermonibus dixerat, nemo certe sibi mortẽ inferre debet, antequam deus moriendi necessitatem immiserit. Atque hæc expositio melior est priore, & Christianæ doctrinæ prorsus congrua.*

Animo tuo ne subiicias immensa terræ spatia:

πίζειν, ἢ τῶν κρειττόνων ἐλλάμψεων. μᾶλλον δὲ μηδὲ περὶ τούτων φροντίζειν· ἀλλ' ἀφεικότα ἑαυτὸν ταῖς ἀναγούσαις ἡμᾶς ἀγγελικαῖς ἢ θειοτέραις δυνάμεσι, καὶ τὰ τοῦ σώματος μύσαντα αἰσθητήρια, εἰπεῖν δὲ καὶ τὰ τῆς ψυχῆς, ἀπολυπραγμονήτως καὶ ἀνενοήτως ἕπεσθαι τῷ καλοῦντι θεῷ.

Τινὲς δὲ ἁπλούστερον ἐξηγήσαντο τὸ λόγιον. μὴ ἐξάξῃς γὰρ φησὶν, ἵνα μὴ ἐξίῃ ἔχουσά τι. τουτέστι μὴ προανέλῃς σαυτὸν τοῦ φυσικοῦ θανάτου, κἂν πάνυ πεφιλοσόφηκας. οὔπω γὰρ τῆς τελεωτάτης καθάρσεως ἔτυχες. ἔνθεν καὶ ἀφισταμένη ἡ ψυχὴ τοῦ σώματος διὰ τῆς τοιαύτης ἐξαγωγῆς, ἔχουσά τι τῆς θνητοειδοῦς ζωῆς, ἔξεισιν. Εἰ γὰρ καὶ ὡς ἐν φρουρᾷ τῷ σώματι ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι, ὥσπερ δὴ καὶ Πλάτων εἰρήκει ἐν ἀπορρήτοις λόγοις ἄνωθεν τὴν δόξαν μεμαθηκώς, ἀλλ' οὐ δεῖ ἑαυτὸν ἀποκτεῖναι τινὰ, πρὶν ἀνάγκην ὁ θεὸς ἐπιπέμψῃ. καὶ κρείττων ἡ ἐξήγησις αὕτη τῆς προτέρας, καὶ τῷ Χριστιανικῷ λόγῳ συμβαίνουσα.

Μὴ τὰ πελώρια μέτρα γαίης ὑπὸ σὴν
φρένα βάλλου·

Οὐ γὰρ ἀληθείης φυτὸν ἐνὶ χθονί. (θροίσας·
Μηδὲ μέτρει μέτρα ἡλίου κανόνας συνα-
Ἀϊδίῳ βουλῇ φέρεται πατρὸς, οὐχ ἕνεκέν σου.
Μήνης ῥοῖζον ἔασον· ἀεὶ τρέχει ἔργῳ ἀνάγκης.
Ἀστέριον προπόρευμα σέθεν χάριν οὐκ ἐ-
λοχεύθη.
Αἴθριος ὀρνίθων ταρσὸς πλατὺς, οὔ ποτ' ἀληθὴς,
Καὶ θυσιῶν σπλάγχνων τε τομαί· τάδ' ἀθύρματα πάντα,
Ἐμπορικῆς ἀπάτης στηρίγματα. φεῦγε σὺ ταῦτα,
Μέλλων εὐσεβίης ἱερὸν παράδεισον ἀνοίγειν;
Ἔνθ' ἀρετὴ σοφία τε καὶ εὐνομίη συνάγονται.

Ἀπάγει τὸν μαθητευόμενον ὁ Χαλδαῖος πάσης Ἑλληνικῆς σοφίας, καὶ μόνῳ προσκολλᾶν οἴεται τῷ θεῷ. Μὴ τὰ πελώρια γάρ φησι μέτρα γῆς ὑπὸ σὴν φρένα βάλῃς· οὐ γὰρ ἀληθείης φυτὸν ἐνὶ χθονί· τουτέστι μὴ ὅτι τὰ μεγάλα μέτρα τῆς γῆς πολυπραγμόνει τῇ σῇ φρενὶ, ὥσπερ οἱ γεωγράφοι ποιοῦσι καταμετροῦντες τὴν γῆν. σπέρμα γὰρ ἀληθείας οὐκ ἔστιν ἐν γῇ. Μηδὲ μέτρει μέτρον ἡλίου κανόνας συνα-

θροίσας

Non eſt enim veritatis planta in terra.
Neque metire menſuram ſolis canonibus collectis:
Sempiterno patris conſilio fertur, non tua cauſa.
Relinque lunæ impetum: perpetuo currit vi neceſsitatis.
Aſtrorũ ꝓcurſus tua gratia nõ eſt cõditus.
In aere auium latum remigium nũquam verax eſt:
Et victimarum viſcerumque fruſtra, hæc omnia ludibria ſunt,
Erroris negotiatorũ fulcra. Tu fuge iſta,
Si velis ſacrum pietatis hortũ recludere,
Vbi virtus, ſapiẽtia & ęquitas cõſociãtur.

Chaldæus abducit diſcendi ſtudioſum ab omni Græcorũ ſapientia, & ſoli deo adhærere docet. Ne animo tuo comprehendas (*inquit*) terræ infinitã menſuram: non eſt enim veritatis planta in terra. *id eſt, ne ſollicite mẽte tua inquiras magna terra ſpatia, quemadmodum geographi facere ſolent terram dimetiendo: quia veritatis ſemen in terra non eſt.* Neque metire vias Solis regulis ad eam rem obſeruatis & collectis. ſempiterno patris cõſilio voluitur, non propter

te. *id eſt, ne circa motum & doctrinam aſtrorum occuperis. hæc enim non vitæ tuæ cauſa mouētur, ſed perpetuo voluuntur ſecūdum voluntatem Dei.* Relinque lunæ impetum. ſemper neceſſitatis opere currit. *hoc eſt, ne anxie ſcruteris lunæ volubilem motum. non enim propter te currit illa, ſed agitatur a neceßitate potiore.* Stellarum progreſſus tua cauſa factus non eſt. *id eſt ſtellarum duces ac præfecti, tam fixarum quam erraticarum, eſſentiam ſiue ſubſtantiam ſuam non in tui gratiam nacti ſunt.* Ætheriæ auium plantæ latæ nō ſunt veraces. *id eſt, ars, ex auium in aere volātium inſpectione, quā etiam auguralem ſcientiam nomināt curioſe illarum volatum, garritum, & ſedes obſeruans, vera non eſt. Latam autem plantam vocat, dilatatum pedum greſſum, ob digitorum extenſionem cute inter illos media quam longißime diducta.* Et victimarum viſcerumque ſectiones, hæc omnia ludibria ſunt. *id eſt ars ſacrificandi, tam ea quæ futura per victimas, quam quæ per viſcerum mactatarum hoſtiarū diſſectionem inquirit, manifeſta ludicra ſunt.* Negotiatorum erroris fulcra, *id eſt lucri fraudulentæ captationes. Ne igitur (ait) tu meæ diſciplinæ tradite iſtiuſmodi curioſe indageris, ſi quidem*

ſacrum

θεσπίσας· ἀϊδίῳ βουλῇ φέρεται τοῦ πατρὸς, οὐχ ἕνεκα σοῦ.
τουτέστι μὴ ἀσχολοῦ περὶ ἀστρονομίαν. οὐ γὰρ ἕνεκεν τῆς
σῆς ζωῆς τὸν δρόμον ποιεῖται, ἀλλ' ἀϊδίως κινεῖται κατὰ τὸ τοῦ
θεοῦ βούλημα. Μήνης ῥοῖζον ἔασον· ἀεὶ τρέχει ἔργῳ
ἀνάγκης. τουτέστι τὸ τῆς σελήνης σύντροχον κίνημα μὴ
πολυπραγμόνει. τρέχει γὰρ αὕτη οὐ διὰ σὲ, ἀλλ' ὑπὸ
κρείττονος ἀνάγκης ἀγομένη. Ἀστέριον προπόρευ-
μα σέθεν χάριν οὐκ ἐλοχεύθη. τουτέστιν οἱ προηγούμε-
νοι τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων, ἢ τῶν πλανωμένων, οὐ χά-
ριν σοῦ τὴν ὑπόστασιν ἔλαβον. Αἴθριος ὀρνίθων ταρ-
σὸς πλατὺς, οὔποτ' ἀληθής. τουτέστιν ἡ διὰ τῶν πε-
τομένων ὀρνίθων ἐν τῷ ἀέρι τέχνη, ἣν δὴ καὶ οἰωνιστι-
κὴν ὀνομάζουσιν, οὐκ ἔστιν ἀληθὴς, περιεργαζομένη
πτήσεις αὐτῶν, καὶ κλαγγὰς, καὶ καθέδρας. ταρσὸν
δὲ πλατὺν, τὴν τῶν ποδῶν αὐτῶν λέγει βάσιν
πλατεῖαν οὖσαν, διὰ τὴν τῶν δακτύλων ἔκτασιν διειρ-
γομένων τῷ μεταξὺ δέρματι. Καὶ θυσιῶν σπλάγ-
χνων τε τομαὶ, τάδ' ἀθύρματα πάντα. τουτέστιν ἡ θυτικὴ
καλουμένη ἐπιστήμη, ἤγουν ἡ διὰ τῶν θυσιῶν τῶν
μελλόντων ζητοῦσα τὴν πρόγνωσιν, καὶ ἡ διὰ τομῆς τῶν
σπλάγχνων τῶν σφαζομένων ἱερείων, παίγνιά εἰσιν
ἄντικρυς. Ἐμπορικῆς ἀπάτης στηρίγματα· τουτέστιν
ἀφορμαὶ κέρδους ἀπατηλαί. Μὴ τοίνυν (φησὶ) πολυ-
πραγμόνει σὺ μανθανόμενος ὑπ' ἐμοῦ, μέλλων

εὐσεβείης ἱερὸν παράδεισον ἀνοίγειν. ἱερὸς δὲ παράδεισος εὐσεβείας κατὰ Χαλδαίους, οὐχ ὃν ἡ τοῦ Μωυσέως βίβλος φησὶν, ἀλλ᾽ ὁ λειμὼν τῶν ὑψηλοτάτων θεωριῶν, ἔνθα τὰ ποικίλα τῶν ἀρετῶν δένδρα, καὶ τὸ ξύλον τὸ γνωστικὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ· τουτέστιν ἡ διακριτικὴ φρόνησις, ἡ διαιροῦσα τὸ κρεῖττον ἀπὸ τοῦ χείρονος· καὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς. τουτέστι τὸ φυτὸν τῆς θείας ἐλλάμψεως τῆς καρποφορούσης τῇ ψυχῇ ζωὴν ἱερωτέραν καὶ κρείττονα. ἐν τούτῳ γοῦν τῷ παραδείσῳ καὶ ἀρετὴ καὶ σοφία καὶ εὐνομία φέρονται. ἔστι δὲ ἀρετὴ, μία μὲν ἡ γενική, πολλαὶ δὲ αἱ κατ᾽ εἴδη διαιρούμεναι. σοφία δέ ἐστιν, ἡ τούτων ἁπάντων περιεκτικὴ, ἣν ὡς μόνα ἄρρητον ὁ θεὸς περιβάλλεται νοῦς. τῶν δὴ τοιούτων Χαλδαϊκῶν παραινέσεων, τὰ μὲν πλείω καὶ ταῖς καθ᾽ ἡμᾶς εἰσηγήσεσι κατάδηλά πως εἰσί· τινὰ δὲ καὶ ἠθέτηται *. τοῦ γὰρ καθ᾽ ἡμᾶς δόγματος διαῤῥήδην φάσκοντος διὰ τὸν ἄνθρωπον τὴν ὁρατὴν γεγενῆσθαι κτίσιν, ὁ Χαλδαῖος τὸν λόγον οὐ παραδέχεται, ἀλλ᾽ ἀϊδίως τίθεται κινεῖσθαί τι κατ᾽ οὐρανὸν, ἔργῳ ἀνάγκης, οὐχ ἕνεκεν ἡμῶν.

Δίζεο ψυχῆς ὀχετὸν, ὅθεν ἢ τινι τάξει
Σώματι θητεύσας ἐπὶ τάξιν ἰθὺς ἀναστήσεις,

ſacrum pietatis hortum tibi patere velis, eſt autem ſacer pietatis hortus ſiue paradiſus ſecundũ Chaldæos, non quem Moyſis liber prædicat, ſed altiſſimarum contemplationum pratum, in quo ſunt variæ virtutum arbores & lignum cognitionis boni & mali, id eſt prudentia dijudicatrix, bona a prauis ſegregans; lignum denique vitæ, id eſt planta illuſtrationis diuinæ, quæ animæ fructum ſanctioris & melioris vitæ producit. In hoc igitur paradiſo ſunt virtus, ſapientia & æquitas. Eſt autem virtus. vna quidem genere, ſed plures ſpecie diuerſæ. Sapientia vero omnes virtutes in ſe complectitur, quam vt ſolam ineffabilem mens diuina profert. Atque exhortationum iſtarũ Chaldaicarum pars magna quodammodo e noſtrorum inſtitutis aperta eſt, pars vero falſa & ex ethnicorum doctrina deſumpta, nam cum noſtra doctrina manifeſte aſſerat creaturam omnem viſui ſubiectam hominum cauſa conditam fuiſſe, Chaldæus iſtud verbum omnino nõ admittit, ſed perpetuo curſu cæleſtia ferri tradit vi neceſſitatis, non propter nos.

Scrutare animæ riuum, vnde aut quo ordine
Corpori mercenaria opera præſtita ad dignitatem iterum extollas,

Sacræ rationi opere adiuncto.

Hoc est, quære animæ originem, vnde producta corpori inseruierit, & quo pacto illa sacrarum ceremoniarum opere refocillata, lustrata atque erecta, eo vnde venerat reduci queat, sacra ratione coniuncta. *Id quod ita intelligendum venit. Sacra ratio in nobis est vita intellectu prædita, aut potius suprema animæ facultas, quam mentis florem alicubi oraculum appellat. Verum sacra ista ratio nequit suo ipsius ductu & auspicio ad superiora aspirare & res diuinas comprehendere. Atque pietatis quidem institutum ad Deum illam manu ducit ope illuminationum siue institutionum cælitus immissarum: Chaldæus vero rituum ac ceremoniarum scientia. quæ sciẽtia rituum initiatrix animam perfectam reddit ope & potentia materialiũ terrestrium. Huic igitur (ait) sacræ rationi cum opus vnieris, id est cum sacræ rationi animæ, siue præstantiori illius facultati ceremoniarum opus cõiunxeris. Et Gregorius quidem theologus e nostris, ratione & contemplatione animam ad diuina euehit, ratione quæ in nobis principatum obtinet intellectuque prædita est, contemplatione, quæ superne veniens illuminatio est. Plato vero ratione & intellectu essentiam generationis expertem principio que ca-*

Ἱερῷ λόγῳ ἔργον ἑνώσας.

Τουτέστι, ζήτει τὴν ἀρχὴν τῆς ψυχῆς, πόθεν παρήχθη καὶ ἐδούλευσε σώματι, καὶ πῶς ἄν τις ταύτην ἀνακτησάμενος καὶ ἐγείρας διὰ τῶν τελεστικῶν ἔργων, ἐπαναγάγῃ ὅθεν ἀφίκετο· ἱερῷ λόγῳ ἑνώσας· τοῦτο δὲ τοιοῦτόν ἐστιν, ἱερός ἐστιν ἡμῖν ὁ λόγος, ἡ νοερὰ ζωὴ, μᾶλλον δὲ ἡ ὑψηλοτέρα δύναμις τῆς ψυχῆς, ἣν αὐτὸς νοῦν ἐν ἑτέροις ὀνομάζει τὸ λόγιον. ἀλλ᾽ οὗτος ὁ ἱερὸς λόγος ἀδυνατεῖ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ πρὸς τὴν ὑψηλοτέραν ἀναγωγὴν, καὶ πρὸς τὴν τοῦ θείου περίληψιν. καὶ ὁ μὲν τῆς εὐσεβείας λόγος χειραγωγεῖ τοῦτον πρὸς θεὸν, διὰ τῶν ἐκεῖθεν ἐλλάμψεων· ὁ δὲ Χαλδαῖος διὰ τῆς τελεστικῆς ἐπιστήμης. τελεστικὴ δὲ ἐπιστήμη ἐστὶν, ἡ οἷον τελοῦσα τὴν ψυχὴν διὰ τῆς τῶν ἐνταῦθα ὑλικῶν δυνάμεως. τοῦτο γοῦν φησὶ τῷ ἱερῷ λόγῳ ἔργον ἑνώσας· τουτέστι συνάψας τῷ ἱερῷ λόγῳ τῆς ψυχῆς, ἤτοι τῇ κρείττονι δυνάμει τὸ τῆς τελετῆς ἔργον. καὶ ὁ μὲν καθ᾽ ἡμᾶς θεολόγος Γρηγόριος λόγῳ καὶ θεωρίᾳ τὴν ψυχὴν ἀνάγει πρὸς τὰ θειότερα· λόγῳ τῷ καθ᾽ ἡμᾶς τῷ νοερωτέρῳ καὶ κρείττονι, θεωρίᾳ τῇ ὑπὲρ ἡμᾶς ἐλλάμψει. ὁ δὲ Πλάτων λόγῳ καὶ νοήσει περιληπτὴν ἡμῖν τὴν ἀγέν-

νητον οὐσίαν τίθεται. ὁ δὲ Χαλδαῖος οὐκ ἄλλως φησὶν ἡμᾶς ἀνάγεσθαι πρὸς θεὸν εἰ μὴ δυναμώσομεν τὸ τῆς ψυχῆς ὄχημα διὰ τῶν ὑλικῶν τελετῶν. οἴεται γὰρ καθαίρεσθαι τὴν ψυχὴν λίθοις καὶ πόαις καὶ ἐπῳδαῖς, καὶ εὔτροχον εἶναι πρὸς τὴν ἀνάβασιν.

Μὴ κάτω νεύσῃς, κρημνὸς κατὰ γῆς ὑπόκειται,
Ἑπταπόρου σύρων κατὰ βαθμίδος, ὑφ' ἣν ὁ τῆς
Ἀνάγκης θρόνος ἐστίν.

Τὴν μετὰ θεὸν οὖσαν ψυχὴν τὸ λόγιον νουθετεῖ ἐκείνῳ μόνῳ προσέχειν τὸν νοῦν, καὶ μὴ κάτω τὴν ῥοπὴν ποιεῖσθαι· πολὺς γὰρ ὁ ἀπὸ θεοῦ κατὰ γῆν κρημνὸς, σύρων τὰς ψυχὰς διὰ τῆς ἑπταπόρου βαθμίδος. ἑπτάπορος δὲ βαθμὶς, αἱ τῶν ἑπτὰ πλανητῶν σφαῖραι εἰσί. νεύσασα γοῦν ἄνωθεν ἡ ψυχὴ, φέρεται ἐπὶ γῆν διὰ τῶν ἑπτὰ τούτων σφαιρῶν. ἡ δὲ τῶν ἑπτὰ κύκλων ὡς διὰ βαθμίδος κάθοδος ἐπὶ τὸν θρόνον ἄγει τῆς ἀνάγκης. οὗ δὴ γενομένη ἡ ψυχὴ τὸν περίγειον κόσμον παθεῖν ἀναγκάζεται.

Ὀνόματα βάρβαρα μήποτ' ἀλλάξῃς.

Τουτέστιν, εἰσὶν ὀνόματα παρ' ἑκάστοις ἔθνεσι θεοπαράδοτα, δύναμιν ἐν ταῖς τελεταῖς ἄρρητον ἔχοντα. μὴ

que carẽtem a nobis comprehendi posse statuit. At Chaldæus ait nõ aliter nos ad Deum deduci posse, nisi animæ vehiculum materialibus ceremonijs aptum reddamus atque firmemus. arbitratur enim animam lignis, herbis, & carminibus lustrari, agilioremque ad ascensum reddi.

Ne deorsum vergas, locus præruptus in terra subiacet,
De gradibus trahens septem vias habentibus, sub quibus
Necessitatis solium est.

Oraculum admonet animam quæ a Deo proxima est, vt huic soli tota mente adhæreat, neque ad terrena cursum inflectat: quod immensus a Deo in terram pateat hiatus, qui animas per limina septem tramitum detrahat. Sunt autẽ limina septem tramitum, septem errantium stellarum orbes. Si itaque superne deorsum anima nutauerit, per septẽ illarum orbes in terram feretur. sed istud septem circulorum iter tanquam per gradus quosdam ad necessitatis solium deducit: quo cum anima peruenerit, ineuitabili mundi terreni desiderio tenetur.

Nomina barbara nunquam mutaueris.

Id est, singulæ gentes habent nomina quædam diuinitus data, quæ incredibilem vim habent in

ſacris. Ne igitur illa commutes aut transferas in Græcorũ ſermonem: vt eſt nomen Seraphim, Cherubim, Michael, Gabriel. ſic enim iuxta Hebræorum dialectum prolata ſingularem & ineffabilem efficaciam in ſacrorum adminiſtratione habent: at in Græca nomina commutata, prorſus imbecillem. Ad me quod attinet, Chaldæorum ſacra omnino non probo, neque illorum doctrinæ aſſentior. vix autem oraculi obſcuritatem tibi retexi.

Mundus habet quadamtenus ſuſtentatores intellectu præditos & immobiles.

Chaldæi poſuerunt potentias in mundo, quas nominarunt mundi duces ſiue rectores, quod mundum motibus cum prouidendi cura regant. Has igitur potentias ſiue facultates appellat oraculum ſuſtentatores, quod mundum vniuerſum ſuſtineāt. Atque immobilitate quidem declaratur illarum vis firma ac ſtabilis, ſuſtẽtatione vero cuſtodiæ atque conſeruationis cura. Iſtas autem facultates deſignant per ſolas mundorũ cauſas & immobilitatem. Sunt vero & aliæ nonnullæ potentiæ quas implacabiles vocant, vt quæ validæ atque fixæ ad hæc inferiora nunquam flectuntur, & in cauſa ſunt vt animæ ab affectuum illecebris neutiquam demulceantur.

Operare

τα. μὴ οὖν μήτ' ἀλλάξῃς αὐτὰ εἰς τὴν Ἑλληνικὴν διάλεκτον· οἷον τὸ Σεραφεὶμ, καὶ τὸ Χερουβεὶμ, καὶ τὸ Μιχαὴλ, καὶ τὸ Γαβριήλ. οὕτω μὲν λεγόμενα κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν διάλεκτον, ἐνέργειαν ἐν ταῖς τελεταῖς ἔχει ἄρρητον· ἀμειφθέντα δὲ ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς ὀνόμασιν, ἀσθενῆ. ἐγὼ δὲ οὐ τὰς Χαλδαϊκὰς δέχομαι τελετὰς, οὔτε τῷ δόγματι πάνυ προστίθεμαι. ἀνεκάλυψα δέ τοι μόλις τοῦ λόγου τὴν κρυφιότητα.

Πῶς ἔχει κόσμος νοεροὺς ἀνοχῆας ἀκαμπεῖς.

Δυνάμεις ἐν τῷ κόσμῳ οἱ Χαλδαῖοι τίθενται, καὶ ὠνόμασεν αὐτὰς κοσμαγωγοὺς ὡς τὸν κόσμον ἀγούσας προνοητικαῖς κινήσεσι. ταύτας οὖν τὰς δυνάμεις ἀνοχῆας καλεῖ τὸ λόγιον, ὡς τὸν πάντα κόσμον ἀνεχούσας· τῷ μὲν ἀκαμπεῖ, τῆς σταθερᾶς αὐτῶν δηλουμένης δυνάμεως· τῷ δὲ ἀνοχικῷ, τῆς φρουρητικῆς. ταύτας δὲ τὰς δυνάμεις, διὰ μόνης τῶν κόσμων αἰτίας καὶ ἀκλινοῦς ὁρίζονται. εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεραι δυνάμεις λεγόμεναι παρ' αὐτοῖς ἀμείλικτοι, οἳ ἔντονοι καὶ ἀνεπίστροφοι πρὸς τὰ τῇδε, καὶ τὰς ψυχὰς ποιοῦσαι τοῖς θελγητρίοις μὴ μειλίσσεσθαι πάθεσιν.

Ἐνέργει περὶ τὸν ἑκατικὸν στρόφαλον.

Ἑκατικὸς στρόφαλος σφαῖρά ἐστι χρυσῆ, μέσον σάπφειρον περικλείουσα, διὰ ταυρείου στρεφομένη ἱμάντος, δι' ὅλης αὐτῆς ἔχουσα χαρακτῆρας· ἣν δὴ στρέφοντες ἐποιοῦντο τὰς ἐπικλήσεις. καὶ τὰ τοιαῦτα καλεῖν εἰώθασιν ἴυγγας, εἴτε σφαιρικὸν εἶχον, εἴτε τρίγωνον, εἴτε καὶ ὅτι σχῆμα. ἃ δὴ δονοῦντες τοὺς ἀσήμους ἢ κτηνώδεις ἐξεφώνουν ἤχους, γελῶντες, καὶ τὸν ἀέρα μαστίζοντες. διδάσκει οὖν τὴν τελετὴν ἐνεργεῖν, ἤτοι τὴν κίνησιν τοῦ τοιούτου στροφάλου, ὡς δύναμιν ἀπόρρητον ἔχουσαν. Ἑκατικὸς δὲ καλεῖται, ὡς τῇ Ἑκάτῃ ἀνακείμενος. ἡ δὲ Ἑκάτη θεός ἐστι παρὰ Χαλδαίοις, ἐν δεξιᾷ μὲν αὐτῆς ἔχουσα τὴν πηγὴν τῶν ἀρετῶν. ἔστι δὲ τὸ πᾶν φλύαρον.

Πολλάκις ἢν λέξεις μοι, ἀθρήσεις
πάντα λέοντα.
Οὔτε γὰρ οὐράνιος κυρτὸς τότε φαίνεται
ὄγκος,
Ἀστέρες οὐ λάμπουσι, τὸ μήνης φῶς
κεκάλυπται,
Χθὼν οὐχ ἕστηκε· βλέπεται δὲ πάντα
κεραυνοῖς.

Ἐν τῶν

Operare circa Hecatinum circulum.

Hecaticus circulus orbis eſt aureus, in medio ſapphirum incluſum complectens, loro bubulo conuerſus, vndiquaque varias figuras & characteres habens: quem rotantes, perficiebant inuocationes. atque iſtiuſmodi ſunt quæ iungas vocare ſolent, ſiue orbicularem, ſiue triangularem, ſiue aliam quamcunque figuram habeant. Atque dum circumagitant orbem illum, ſonos inconditos vel etiam beluinos cum clamore emittunt ridentes & aerem flagris ferientes. Docet itaque ritus operationem, ſiue circuli eiuſmodi agitationē, vt quæ vires arcanas habeat. Vocatur autem circulus ille Hecatinus, quia Hecatæ dedicatus eſt. quæ Hecate Chaldæis dea eſt, & in dextra ſui parte virtutum fontem habet. Eſt autem hoc oraculum plane futile.

Si ſæpe me allocutus fueris, videbis vbique leonem.
Neque enim cæleſtis & conuexa moles tunc apparet,
Stellæ non micant, lunæ lumen occultatum eſt,
Terra non ſtat fixa: videntur autem omnia fulminibus plena.

Leo est vnum ex cæli animalibus Zodiaco aßignatis: alias Solis domus dicitur: cuius fontem, id est leoniformis e stellis compositionis causam, Chaldæus λεοντοῦχον *vocat*, quasi dicas leonitenentem. *Ait igitur, si inter sacra fontem istum nomine suo vocaueris, nihil aliud in cælo præterquam spectrum leoninum videbis. neque enim concaua & rotundæ hominis* (potius *cæli*) *moles tibi apparebit, neque stellæ lucebunt, immo ipsa luna occultabitur, & concußionibus omnia agitabuntur. Horum autem essentiam non tollit fons iste sedi leonis aßignatus, sed propriæ illorum subsistentiæ principatus in causa est vt ipsa occultata nō cōspiciātur.*

Animæ figuræ experti vndique tende ignis habenas.

Aπλαστον *animā vocat oraculū forma & figura omni carentē, vel simpliciβimā & puriβimā: ignis aūt habenas istiusmodi animæ, expeditā atq; liberā deificæ vitæ operationem, quæ igneam mentem ad diuinum lumen excitat atque erigit.* Informi *itaque* animæ ignis habenas tende, *id est huic rei stude atque operam naua, vt omnes potentiæ, & in intellectu, & in cogitatione, & in opinione consistentes, quælibet inquā sibi cōformes & cōgruentes suscipiant illuminationes diuinas. nihil enim aliud*

sibi

Ἐν τῶν ἐν οὐρανῷ δώδεκα ζωδίων λεγομένων ἐστὶν ὁ λέων, οἶκος ἡλίου λεγόμενος· οὗ τὴν πηγὴν, ἤτοι τὴν αἰτίαν τῆς λεοντοειδοῦς ἐξ ἀστέρων συνθέσεως, λεοντοῦχον ὁ Χαλδαῖος καλεῖ. ἐν οὖν ταῖς τελεταῖς, φησὶν, ἐὰν ἐξ ὀνόματος καλέσῃς τὴν τοιαύτην πηγὴν, οὐδὲν ἕτερον ἴδῃς ἂν ἐν οὐρανῷ ἢ φάσμα λεόντειον. οὔτε γὰρ ὁ κυρτὸς τοῦ † αἰθερόπου ὄγκος ἤτοι ὁ περιφερὴς φανεῖταί σοι, οὔ- ἴσως οὐρανοῦ
τε ἀστέρες αὐγάσουσιν· ἀλλὰ καὶ ἡ σελήνη κεκάλυπται, καὶ σεισμοῖς τὰ πάντα δονεῖται. οὐκ ἀναιρεῖ δὲ τὴν οὐσίαν ἡ τοιαύτη λεοντοῦχος πηγὴ, ἀλλὰ τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ἰδίας ὑπάρξεως ἀποκρύπτει τὴν θεωρίαν αὐτῶν.

Πάντοθεν ἀπλάστῳ ψυχῇ πυρὸς ἡνία τεῖνον.

Ἄπλαστον ψυχὴν ὀνομάζει τὸ λόγιον τὴν ἀμόρφωτον καὶ διατύπωτον, ἢ τὴν ἀπλουστάτην καὶ καθαρωτάτην· ἡνία δὲ τοῦ πυρὸς τῆς τοιαύτης ψυχῆς, τῆς θεουργικῆς ἐστὶ ζωῆς ἡ εὔλυτος ἐνέργεια, ἀνατείνουσα τὸν νοῦν τὸν πύρινον εἰς αὐτὸ τὸ θεῖον φῶς. πάντοθεν οὖν τῇ ἀπλάστῳ ψυχῇ τὰ τοῦ πυρὸς ἡνία τείνεται, τουτέστι, καὶ ἀπὸ τῆς νοερᾶς δυνάμεως, καὶ ἀπὸ τῆς διανοητικῆς, καὶ ἀπὸ τῆς δοξαστικῆς, ἔξω* τῇ ψυχῇ σπούδασμα, ἵνα καταδήλως ἑκάστῃ δυνάμει τὰς θείας εἰσδέξηται φωταγωγίας. τοῦτο γὰρ

φησὶ δ' πυρὸς ἰωία τέκνον. ἀλλ' ἡ φύσις ὀκλάζουσα, καὶ κατὰ τὰς δευτέρας ζωὰς ἐνεργεῖ.

Ω Τολμηρᾶς ἐκ φύσεως ἄνθρωπε τέχνασμα.

Τέχνασμα μὲν γὰρ ὁ ἄνθρωπος, ὡς παρὰ θεοῦ ἀπορρήτῳ τέχνῃ συντεθεὶς, τολμηρὰν δὲ φύσιν αὐτὸν ὠνόμασε δ' λόγιον, ὡς τὰ κρείττονα περιεργαζόμενον, καὶ δρόμον μὲν ἀστέρων καταμετροῦντα, ὑπερφυῶν δὲ δυνάμεων τάξεις διακριβοῦντα, καὶ ἐξωτάτω τῆς οὐρανίου σφαίρας διασκοποῦντα, καὶ περὶ θεοῦ τι λέγειν διατεινόμενον. αἱ γὰρ ἐπιβολαὶ αὗται τῶν νοημάτων, τολμηρᾶς φύσεως. οὐ διασύρων δὲ ἐνταῦθα τὴν τόλμαν εἶπεν, ἀλλὰ τὴν ὁρμὴν τῆς φύσεως τέθεικεν.

Λαιῆς ἐν λαγόσιν Εκάτης ἀρετῆς πέλε πηγή,

Ενδον ὅλη μένουσα, τὸ παρθένιον οὐ προϊεῖσα.

Τὴν Εκάτην οἱ Χαλδαῖοι θεὸν ὀρίζονται μεσαιτάτην ἄγουσαν τάξιν, καὶ οἷον κέντρον ἔχουσαν τῶν ὅλων δυνάμεων. καὶ ἐν μὲν τοῖς δεξιοῖς αὐτῆς μέρεσι τιθέασι τὴν
περὶ. τε πηγὴν τῶν ψυχῶν· ἐν δὲ τοῖς ἀριστεροῖς, τὴν πηγὴν τῶν ἀγα-
τῶν θῶν. καί φασιν, ὅτι ἡ μὲν πηγὴ τῶν ψυχῶν, ἕτοιμός ἐστιν εἰς

τὰς ἀπο-

ſibi vult illud, ignis habenas tende. *Sed natura labaſcere ſolet, & alterius vitæ, deterioris ſcilicet, ſtudio teneri.*

O homo audacie natura *productũ* artificiũ.

Artificium equidem homo dicitur, vtpote arcana & incredibili arte a Deo conſtructus. Eundem hominem appellat oraculum audacẽ naturã, vt qui circa res excellentes verſetur, modo ſtellarũ curſum dimetiens, modo ſupernaturalium potentiarum ordines accurate inquirens, atque adeo etiam quæ longe extra orbem cæleſtem ſunt contemplans, & de Deo aliquid diſſerere contendens. iſti enim animi diſquiſitionum conatus, naturæ ſunt confidentis. Audaciam autem dixit & confidentiam, non vt calumniaretur, ſed vt naturæ impetum denotaret.

In ſiniſtræ Hecates ilibus ſitus eſt fons
virtutis,
Intus totus manens, virginitatem nunquam deſerens.

Chaldæi Hecaten deæ loco habent, quæ mediũ ordinem ducat, & quaſi centrum ſit omnium potentiarum. In dextris eius partibus collocant fontem animarum, in ſiniſtris fontem bonorum ſiue virtutum: aiuntque animarum quidem fontem ad

propagationem esse procliuem, virtutum vero fontem intra propriæ essentiæ limites coercitum manere, virginis intactæ instar incorruptum, eamque quam habet firmitatem & immobilitatem ab implacabilium potentiarum facultate adeptum esse, & virginali zona accinctum.

Quando videris absque forma sacrosanctum ignem
Lucentem exsultando totum per mundi profunda,
Audi ignis vocem.

Agit oraculum de diuino igne a plurimis hominibus conspecto, monetque, ne, si quis tale lumen certa aliqua forma & figura repræsentatũ videat, huic vlterius fidem adhibeat, neque illinc emissam vocem pro verissima excipiat. contra si id ab omni forma & figura liberum visui offeratur, non decipieris; sed quodcunque ex illo interrogaueris, certo verum erit. Nominatur autem iste ignis sacrosanctus, quod cum decore a sacris viris sit conspectus, & totus hinc illinc subsultans, magno lætitiæ scilicet & gratiæ indicio, per mundi abstrusa apparuerit.

Ne vo-

ταῖς ἀπογεννήσεις· ἡ δὲ πηγὴ τῶν ἀρετῶν ἐν ὅροις μένει ἔνδον τῆς ἰδίας οὐσίας, καὶ διὸ παρθένος ἐστὶ καὶ ἀμιγής, τὸ στάσιμον τοῦτο καὶ ἀκίνητον ἀπὸ τῆς τῶν ἀμειλίκτων λαβοῦσα δυνάμεως, καὶ ζωστῆρι κοσμηθεῖσα παρθενικῷ.

Ἡνίκα βλέψῃς μορφῆς ἄτερ εὐίερον πῦρ
Λαμπόμενον σκιρτηδὸν ὅλον κατὰ βένθεα
κόσμου,
Κλῦθι πυρὸς φωνήν.

Περὶ τοῦ ὁρωμένου πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων θείου φωτὸς τὸ λόγιον διέξεισιν, ὡς εἰ μὲν ἐν σχήματι καὶ μορφῇ θεώη τις τὸ τοιοῦτον φῶς, μηκέτι τούτῳ προσεχέτω τὸν νοῦν μηδὲ τὴν ἐκεῖθεν πεμπομένην φωνὴν ἀληθεστάτην νομισάτω. Εἰ δὲ ἴδοι τοῦτο ἀσχημάτιστον, καὶ ἀμόρφωτον, ἀνεξαπάτητος ἔστω· καὶ ὅσπερ ἂν ἐκεῖθεν ἐρωτηθείη, ἀληθές ἐστιν ἄντικρυς. Εὐίερον δὲ τὸ τοιοῦτον πῦρ ὠνόμασεν, ὡς ἐν καλῷ τοῖς ἱεροῖς ἀνδράσιν ὁρώμενον καὶ σκιρτηδὸν ὅλον προφαινόμενον, ἤτοι ἱλαρῶς καὶ χαριέντως, κατὰ τὰ βάθη τοῦ κόσμου.

Μὴ φύσεως καλέσῃς αὐτοπτον ἄγαλμα.

Αὐτοψία ἐστὶν, ὅταν αὐτὸς ὁ τελούμενος τὰ θεῖα φῶτα ὁρᾷ. Εἰ δὲ αὐτὸς μὲν οὐδὲν ὁρώῃ, ὁ δὲ τὴν τελετὴν διατιθέμενος αὐτοπτεῖ τι φαινόμενον, ἐποπτεία τοῦτο πρὸς τὸν τελούμενον λέγεται. δεῖ δὲ τὸ καλούμενον ἄγαλμα ἐν ταῖς τελεταῖς, νοητὸν εἶναι, καὶ σωμάτων παντάπασι χωριστόν. τὸ δὲ τῆς φύσεως μόρφωμα, οὐκ ἔστι παντάπασι νοητόν· ἡ γὰρ φύσις, σωμάτων ἐστὶν ὡς ἐπιτοπλεῖστον διοικητικὴ δύναμις· μὴ οὖν καλέσῃς, φησὶν, ἐν ταῖς τελεταῖς αὐτοπτον φύσεως ἄγαλμα. ἐποίσει γάρ σοι μεθ' ἑαυτοῦ, φυσικῶν τεττάρων μόνον πληθύν.

Ἡ φύσις πείθει πιστεύειν εἶναι τοὺς δαίμονας ἁγνούς.
Καὶ τὰ κακῆς ὕλης βλαστήματα, χρηστὰ καὶ ἐσθλά.

Οὐχ ὅτι αὐτὴ πείθει τοῦτο, ἀλλ' ὅτι κληθείσης παρὰ τῆς παρουσίας αὐτῆς πολὺς ἐπιρρεῖ δαιμόνων χορὸς, καὶ πολυειδεῖς περιφαίνονται μορφαὶ δαιμονιώδεις, ἀπὸ πάντων μὲν τῶν στοιχείων ἀνεγειρόμεναι, ἀπὸ πάν-

των δὲ

Ne vocaueris imaginem naturæ per ſe
conſpicuam.

Inſpectio per ſe dicitur, quando qui ſacris initiatus eſt, diuina videt lumina. At ſi hic nihil videat, ſed ille qui ſacra ordinat atque diſponit, ſpectrum aliquod per ſe cõtueatur, id initiati reſpectu ſuperinſpectio appellatur. Notandum autem eſt imaginem in ſacris euocari ſolitam, mente perceptibilem eſſe debere, & a corpore omni prorſus ſeparabilem. Naturæ autẽ forma ſiue imago, non eſt vndiquaque mente perceptibilis, quia natura vt plurimum facultas eſt corporum adminiſtratrix. Ne igitur, inquit, in ſacris ceremoniis aduoces naturæ imaginem ſua ſponte conſpicuam. tibi enim nihil ſecum afferet præterquã quattuor naturalium elementorum congeriem.

Natura ſuadet, vt credamus genios ſanctos eſſe,
Et prauæ materiæ germina, vtilia & bona.

Non quod ipſa natura hoc ratione ſuadeat, ſed quod ſi quando illa euocetur, ante aduentum eius frequens dæmonum cœtus affluat, & varij generis formæque ſpectra dæmoniaca præcurrant & appareant, ab omnibus partim elementis excitata, par-

tim ab omnibus lunaris cursus portionibus composita & discreta : immo cum lætitia & grata quadam blanditiæ sæpius occurrentia speciem bonitatis initiato præbent.

Anima hominum deum in seipsum constringet,
Si nihil caduci obtinẽs,tota inebriata est.
Harmoniam iacta namque,sub qua corpus vitale est,

*Ait quod anima in seipsam vi compellat ignem diuinum (id enim sibi vult τὸ ἄγχειν, constringere) ratione immortalitatis & puritatis.tunc enim tota inebriata est,id est impletur præstantiori vita & illuminatione,& quasi extra seipsam mouetur. Deinde ipsam animã alloquitur oraculũ dicens,*Harmoniam iacta,*id est gloriare de obscura & intelligibili coagmentatione qua colligata es arithmeticis & musicis proportionibus.sub hac enim intelligibili harmonia etiam vitale & compositum corpus coagmentatum est structura illinc suppeditata.*

Principatum teneat animæ profunditas diuina : oculos autem omnes
In altum sursum extendito.

Animæ profunditas innuit triplices eius potentias,quæ in intellectu,cogitatione, & opinione sitæ sunt:

τῶν δὲ τῶν μερῶν τοῦ σεληνιακοῦ δρόμου συγκείμεναί τε καὶ μειζόμεναι καὶ ἱλαραὶ καὶ χαρίεσσαι πολλάκις φαινόμεναι, φαντασίαν τινὸς ἀγαθότητος πρὸς τὸ τελούμενον ὑποκρίνονται.

Ψυχὴ μερόπων θεὸν ἄγξει εἰς ἑαυτὴν,
Οὐδὲν θνητὸν ἔχουσα, ὅλη μεμέθυσαι.
Ἁρμονίαν αὐχεῖ γάρ, ὑφ' ἧ πέλε σῶμα
βρότειον.

Τὸ θεῖον, φησὶ, πῦρ ἡ ψυχὴ βιάζεται εἰς ἑαυτὴν (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἄγχειν) διὰ τῆς ἀθανασίας καὶ τῆς καθαρότητος. τότε γὰρ ὅλη μεμέθυσται τουτέστι, πληροῦται τῆς κρείττονος ζωῆς καὶ ἐλλάμψεως, καὶ οἷον ἐξίσταται ἑαυτῆς. εἶτα πρὸς αὐτὴν ὁ λόγος φησίν. ἁρμονίαν αὐχεῖ. τουτέστι σεμνύνου τῇ ἀφανεῖ καὶ νοητῇ ἁρμονίᾳ, ᾗ συνδέδεσαι ἀριθμητικοῖς λόγοις καὶ μουσικοῖς. ὑπὸ ταύτῃ γὰρ τῇ νοητῇ ἁρμονίᾳ καὶ τὸ βρότειον καὶ σύνθετον συνηρμόσθη σῶμα ἐκεῖθεν ἐπιχορηγουμένην ἔχον τὴν σύστασιν.

Ἠγείσθω ψυχῆς βάθος ἄμβροτον· ὄμματα δ' ἄντα
Ἄρδην ἐκπέτασον ἄνω.

Ψυχῆς βάθος αἱ τριπλαῖ αὐτῆς δυνάμεις εἰσίν· αἱ νοεραὶ, αἱ διανοητικαὶ, αἱ δοξαστικαί· ὄμμα-

πα δὲ, αἱ τριπλαῖ αὐτῶν γνωστικαὶ ἐνέργειαι. τὸ μὲν γὰρ ὄμμα γνώσεως σύμβολον· ἡ δὲ ζωὴ, ὀρέξεως. ἀνοιγέσθω οὖν, φησὶ, τὸ τῆς ψυχῆς ἀθάνατον βάθος, καὶ τὰς γνωστικάς σοι δυνάμεις ἄρδην ἐκπέτασον ἄνω, καὶ ὅλον σαυτὸν, ἵνα τὸ ἡμεδαπὸν ἐρῶ. μετάθες ἐπὶ τὸν κύριον.

Μὴ πνεῦμα μολύνῃς, μὴ δὲ βαθύνῃς τὸ ἐπίπεδον.

Δύο χιτῶνας ἐπενδύουσι τὴν ψυχὴν οἱ Χαλδαῖοι· καὶ τὸν μὲν πνευματικὸν ὠνόμασαν, ἀπὸ τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου ἐξυφανθέντα αὐτῇ· τὸν δὲ αὐγοειδῆ, λεπτὸν καὶ ἀναφῆ. ὅνπερ ἐπίπεδον ὠνόμασε. μήτε οὖν φησὶ τὸν πνευματικὸν χιτῶνα τῆς ψυχῆς μολύνῃς ἀκαθαρσίᾳ παθῶν, μήτε τὸν ἐπίπεδον αὐτῆς βαθύνῃς προσθήκαις τισὶν ὑλικαῖς· ἀλλὰ τήρησον ἀμφοτέρους ἐπὶ τῆς φύσεως, τὸν μὲν καθαρὸν, τὸν δὲ ἀβαφῆ.

Ζήτησον παράδεισον.

Παράδεισος ἐστὶ Χαλδαϊκὸς, πᾶς ὁ περὶ τὸν πατέρα χορὸς τῶν θείων δυνάμεων, καὶ τὰ ἐμπύρια κάλλη τῶν δημιουργικῶν πηγῶν. ἄνοιξις δὲ αὐτοῦ δι' εὐσεβείας, ἡ μετουσία τῶν ἀγαθῶν. φλογίνη δὲ ῥομφαία,

ἡ ἀμει-

ſunt: oculi vero triplices, earum operationes cognoſcēdi vi præditas. eſt enim oculus cognitionis ſignū, vt & vita appetitionis. Vult igitur vt reſeretur animæ immortalis profunditas, & quas habes vi cognoſcendi præditas potentias, ſurſum in altum eleues, imo teipſum totum, vt noſtrorum verbis vtar, ad dominum transferas.

Ne ſpiritum coinquines, neque ſuperficiem in profundum augeas.

Chaldæi duabus tunicis animam induunt, & vnam quidem ſpiritualem nominarunt, a ſenſibili mundo ipſi contextam, alteram vero luciformem, tenuem & intactilem, quæ ſuperficies hic vocatur. Ne igitur, inquit, ſpiritualem animæ tunicam affectuū immunditia contamines, neque ſuperficiem illius additamentis quibuſdam materialibus in altitudinem excreſcere facias, ſed ambas vt natura ſua ſeſe habent conſerues, hanc puram, illam nullo colore infectam.

Quære paradiſum.

Totus diuinarum potentiaram chorus patrem ambiens, & ignitæ pulchritudines fontium publicis officiis deſtinatorum, paradiſus Chaldæis dicitur. Apertio autem illius quæ ſit pietate intercedente, eſt bonorum fruitio: gladius vero flammeus,

potentia indigne accedentibus implacabilis. Atque his quidem occlusus est, quod idonei illiusque felicitatis capaces non sint. pijs autē patet. In hunc hortum contendunt omnes, quæ homines deo similes reddunt, virtutes.

Vas tuum habitabunt animalia terræ.

Vas est ipsa temperatura animæ ex compositione orta: animalia, dæmones qui circa terram oberrant. In nostra itaque vita affectibus plena eiusmodi animalia sedem suam collocabunt. Dæmonū enim essentia affectibus complicata est, in iisdēque sedem suam fixam habent & ordinem materialem. Ideo quicunque affectibus dediti sunt, dæmonibus cohærent & agglutinantur. simile enim simili attrahunt, mouendi vim atque facultatem ex ipsis affectibus consecuti.

Si extenderis igneam mentem ad pietatis opus,
Etiam fluidum corpus seruabis.

Id est, si mentem tuam illuminatam ad superiora extuleris, & diuini ignis opus ad pietatis opera euexeris (sunt autē Chaldæis pietatis opera, rituum ac ceremoniarū rationes certæ) non solum animam affectibus insuperabilem reddes, sed etiam corpus tuum salubrius efficies. Est enim & hoc sæpissime

opus

ἡ ἀμείλικτος τοῖς ἀναξίως περιερχομένοις δύναμις. καὶ τούτοις μὲν κέκλεισται διὰ τὴν ἀνεπιτηδειότητα· τοῖς δὲ εὐσεβέσιν ἀνέῳγεν. εἰς ὃν ἀνατείνονται πᾶσαι αἱ θεουργικαὶ ἀρεταί.

Σὸν ἀγγεῖον θῆρες χθονὸς οἰκήσουσιν.

Ἀγγεῖον μὲν ἐστὶ, τὸ σύνθετον κρᾶμα τῆς ψυχῆς· θῆρες δὲ χθονὸς, οἱ περὶ γῆν καλινδούμενοι δαίμονες. τὴν οὖν ζωὴν ἡμῶν πλήρη γινομένην παθῶν, οἱ τοιοῦτοι θῆρες οἰκήσουσι. καὶ γὰρ οὐσίωνται ἐν τοῖς πάθεσι τὰ τοιαῦτα γένη, καὶ τὴν ἕδραν ἔχει καὶ τὴν τάξιν ὑλικὴν διὸ καὶ οἱ ἐμπαθεῖς πρὸς ταῦτα συγκολλῶνται, τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ἐφελκόμενοι, κινητικὴν δύναμιν ἔχοντες ἐκ τῶν παθῶν.

Ἐκτείνας πύρινον νοῦν
Ἔργον ἐπ᾽ εὐσεβίης, ῥευστὸν καὶ σῶμα σαώσεις.

Τουτέστιν, ἐὰν ἐκτείνῃς τὸν φωτισθέντα σοι νοῦν ἄνωθεν, καὶ τοῦ θείου πυρὸς ἔργον γινόμενον, εἰς τὰ τῆς εὐσεβείας ἔργα· (ἔργα δὲ εὐσεβείας παρὰ Χαλδαίοις, αἱ τῶν τελετῶν μέθοδοι) οὐ μόνον τὴν ψυχὴν ἀνάλωτον ποιήσεις τοῖς πάθεσιν, ἀλλὰ καὶ τὸ σῶμά σου ὑγιεινότερον. ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο πολλάκις

ἔργον τῶν θείων ἐλλάμψεων, ἐκδαπανῆσαι τὴν ὕλην τοῦ σώματος, καὶ ὑγιᾶ τὴν φύσιν κατασκευάζειν, καὶ μήτε πάθεσιν, μήτε νόσοις ἁλίσκεσθαι.

Ἐκ δ' ἄρα κόλπων γαίης θρώσκουσι κύνες χθόνιοι,
Οὔτ' ἀληθὲς σῆμα βροτῷ δεικνύοντες.

Περὶ δαιμόνων ἐνύλων ὁ λόγος· καὶ κύνας μὲν τούτους καλεῖ, ὡς τιμωροὺς τῶν ψυχῶν· χθονίους δὲ, ὡς ἐξ οὐρανοῦ πεπτωκότας, καὶ καλινδουμένους περὶ τὴν γῆν. οὗτοι γοῦν, φησὶ, πόῤῥω τῆς θείας τεταγμένοι ζωῆς, καὶ τῆς νοερᾶς θεωρίας ἀπολιμπανόμενοι, προσημαίνειν τὸ μέλλον οὐ δύνανται. ὅθεν πᾶν ὃ λέγουσι ἢ δεικνύουσι, ψευδές ἐστι καὶ ἀνυπόστατον· μορφωτικῶς γὰρ τὰ ὄντα γινώσκουσι. τὸ δὲ τῶν μελλόντων ἑνιαίως γνωστικὸν, ἀμερίστοις χρῆται καὶ ἀμορφώτοις νοήσεσιν.

Πάντα γὰρ ἐξετέλεσε πατὴρ, καὶ νῷ παρέδωκε
Δευτέρῳ· ὃν πρῶτον κλῄζεται πᾶν γένος ἀνδρῶν.

Τὴν πᾶσαν κτίσιν δημιουργήσας ὁ τῆς τριάδος πρῶτος πατὴρ, παρέδωκε ταύτην τῷ νῷ· ὅν τινα νοῦ τὸ ξύμπαν γένος τῶν ἀνδρῶν, ἀγνοοῦντες τὴν πατρικὴν ὑπεροχὴν,

opus diuinarũ illuſtrationum, corporis nempe materiam abſumere, & naturæ eum ſanitatis habitum acquirere, vt poſthac nec affectibus nec morbis vllis corripiatur.

At vero e ſinibus terræ exiliunt canes
terreſtres,
Non verum ſignum homini monſtrãtes.

Sermo eſt de dæmonibus materialibus: & hos canes nominat, quia animarum carnifices ſunt: terreſtres vero, quia e cælo ceciderunt, & circa terram volutantur. Hi (ait) a diuinæ vitæ beatitudine longiſsime poſiti, & intellectuali contemplatione deſtituti, futura portendere nequeunt. vnde fit vt omnia quæ dicunt aut monſtrant, falſa ſint & nulla certitudine ſuffulta. per formas enim entia cognoſcunt. at id quod facultate ſigillatim &, vt ita dicam, indiuidualiter futura cognoſcendi præditum eſt, indiuiduis & formarum expertibus intelligentijs vtitur.

Oĩa enim perfecit pater, & mẽti tradidit
Secundæ: quam primam vocat omne genus hominum.

Primus trinitatis pater cum vniuerſam creaturam condidiſſet, eam menti tradidit: quã mentẽ totum genus humanũ, paternæ excellentiæ ignarum,

deum primum appellauit. At nostra doctrina contrariũ tenet: quod ipsa prima mens, filius inquam magni patris, omnem creaturam condiderit atque operãdo perfecerit. pater enim in Mosaicis scriptis filio indicat formã siue ideam productionis creaturarum: filius vero ipsusmet operator & conditor est operis creati.

Pœnæ vincula sunt homines cõstringẽtia.

Nã subuectores angeli animas a prima sui origine attractas ad se euehunt: contra pœnæ vltrices nimirũ naturarum nobis concessarũ, & tormenta humanarũ animarũ, materialibus illas affectibus irretiunt & quasi strangulant. nec solum in hos sæuiunt qui affectuum turbis obsessi sunt, sed & in illos qui ad abstractam ab omni materia essentiam conuersi sunt: quod hi quoq; quoniã progeniti sunt & materiæ copulati, eiusmodi lustratione indegeãt. multos enim etiam ex ijs qui sanctam & illibatam vitam egerunt, inopinis calamitatibus circumuentos fuisse videre licet.

Signa inseuit animabus mens paterna.

Quemadmodum liber Moysis hominẽ ad imaginem dei formatũ fuisse dicit, ita etiam Chaldæus ait conditorem & mundi parentem signa ac notas suæ ipsius proprietatis animabus inseuisse. Etenim

non

χήν, θεὸν πρῶτον καλοῦσι· πλὴν δὲ παρ' ἡμῖν δόγμα ἐναντίως ἔχει, ὡς αὐτὸς ὁ πρῶτος νοῦς, ὁ υἱὸς τοῦ μεγάλου πατρὸς, τὴν κτίσιν πᾶσαν ἐδημιούργησεν. ὁ μὲν γὰρ πατὴρ λέγει παρὰ τῇ Μοσαϊκῇ βίβλῳ πρὸς τὸν υἱὸν τὴν ἰδέαν τῆς παραγωγῆς τῶν κτισμάτων· ὁ δὲ υἱὸς, αὐτουργὸς τοῦ ποιήματος γίνεται.

Ποιναὶ μερόπων ἄγκτειραι.

Οἱ μὲν γὰρ ἀναγωγοὶ ἄγγελοι ἀνάγουσι τὰς ψυχὰς ἐφ' ἑαυτοὺς ἐκ τῆς γενέσεως ἐφελκόμενοι· αἱ δὲ ποιναὶ, ἤτοι αἱ τιμωρητικαὶ τῶν διδομένων φύσεων καὶ βάσκανοι τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, ἐνδεσμοῦσι ταύτας τοῖς ὑλικοῖς πάθεσι, καὶ οἷον ἀπάγχουσι. καὶ οὐ μόνον τοὺς τῶν παθῶν πλήρεις αἰκίζονται, ἀλλὰ καὶ τοὺς εἰς τὴν ἄϋλον οὐσίαν ἐπεστραμμένους· καὶ γὰρ καὶ οὗτοι εἰς τὴν ὕλην καὶ τὴν γένεσιν ἐλθόντες, δέονται τῆς τοιαύτης καθάρσεως. πολλοὺς γὰρ ὁρῶμεν καὶ τῶν ὁσίως καὶ καθαρῶς πολιτευομένων, ἀπροσδοκήτοις συμφοραῖς περιπίπτοντες,

Σύμβολα πατρικὸς νόος ἔσπειρε ψυχαῖς.

Ὥσπερ ἡ Μωσαϊκὴ βίβλος κατ' εἰκόνα θεοῦ πλάττει τὸν ἄνθρωπον, οὕτω καὶ ὁ Χαλδαῖος τὸν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦ κόσμου φησὶ σύμβολα ἐγκατασπεῖραι ταῖς ψυχαῖς τῆς ἑαυτοῦ ἰδιότητος. καὶ γὰρ ἀπὸ

τῶν πατρικῶν σπερμάτων οὐχ αἱ ψυχαὶ μόναι, ἀλλὰ καὶ αἱ ὑπερκείμεναι πᾶσαι τάξεις ἐβλάστησαν. καὶ ἄλλα μὲν τὰ ἐν αὐταῖς ταῖς ἀσωμάτοις ὑπάρξεσι συνθήματα, ἀσωμάτως ὄντα καὶ ἑνοειδῶς· ἄλλα δὲ ἐν τοῖς κόσμοις συνθήματα καὶ σύμβολα εἰσὶν, αἱ ἄρρητοι τοῦ θεοῦ ἰδιότητες, αἱ καὶ τῶν ἀρετῶν ὑπερκείμεναι.

Βίῃ σῶμα λιπόντων ψυχαὶ καθαρώταται.

Εἴ τις εὐγνωμόνως ἀκούοι τοῦ ῥητοῦ, οὐκ ἐναντιώσεται τοῖς ἡμετέροις δόγμασι. καὶ γὰρ οἱ στεφανῖται μάρτυρες βιαίοις αἰκίαις τὸ σῶμα λιπόντες, καθαρὰς τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς τετελέκασιν. ἀλλ᾽ οὐ τοῦτο φησὶν ὁ Χαλδαῖος, ἀλλὰ πάντα βίαιον θάνατον ἐπαινεῖ· διότι, φησὶν, ἡ ψυχὴ ἐπιπόνως λιποῦσα τὸ σῶμα, βδελύττεται τὴν ἐνταῦθα ζωὴν, καὶ μισεῖ τὴν πρὸς τοῦτο ἐπιστροφὴν, καὶ χαίρουσα πρὸς τὰ ἄνω χωρεῖ. αἱ δὲ ἐν νόσοις κατ᾽ ἔκλυσιν τοῦ ζωτικοῦ σώματος ἀπολιποῦσαι τὸν βίον, οὐ μάλα τι δυσχεραίνουσι τὴν πρὸς τοῦτο νεῦσίν τε καὶ ῥοπήν.

Ὅτι ψυχὴ πῦρ οὖσα φαεινὸν δυνάμει πατρὸς,

Ἀθάνατός τε μένει, καὶ ζωῆς δεσπότις ἐστί·
Καὶ ἔχει πολλὰ πληρώματα κόλπων.

Ἡ ψυχὴ

non animæ tãtum e paterno ſemine productæ ſunt, ſed omnes etiam ordines ſuperiores ſuam originem inde habuerunt. Sed in ſubſtantijs incorporeis alia ſunt ſigna, incorporea nempe & indiuidua; alia item in mundis ſigna ſunt & ſymbola inenarrabilium Dei proprietatum, ipſis etiam virtutibus longe excellentiorum.

Vi corpus relinquentium animæ ſunt puriſſimæ,

Qui dictum iſtud æqua mente auſcultauerit, reperiet id noſtræ doctrinæ non aduerſari. etenim coronati martyres qui afflictionis tempore cũ cruciatu corpus reliquerunt, ſuas ipſorum animas luſtrarunt & puras reddiderunt. At hoc non vult Chaldæus, ſed laudat omnem mortem violentam, eo quod anima quæ corpus cum dolore deſerit, hanc vitam abominatur & conuerſationem cum corpore odit, contra cum gaudio ad ſuperiora reuolat. At quæ in morbis animæ corpore hoc naturaliter diſſoluto vitam relinquunt, non admodum ægre ferunt nutum & propenſionem ſui erga corpus.

Quia anima ignis eſt lucid9 potẽtia patris,
Immortaliſq; manet, & vitæ domina eſt,
Et habet multa complementa ſinuum,

Anima cum ſit ignis materiæ corporiſque expers, & ab vniuerſo compoſitorum genere & materiali corpore exẽpta, immortalis eſt. nihil enim materiæ aut caliginis particeps illi immixtum eſt: multo minus compoſita eſt, vt in ea ex quibus conſtituta fuit, reſolui poßit. Eſt præterea vitæ domina, mortuos vitæ radiis illuſtrans. Habet etiam plurimorum ſinuum complementa, id eſt obtinet potentias ſuſceptrices totius adminiſtrationis: quia pro virtutum diuerſitate diuerſas zonas ſiue cœli regiones illi inhabitare licet.

Deus non iniicit metum, ſed obſequium infundit.

Id eſt, diuina natura non fremit, neque indignabunda eſt, ſed ſuauis & tranquilla. Ideo nõ immittit metum ſubiectis naturis, ſed ſuadela & gratia omnia ad ſe trahit. ſi enim formidabilis eſſet & minax, omnis rerum ordo dudum fuiſſet diſſolutus, cum nihil ſit quod eius potentiã ſuſtinere potuiſſet. Atque iſta ſententia quadamtenus a noſtris vera cenſetur. Deus enim lux eſt & ignis cõſumens malos. Minæ autem dei & terror ſunt intermißio diuinæ erga nos benignitatis propter prauam rerũ *adminiſtrationem.*

Pater ſeipſum rapuit.

Ne quidem

Η ψυχὴ ἄϋλον οὖσα καὶ ἀσώματον πῦρ, τῶν συνθέτων ὅλων καὶ τοῦ ὑλικοῦ σώματος ἐξῃρημένον, ἀθάνατος ἐστίν. οὐ γὰρ ἐγκαταμέμικται αὐτῇ ὑλικόν τι καὶ σκοτῶδες· οὐδὲ σύνθετος ἐστὶν, ἵνα διαλυθῇ εἰς τὰ ἐξ ὧν συνετέθη. ἔστι δὲ καὶ δεσπότις ζωῆς, τοῖς νεκροῖς ζωὴν ἐπιλάμπουσα. ἔχει δὲ καὶ πολλῶν πληρώματα κόλπων· τουτέστιν ἔχει δυνάμεις ὑποδεκτικὰς τῆς ὕλης διακοσμήσεως. δύναται γὰρ κατὰ τὰς διαφόρους ἀρετὰς εἰς τὰς διαφόρους ζώνας ἐγκαθικέσθαι τοῦ οὐρανοῦ.

Πατὴρ οὐ φόβον ἐνθρώσκει, πειθὼ δ' ἐπιχέει.

Τουτέστιν, ὅτι τὸ θεῖον οὐκ ἔστι φριμάσσον καὶ ἀγανακτητικὸν, ἀλλὰ γλυκὺ καὶ γαληνιαῖον· ὅθεν οὐ φόβον ἐμποιεῖ ταῖς ὑποκειμένοις φύσεσιν, ἀλλὰ πειθοῖ καὶ χάριτι πάντα ἐφέλκεται. εἰ γὰρ ἦν φοβερὸν καὶ ἀπειλητικὸν, διελύθη ἂν ἡ πᾶσα τάξις τῶν ὄντων, μηδενὸς ὑπομεῖναι δυναμένου τὴν ἐκείνου δύναμιν. τοῦτο δὲ τὸ δόγμα ἐκ μέρους ἀληθεύει παρ' ἡμῖν. ὁ γὰρ θεὸς καὶ φῶς ἐστὶ καὶ πῦρ καταναλίσκον τοὺς μοχθηρούς. ἀπειλὴ δὲ θεοῦ καὶ φόβος, ἡ δι' οἰκονομίαν ἐπίσχεσις τῆς πρὸς ἡμᾶς αὐτοῦ ἀγαθότητος.

Ο πατὴρ ἑαυτὸν ἥρπασεν,

Οὐδ' ἐν ἑῇ δυνάμει νοερᾷ κλείσας ἴδιον πῦρ.

Ὁ μὲν νοῦς τοῦ λογίου τοιοῦτος, ὡς ὁ ἐπὶ πάντων θεὸς, ὃς δὲ καὶ πατὴρ ὠνόμασται, ἀκατάληπτον ἑαυτὸν ποιεῖ καὶ ἀπερίληπτον, οὐ μόνον ταῖς πρώταις καὶ δευτέραις φύσεσι καὶ ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς, ἀλλὰ καὶ αὐτῇ τῇ ἰδίᾳ δυνάμει. δύναμις δὲ τοῦ πατρὸς ὁ υἱός. ἑαυτὸν γὰρ, φησὶν, ἥρπασε ὁ πατὴρ ἀπὸ πάσης φύσεως. οὐκ ἔστι δὲ τὸ δόγμα ὀρθόδοξον. ἐν τῷ υἱῷ γὰρ παρ' ἡμῖν ὁ πατὴρ δεδογμάτισται, ὥσπερ καὶ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρί. καὶ ὅρος τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς καὶ θεὸς λόγος ὑπερφυής.

Ἐστί τι νοητὸν ὃ χρή σε νοεῖν νόου ἄνθει.

Ἡ ψυχὴ ἑκάστῳ νοουμένῳ πράγματι κατάλληλον ἔχει καὶ δύναμιν· τοῖς μὲν αἰσθητοῖς, αἴσθησιν· τοῖς δὲ διανοητοῖς, διάνοιαν· τοῖς δὲ νοητοῖς, νοῦν. φησὶν οὖν ὁ Χαλδαῖος, ὅτι εἰ καὶ νοητόν ἐστιν ὁ θεὸς, ἀλλ' οὐ τῷ νῷ ἐστι ληπτὸν, ἀλλὰ τῷ ἄνθει τοῦ νοῦ. ἄνθος δὲ τοῦ νοῦ, ἡ ἑνιαία τῆς ψυχῆς δύναμις. ἐπεὶ οὖν ὁ θεὸς κυρίως ἐστὶν ἕν, μὴ πειρῶ καταλαβεῖν αὐτὸν διὰ τοῦ νοῦ, ἀλλὰ διὰ τῆς ἑνιαίας δυνάμεως. τὸ γὰρ πρώτως ἓν, μόνῳ τῷ παρ' ἡμῖν ἑνὶ ληπτόν πως ἐστὶ, καὶ οὔτε διανοίᾳ, οὔτε νῷ.

Ne quidem in intellectili ſua potentia igne proprio incluſo.

Oraculi hic ſenſus eſt: ſupremus omnium Deus, qui & pater dictus eſt, non ſolum primis & ſecundis naturis noſtriſque animabus, ſed etiam propriæ ſuæ potentiæ ſeipſum fecit incomprehenſibilem & imperceptibilem. potentia autem patris eſt filius. pater enim, inquit, ſe ſubripuit ab omni natura. Sed iſtud dogma Chriſtianæ fidei congruum non eſt: quæ docet in filio patrem exacte repræſentatum cognoſci poſſe, perinde ac filium in patre: atque adeo patris terminum eſſe filium & diuinum ſermonem naturæ vires ſuperantem.

Eſt intelligibile quoddam, quod mentis flore a te percipiendum eſt.

Cuilibet rei mente cõprehenſibili oppoſitã potentiã anima habet, vt ſenſibilibus ſenſũ, cogitabilib. cogitationem, intelligibilibus mentem. Dicit itaq; Chaldæus, quod quãuis deus intelligibilis ſit, mente tamẽ cõprehendi nõ poßit, ſed ſolo mẽtis flore. Flos autẽ mẽtis, eſt ſingularis & indiuidua animæ potentia. Quia itaq; deus proprie vnũ eſt, ne coneris eũ mẽte percipere, ſed indiuidua potẽtia qua vnũ cognoſcitur. nã primo & per ſe vnũ ſolo quod in nobis eſt vno cõprehẽdere licet, nõ cogitatione, neq; mẽte:

Animæ expulſores, *illam* reſpirare facientes, ſunt ſolutu faciles.

Ne quis dicat cupere ſe quidem animam a corpore diſſoluere, ſed non poſſe, ait oraculum, facultates quæ animã e corporea natura foras tradunt, eamq; a vitijs & ærumnis in corpore perpeßis quaſi reſpirare faciunt, abruptu faciles eſſe, id eſt, illas ipſas facultates liberas, nec ab vlla natura coercitas, ea poteſtate vigere, vt animam e corporeis vinculis generoſe admodũ expedire & liberare valeãt.

Oportet te feſtinare ad lucem & ad patris radios,

Vnde immiſſa tibi eſt anima plurima mente veſtita.

Quoniam anima non a ſemine ſubſiſtentiã habet, nec in corporeis temperamentis conſiſtit, ſed e ſupernis a deo ſuam eſſentiam nacta eſt, ideo ad hunc cõuerſa reſpicere & ad diuinam lucem reuerti debet. plurima namque mẽte veſtita in hæc inferiora venit: id eſt, accincta & inſtructa fuit a patre & creatore cõmonefactionibus diuinioris ſortis atque conditionis, cũ illinc huc iter ſuũ affectaret, vt merito iiſdẽ monitis incitata hinc illuc redire ſtudeat.

Omnia ab vno igne producta ſunt.

Dogma verũ eſt & religioni noſtræ cõſentaneũ. omnia

Ψυχῆς ἐξωστῆρες ἀνάπνοες, εὔλυτοί εἰσιν.

Ἵνα μήτις λέγοι, ὅτι βούλομαι μὲν ἀπολῦσαι τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος, οὐ δύναμαι δέ, φησὶ τὸ λόγιον, ὅτι αἱ ἐξωθοῦσαι τὴν ψυχὴν δυνάμεις ἀπὸ τῆς σωματικῆς φύσεως, καὶ οἷον ἀνάπνευσιν αὐτὴν ποιοῦσαι ἀπὸ τοῦ ἐν σώματι μόχθου καὶ τῆς κακώσεως, εὔλυτοί εἰσι· τουτέστι, καὶ αὐταὶ ἐλεύθεραί εἰσιν αἱ δυνάμεις, μὴ ὑπό τινος εἰργόμεναι φύσεως, καὶ ἀπολῦσαι καὶ τῆς σωματικῆς πέδης τὴν ψυχὴν γενναίως μάλα δεδύνηνται.

Χρή σε σπεύδειν πρὸς τὸ φάος καὶ πρὸς
πατρὸς αὐγάς,
Ἔνθεν ἐπέμφθη σοι ψυχὴ πολὺν ἑσσαμένη νοῦν.

Ἐπειδὴ οὐκ ἀπὸ σπερμάτων ἡ ψυχὴ τὴν ὑπόστασιν ἔλαβεν, οὐδ᾽ ἐν σωματικαῖς ὑφέστηκε κράσεσιν, καὶ ἄνωθεν ἀπὸ θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχει, πρὸς ἐκεῖνον καὶ ἐπεστράφθω, καὶ πρὸς τὸ θεῖον φῶς ποιείτω τὴν ἄνοδον. πολὺν γὰρ ἑσσαμένη νοῦν, ἐνταῦθα κατῆλθε· τουτέστιν ἐνεδύσατο παρὰ τοῦ ποιητοῦ καὶ πατρὸς ἀναμνήσεις τῶν θειοτέρων λήξεων, ὅτε τὴν ἐνταῦθα ἐλάμβανε κάθοδον, ἔνθεν σοι διὰ τῶν τοιούτων ἀναμνήσεων πάλιν ἐκεῖσε ἐπανελθεῖν.

Εἰσὶ πάντα πυρὸς ἑνὸς ἐκγεγαῶτα.

Ἡμέτερον καὶ ἀληθὲς τὸ δόγμα. πάντα γὰρ τὰ

ὄντα, τά τε νοητὰ, καὶ αἰσθητὰ, ἀπὸ μόνου θεοῦ τὴν ὑπόστασιν ἔλαβον, καὶ πρὸς μόνον θεὸν ἐπέστραπται· τὰ μὲν ὄντα, μόνως οὐσιωδῶς· τὰ δὲ ὄντα καὶ ζῶντα, οὐσιωδῶς καὶ ζωτικῶς· τὰ δὲ ὄντα καὶ ζῶντα καὶ νοοῦντα, οὐσιωδῶς καὶ ζωτικῶς καὶ νοερῶς. ἀφ' ἑνὸς οὖν πάντα γεγόνηται, καὶ πρὸς ἓν αὖθις ἡ τούτων ἀναγωγή. ἄπταιστον οὖν τὸ λόγιον, καὶ πλῆρες τοῦ ἡμετέρου δόγματος.

Α νοῦς λέγει, τῷ νοεῖν δήπου λέγει.

Οτὰν, φησὶν, ἀκούσης διηρθρωμένης φωνῆς ἄνωθεν βροντώσης ἐξ οὐρανοῦ, μὴ ὑπολάβῃς ὡς ὁ τὴν φωνὴν ταύτην ἀφιεὶς ἄγγελος ἢ θεὸς, προφορικῷ λόγῳ συνήρθρωσεν· ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἀμερίστως μόνον ἐνόησε, σὺ δὲ, ὡς ἠδύνω, ἤκουσας τοῦ νοήματος συλλαβικῶς καὶ προφορικῶς. ὥσπερ γὰρ ὁ θεὸς τῶν ἡμετέρων φωνῶν ἀφώνως ἀκούει, οὕτω καὶ ὁ ἄνθρωπος τὰς τοῦ θεοῦ ἐννοίας φωνητικῶς δέχεται, ἕκαστος καθὼς ἔχει φύσεως ἐνεργῶν.

Αεὶ τοῖσδε

omnia namque quæcunque ſunt, ſiue mente, ſiue ſenſu perceptibilia, eſſentiam ſuam a ſolo deo acceperunt; & ad ſolum deum conuerſa ſunt: ea quidem quæ tantummodo ſunt, eſſentialiter; quæ vero ſunt & viuunt, eſſentialiter & vitaliter; at quæ ſunt & viuunt & intelligunt, eſſentialiter, vitaliter & intellectualiter. Ab vno igitur eſt omnium rerum productio, & ad vnum iterum illarum reductio. Atque hoc oraculum omni caret reprehenſione, & noſtra doctrina refertum eſt.

Quæ mens loquitur, ea vtique intelligendo loquitur.

Quando, ait, vocem articulatam ſuperne e cœlo detonantem audieris, ne exiſtimes quod vocem illam edens ſiue angelus ſiue deus tali ſermone protulerit, qualem ore exprimere ſolemus: ſed quod is quidem ſecũdum ſuam ipſius naturam abſque vlla diuiſione mente tantum ea quæ audiuiſti agitauerit, tu vero pro ea qua polles facultate, mentis cogitata, non ſecus ac ſyllabas & verba ore prolata, auditu perceperis. quemadmodum enim deus voces noſtras exaudit abſque vocum articulatione, ita etiam homo diuinæ mentis conceptiones tanquam vocibus expreſſas excipit, quolibet ſcilicet pro ſuæ natura ratione & capacitate operante.

Perpetuo in hos terra ſubtus vlulat vſque ad liberos.

De impijs ſermo eſt, quod eorum ſupplicia deus etiam vſque in poſteros extendat. nam pœnas quas ſub terra ſubituri ſunt, indicans oraculum, in eos, *inquit,* ſubtus vlulat, *id eſt aduerſus illos mugit & infremit locus ſubterraneus, & tanquam leonino rugitu obſtrepit. Quapropter etiam Proclus ait cognatarum animarum cõgenerem quoque ſiue conſimilem eſſe compoſitionem; eaſque quæ nõdum naturæ vinculis exſolutæ ſunt, conſimilibus quoque affectibus implicatas diſtineri. oportere itaque & has omne ſupplicium explere, & cum ob naturalem cognationem inquinamentis infectæ atque refertæ fuerint, denuo ab illis repurgari.*

Ne adauxeris fatum.

Fatum appellarunt ſapientiores inter Græcos ipſam naturam, vel potius complementum illuminationum quas entium natura recipit. Et prouidẽtia quidẽ eſt immediata dei beneficentia: fatũ vero, quod cõnexione & ſerie rerũ omniũ terrena gubernat. Subijcimur autẽ prouidẽtiæ, cũ intellectualiter operamur; fato vero, cũ etiã corporaliter. Ne igitur (ait) tuũ ipſius fatũ adaugere velis, idq; ſuperare, ſed cõmitte te ſolius dei volũtati atq; moderationi.

Non

Αἐὶ τοῖς δὲ χθὼν κατωρύεται ἐς τέκνα μέχρις.

Περὶ τῶν ἀθέων ὁ λόγος φησὶν, ὅτι μέχρι τῶν ἀπογόνων διατείνει τὴν κόλασιν αὐτοῖς ὁ θεός. τὰς γὰρ ὑποχθονίους κολάσεις ὑποδεικνύμενον τὸ λόγιον, αὐτοῖς, φησὶ, κατωρύεται· τουτέστιν, ἐπιμυκᾶται αὐτοῖς ὁ ὑπὸ γῆν τόπος, καὶ οἷον λεοντῶδες ἐπηχεῖ ὤρυγμα. διὸ καὶ Πρόκλος φησὶ, τῶν συγγενικῶν ψυχῶν ὁμοφυὴς ἐστὶν ἡ σύνταξις· καὶ αἱ μήπω ἀπολυθεῖσαι τῶν τῆς φύσεως δεσμῶν, ἐν τοῖς τῶν ὁμογενῶν κατέχονται πάθεσι. δεῖ οὖν καὶ ταύτας τυχεῖν τῆς ὅλης δίκης, καὶ ἀναπλησθείσας διὰ τὴν φυσικὴν συγγένειαν τῶν μιασμάτων καθαρθῆναι πάλιν ἐξ αὐτῶν.

Μὴ συναυξήσῃς τὴν εἱμαρμένην.

Εἱμαρμένην οἱ σοφώτεροι τῶν Ἑλλήνων, τὴν φύσιν κατονομάζουσι· μᾶλλον δὲ, τὸ πλήρωμα τῶν ἐλλάμψεων, ὧν ἡ τῶν ὄντων φύσις εἰσδέχεται. ἔστι δὲ, πρόνοια μὲν, ἡ ἄμεσος ἀπὸ τοῦ θεοῦ εὐεργεσία· εἱμαρμένη δὲ, ἡ διὰ τῆς τοῦ εἱρμοῦ τῶν ὄντων συμπλοκῆς τὰ ἡμέτερα κυβερνῶσα. καὶ ὑπὸ πρόνοιαν μὲν κείμεθα, ὅταν νοερῶς ἐνεργῶμεν· ὑπὸ εἱμαρμένην δὲ, ὅταν καὶ σωματικῶς. μὴ οὖν αὐξήσῃς, φησὶ, τὴν εἱμαρμένην σαυτῷ, καὶ ὑπὸ ταύτην γένου, καὶ ὑπὸ μόνῳ θεῷ κυβερνήθητι.

Οὐ γὰρ ἀπὸ πατρικῆς ἀρχῆς ἀτελές τι τροχάζει.

Πάντα, φησὶν, ὁ πατὴρ παρήγαγε τέλεια καὶ αὐτάρκη κατὰ τὴν ἑαυτῶν τάξιν. ἡ δὲ τῶν γινομένων πολλάκις ἀσθένεια καὶ ὕφεσις, παρυφίστησι τὴν ἔνδειαν αὐτοῖς καὶ τὸ ἀτελές. ἀλλ' ὁ πατὴρ πάλιν ἀνακαλεῖται τὴν ἔνδειαν πρὸς τὸ τέλειον, καὶ ἐπιστρέφει πρὸς τὴν αὐτάρκειαν. τοιοῦτον ἐστὶ καὶ τὸ παρὰ τοῦ ἀποστόλου Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ κυρίου ἐκπεφωνημένον ἐν προοιμίοις τῆς ἐπιστολῆς αὐτοῦ· πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον ἐκ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων. οὐδὲν γὰρ ἀτελὲς παρὰ τοῦ τελείου πρόεισι, καὶ μάλιστα ὅταν τύχωμεν τὸ παρ' αὐτοῦ προφύτως χεόμενον αὐτίκα ἕτοιμοι εἰς δέξασθαι.

Ἀλλ' οὐκ εἰσδέχεται κείνης πατρικὸς νοῦς, μέχρις ἂν ἐξέλθῃ.

Οὐ παραδέχεται ὁ πατρικὸς νοῦς τὰς τῶν θελημάτων τῆς ψυχῆς ὁρμὰς, μέχρις ἂν αὐτὴ ἐπιλάθηται μὲν τῆς λήθης ὧν πεπλούτηκε παρὰ τοῦ παναγάθου πατρὸς, ἔλθῃ δὲ εἰς ἀνάμνησιν ὧν ἔσχεν ἐξ αὐτοῦ ἱερῶν συνθημάτων, καὶ φωνὴν ἀφήσει εὐγνώμονα, μνήμην ἑαυτῆς ἐνθεμένη τῶν τοῦ γεννήσαντος αὐτὴν πατρὸς συμβόλων· συνέστη γὰρ ἡ ψυχὴ ἀπὸ τῶν ἱερῶν λόγων καὶ τῶν θείων συμβόλων· ὧν οἱ μὲν εἰσὶν, ἀπὸ τῶν ἱερῶν εἰδῶν· οἱ δὲ, ἀπὸ τῶν θείων ἑνάδων. καὶ ἐσμὲν

εἰκόνες

Non enim a paterno principio imperfectum quid procedit.

Omnia (ait) perfecta & numeris omnibus pro cuiusque ordine & dignitate absoluta producit pater: sed genitorum imbecillitas & remißio rebus interdum suggerit defectũ & imperfectionem. Verum pater denuo reuocat defectũ ad perfectionem, & ad sui sufficientiam conuertit. Eiusmodi est quod apostolus Iacobus Domini frater in epistolæ suæ initio alta voce pronunciauit: Omne donũ perfectum superne descendit a patre luminum. nihil enim imperfectum a perfecto prodit, præsertim cum ad id quod ab ipso primo affunditur, confestim recipiendum fuerimus prompti atque parati.

Sed non admittit illam paterna mens, quousque exiuerit.

Mens paterna nõ admittit impetus voluntatũ animæ, priusquam excluserit obliuionem diuitiarũ a patre munificẽtißimo acceptarum, & in memoriam reuocarit sacras quas ab ipso habuit tesseras, vocemq; candoris indicem cum firma symbolorum patris genitoris sui memoria coniunctam emiserit. est enim anima ex sacris verbis & diuinis symbolis composita: quorum illa quidẽ profluxerunt a sacris formis, hæc autem a diuinis vnitatibus. Et sumus

ſane imagines ſacrarum eſſentiarum, ſimulacra vero incognitorum ſymbolorum. Eſt autem & hoc ſcitu dignum, quamlibet animam a qualibet anima ſpecie differre: totque eſſe animarum ſpecies, quot ſunt animæ.

Quando conſpexeris genium terreſtrem accedere,
Sacrifica lapidẽ mnizurim inclamando.

Dæmones circa terram volutantes natura ſunt mendaces, vtpote procul a diuina cognitione remoti, & materia tenebricoſa impleti. Quod ſi ex his verum aliquem ſermonem audire cupias, aram appara, & ſacrifica lapidem mnizurim. habet enim hic lapis vim aduocãdi maiorem dæmonem, qui occulta ratione materiali genio applicatus rerum inquiſitarum veritatem inſuſurrat, quam ille porro homini interroganti profert. Indicat autem nomen ipſum quo in prouocatione vtendum eſt vna cum lapidis ſacrificatione. Atque Chaldæi ſtatuunt dæmonas quoſdam bonos, quoſdam malos eſſe: noſtra autem pietatis doctrina omnes malos pronunciat, vt qui præmeditata defectione bonitatem cum vitio & malignitate commutarunt.

Diſce intelliglbile extra mentem eſſe.

Licet enim omnia mẽte comprehenſa ſint, deus tamen

εἰκόνες μὲν τῶν ἱερῶν οὐσιῶν, ἀγάλματα δὲ τῶν ἀγνώστων συνθημάτων. δεῖ δὲ καὶ τοῦτο εἰδέναι, ὡς πᾶσα ψυχὴ πάσης ψυχῆς κατ' εἶδος διέστηκε, καὶ ὡς ὅσαι ψυχαί, τοσαῦτα καὶ εἴδη τῶν ψυχῶν ἐστίν.

Ηνίκα δὴ ἐρχόμενον δαίμονα πρόσγειον
  ἀθρήσῃς,
Θύε λίθον μνίζουριν ἐπαυδῶν.

Ψευδεῖς μὲν τὴν φύσιν οἱ πρόσγειοι δαίμονες, ἅτε πόρρω τῆς θείας γνώσεως ὄντες, καὶ τῆς ἀφεγγοῦς ὕλης ἀναπεπλησμένοι. Εἰ δὲ βούλει παρ' αὐτοῦ ἀληθῆ τινα δέξασθαι λόγον, παρασκεύαζε θυτήριον, καὶ θύε λίθον μνίζουριν. ὁ δὲ λίθος οὗτος δύναμιν ἔχει προσκλητικὴν ἑτέρου μείζονος δαίμονος, ὃς δὴ ἀφανῶς τῷ ὑλικῷ δαίμονι προσιών, προσφωνήσει τὴν τῶν ἐρωτωμένων ἀλήθειαν, ἣν ἐκεῖνος ἀποκρινεῖται τῷ ἐρωτῶντι. λέγει δὲ καὶ ὄνομα προσκλητικὸν μετὰ τῆς τοῦ λίθου θυσίας. ὁ μὲν Χαλδαῖος, τινὰς μὲν τῶν δαιμόνων ἀγαθούς, τινὰς δὲ κακοὺς τίθεται· ὁ δὲ ἡμέτερος εὐσεβὴς λόγος πάντας, κακοὺς οἴεται, ἐκ προαιρετικῶν ἀποπτωμάτων τὴν κακίαν ἀνταλλαξαμένους τῆς ἀγαθότητος.

Μάθε τὸ νοητόν, ἐπεὶ ἔξω νόου ὑπάρχει.

Εἰ γὰρ καὶ πάντα τῷ νῷ περιείληπται. ἀλλ' ὁ θεὸς

τὸ πρῶτον νοητὸν, ἔξω τοῦ νοῦ ὑπάρχει. τὸ δὲ ἔξω, μὴ διὰ σχηματικῆς νοήσεως, μηδὲ καθ' ἑτερότητα νοερὰν, ἀλλὰ κατὰ μόνην τὴν νοητὴν ὑπερβολὴν, καὶ τὴν ἰδιότητα τῆς ὑπάρξεως, νοῦ παντὸς ἐπέκεινα οὖσαν, δι' ἧς τὸ ὑπερούσιον δείκνυται. ἡ γὰρ οὐσία ἐκείνη, ὁ νοῦς ἐστιν ὁ πρώτως νοητὸς, οὗ ἐστιν ἔξω τὸ αὐτονόητον· πλὴν ὁ θεὸς καὶ τοῦ νοητοῦ καὶ τοῦ αὐτονοήτου ἐπέκεινα. καὶ μήτε ὅτι νοητὸν ἐκεῖνο τὸ θεῖον φαμὲν, μήτε ὅτι αὐτονόητον. κρεῖττον γὰρ παντὸς καὶ ῥήματος καὶ νοήματος, ὡς πάντη ἀνεννόητον καὶ ἀνέκφραστον, καὶ σιγῇ μᾶλλον τιμώμενον, ἢ θαυμασίαις φωναῖς σεμνυνόμενον. ἔστι γὰρ καὶ τοῦ σεμνύνεσθαι ὑψηλότερον, καὶ τοῦ ἐκφωνεῖσθαι, καὶ τοῦ ἐννοεῖσθαι.

Αἱ ἴυγγες νούμεναι, πατρόθεν νοέουσι καὶ αὐταὶ
Βουλῶν ἀφθέγκτων κινούμεναι ὥστε νοῆσαι.

Αἱ ἴυγγες δυνάμεις εἰσὶ τινὲς μετὰ τὸν πατρικὸν βυθὸν ἐκ τριῶν τριάδων συγκείμεναι· αἳ νοοῦνται κατὰ τὸν πατρικὸν νοῦν τὸν τὴν αἰτίαν αὐτῶν ἐννοειδῶς ἐν ἑαυτῷ προστησάμενον. αἱ δὲ βουλαὶ τοῦ πατρὸς διὰ τὴν νοητὴν ὑπερβολὴν ἄφθεγκτοι. τὰ δὲ τῶν ἐξῃρημένων

tamen primum intelligibile extra mentem existit. at illud extra non metiaris interuallorum distãtia, neque accipias secundum intellectualem diuersitatem, sed secundum solum intelligibilem excessum, & subsistentiæ proprietatem, excessum inquam lõge vltra omnem mentem, quo superessentiale demonstratur. illa enim essentia est mens primo intelligibilis, extra quam gradu superius est ipsum per se intelligibile. deum excipe, qui & intelligibile & ipsum per se intelligibile longe transcẽdit. diuinam enim illam naturam dicimus neque intelligibilem, neq; per se intelligibilẽ. superat enim omne verbũ & intellectũ, ita vt nec mẽte percipi, nec verbis explicari poßit, & silentio magis honorari, quã venerandis vocibus prædicari debeat. excellẽtior enim est omni prædicatione, elocutione & intellect⁹ cõprehẽsione.

Iunges intellectæ, a patre intelligũt: & hæ
Consiliorum nihil sonantium mouentur
vt intelligant.

Iunges sunt potentiæ quædã proximæ post fundum paternũ e tribus trinitatibus compositæ: quas intelligere ait per paternam mentem, quæ causam illarũ in vnitatis forma sibiipsi repræsentatam exhibet. consilia autem patris ob intelligibilem excellentiã nullum sonum edunt. Atqui abstractarum

rerum notæ & ſigna intellectu prædita etiamſi a ſecundis ſiue inferioris intelliguntur, ea tamen tanquam nihil ſonantia & ab omni intelligibili excurſu ſeparata intelliguntur. vt enim animarum intelligentiæ licet ordines intellectu præditos intelligunt, eos tamen vt immobiles intelligunt: ſic etiam intellectualiũ operationes ſymbola intellectus capacia intelligentes, ea absque ſoni emiſsione intelligunt, in ſubſtantiis incognitis ſubſiſtentia.

SVMMARIA ET BREVIS DOGMATVM CHALDAICOrum expoſitio eodem auctore.

Chaldæi ſtatuũt ſeptẽ mundos corporeos, igneũ vnum eumque primum, poſt hunc tres ætherios, deinde tres materiales: e quibus vltimus, terreſtris dicitur & lucis oſor, qui locus eſt ſubter lunam, in ſeſe etiam materiam complectens, quem fundum nominant. Vnicum arbitrantur eſſe rerũ omnium principium, idque profitentur vnum eſſe & bonũ. Deinde colũt paternum quoddam fundum ex tribus trinitatibus compoſitum. quælibet autẽ trinitas habet patrem, potentiam, & mentem. Poſtea ſe-

συνθήματα νοερὰ καὶ νοῆται ὑπὸ τῶν δευτέρων, ὡς ἄφθεγκτα νοεῖται, καὶ ὡς ἐξῃρημένα τῶν νοητῶν προόδων. ὡς γὰρ αἱ τῶν ψυχῶν νοήσεις καὶ νοοῦσι τὰς νοερὰς τάξεις, ὡς ἀμεταβάτους νοοῦσιν, οὕτω καὶ αἱ τῶν νοερῶν ἐνέργειαι τὰ νοερὰ συνθήματα νοοῦσαι, ὡς ἄφθεγκτα νοοῦσιν ἐν ὑπάρξεσιν ὑφεστηκότα ἀγνώστοις.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΚΘΕΣΙΣ κεφαλαιώδης καὶ σύντομος τῶν παρὰ Χαλδαίοις δογμάτων.

Ἑπτὰ φασὶ σωματικοὺς κόσμους, ἐμπύριον ἕνα καὶ πρῶτον, καὶ τρεῖς μετ' αὐτὸν αἰθερίους, ἔπειτα τρεῖς ὑλαίους· ὧν ὁ ἔσχατος, χθόνιος εἴρηται καὶ μισοφαὴς, ὅς ἐστιν ὁ ὑπὸ σελήνην τόπος, ἔχων ἐν ἑαυτῷ καὶ τὴν ὕλην ὃν καλοῦσι βυθόν. μίαν ἀρχὴν τῶν πάντων δοξάζουσι, καὶ ἓν αὐτὴν καὶ ἀγαθὸν ἀπογυμνοῦσιν. εἶτα πατρικόν τινα βυθὸν σέβονται, ἐκ τριῶν τριάδων συγκείμενον. ἑκάστη δὲ τριὰς ἔχει πατέρα, δύναμιν, καὶ νοῦν. εἶτα ἐστὶν

ἡ νοητὴ ἴυγξ. μετὰ δὲ ταύτην, οἱ συνοχεῖς, ὁ ἐμπύριος, ὁ αἰθέριος, καὶ ὁ ὑλαῖος. μετὰ δὲ τοὺς συνοχεῖς, οἱ τελετάρχαι. μετὰ δὲ τούτους, οἱ πηγαῖοι πατέρες, οἱ καλούμενοι καὶ κοσμαγωγοί· ὧν ὁ πρῶτος ὁ ἅπαξ ἐπέκεινα λεγόμενος· μεθ' ὃν ἡ ἑκάτη, εἶτα ὁ δὶς ἐπέκεινα· μεθ' ὃν τρεῖς ἀμείλικτοι· καὶ τελευταῖος ὁ ὑπεζωκώς. σέβονται δὲ καὶ πηγαίαν τριάδα πίστεως καὶ ἀληθείας καὶ ἔρωτος. φασὶ δὲ καὶ ἀρχικὸν ἥλιον, ἀπὸ τῆς ὑλικῆς πηγῆς καὶ ἀρχαγγελικὸν, καὶ πηγὴν αἰσθήσεως, καὶ πηγαίαν κρίσιν, καὶ κεραύνιον πηγὴν, καὶ πηγὴν διοπτρῶν καὶ χαρακτήρων πηγὴν ἐπιβαλλοῦσαν τοῖς ἀγνώστοις συνθήμασι· καὶ πηγαίας ἀκρότητας Απόλλωνος, Οσίριδος, Ερμοῦ· ὑλικὰς δὲ πηγὰς φασὶν, κέντρων καὶ στοιχείων, καὶ ὀνείρων ζώνην· καὶ πηγαίαν ψυχήν. μετὰ δὲ τὰς πηγὰς λέγουσιν εἶναι ἀρχάς. αἱ γὰρ πηγαὶ ἀρχικώτεραι τῶν ἀρχῶν. τῶν δὲ ζωογόνων ἀρχῶν, ἡ μὲν ἀκρότης, ἑκάτη καλεῖται. ἡ δὲ μεσότης, ψυχὴ ἀρχική. ἡ δὲ περάτωσις, ἀρετὴ ἀρχική. εἰσὶ δὲ παρ' αὐτοῖς, καὶ ἄζωνοι ἑκάται, ὡς ἡ τριοδῖτις ἡ Χαλδαϊκὴ, καὶ ἡ κωμαὶς, καὶ ἡ ἐκκλυστική. ἄζωνικοὶ δὲ παρ' αὐτοῖς θεοὶ, ὁ Σάραπις, καὶ ὁ Διόνυσος

καὶ ἡ τοῦ

ſequitur iunx mente comprehenſibilis. Huic proximi ſunt mundorum rectores, igneus, ætherius & materialis. Poſt rectores ceremoniarum principes. His ſuccedunt perennium fontium patres, qui & mundi ductores nominãtur, quorum primus ſemel ſupra dictus eſt: poſt quem Hecate deinde is quem bis ſupra nominauimus: ab hoc ſunt tres implacabiles, & omnium vltimus ſuccinctor. Venerantur etiam fontanam trinitatem fidei, veritatis, & amoris. Ponunt item ſolem imperatorem, & a fonte materiali archangelicum, ſenſionis fontem, fontanum iudicium, fulmineum fontem, ſpeculorum fontem, characterum fontem incognitis ſignis & ſymbolis incumbentem, & ſummitates fontanas, Apollinis, Oſiridis, Mercurij. Materiales vero fontes dicunt eſſe centrorum, elementorum, & ſomniorum zonam. Item animam fontanam. Fontibus ſubiungunt principia: quod principiis ſuperiores & excellentiores ſint fontes. Principiorum autem animalia procreantiũ ſummitas vocatur Hecate: medietas, anima inchoatiua: extremitas, virtus inchoatiua. Sunt apud illos quoque Hecatæ ἄζωνοι, *quæ Zonas non habent, vt Chaldaica* τελεσδότις, κωμὰς, & ἐκκλυστική. *Dij autẽ* ἄζωνοι *illis dicuntur Sarapis & Dionyſus ſiue Bacchus: Oſi-*

ridis item σειρὰ q. ad geniorum series catenæ more connexa) *& Apollinis. appellantur* ἄζωνοι *dij q. expedite potestate sua in zonis vtũtur, & supra deos cõspicuos collocati sunt.* Ζωναῖοι *contra qui zonas habẽt, libere circa cœli zonas voluũtur & gubernãdi munus obeũt, habẽt.n. Chaldæi deorũ gen⁹ Zonæũ, quod sensibilis mundi partes inhabitat, & regiones circa materialẽ locũ sorte distributas cĩgit. Post zonas est circulus nõ errãs seu fixus septẽ orbes complectens, in quibus stellæ sunt. Porro alius illis est mundus solaris, ætherio fundo subseruiens: alius Zonæus, vnus e septem. Animarũ humanarũ duplicem ponũt causam e fonte perenni promanantẽ, paternam nempe mentem, & animam fontanam. Prodit autẽ, vt illi volũt, particularis anima a fontana, iuxta patris voluntatem : & habet essentiam per se generatam & animatam. aliunde enim non mouetur. nam si, vt in oraculo fertur, ignis diuini pars est & ignis lucidus, atque paternæ mentis conceptus, profecto forma est materiæ expers & per se subsistẽs. illa enim omnia cum diuina natura communicant, cuius particula est anima. Aiunt omnia in qualibet anima esse, sed & cuilibet inexplicabilem & incognitam fandorum & infandorum signorum symbolorumve proprietatem. Volũt*

animam

καὶ ἡ τοῦ Ὀσίριδος σειρὰ, καὶ ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος. ἄζωνοι δὲ καλοῦνται, οἱ ἀπολύτως ἐνεξουσιάζοντες ταῖς ζώναις καὶ ὑπεριδρυμένοι τῶν ἐμφανῶν θεῶν. ζωναῖοι δὲ, οἱ τὰς ἐν οὐρανῷ ζώνας ἀπολύτως περιελίττοντες, καὶ τὰ τῇδε διοικοῦντες. θεὸν γὰρ ἄλλος ἐστὶ παρ' αὐτοῖς ζωναῖον, ὃ κατανενεμημένον τὰς τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου μερίδας, καὶ ζωσάμενον τὰς περὶ τὸν ὑλαῖον τόπον διακληρώσεις. μετὰ δὲ τὰς ζώνας ἐστὶν, ὁ ἀπλανὴς κύκλος, περιέχων τὰς ἑπτὰ σφαίρας, ἐν αἷς τὰ ἄστρα. Καὶ ἄλλος μὲν παρ' αὐτοῖς ὁ ἡλιακὸς κόσμος τῷ αἰθερίῳ βάθει δουλεύων· ἄλλος δὲ ὁ ζωναῖος, εἷς ὢν τῶν ἑπτά. τῶν δὲ ἀνθρωπίνων ψυχῶν αἴτια διττὰ πηγαῖα τίθενται· τόν τε πατρικὸν νοῦν, καὶ τὴν πηγαίαν ψυχήν. καὶ προέρχεται μὲν αὐτοῖς ἡ μερικὴ ψυχὴ ἀπὸ τῆς πηγαίας κατὰ βούλησιν τοῦ πατρός· ἔχει δὲ καὶ αὐτόγονον οὐσίαν καὶ αὐτόζωον. οὐ γάρ ἐστιν ὡς ἑτεροκίνητος. εἰ γὰρ κατὰ τὸ λόγιον μοῖρα τοῦ πυρός ἐστι τοῦ θείου καὶ πῦρ φαεινὸν καὶ νόημα πατρικὸν, εἶδός ἐστιν ἄϋλον καὶ αὐθυπόστατον. τοιοῦτον γὰρ πᾶν τὸ θεῖον, οὗ μέρος ἡ ψυχή. καὶ πάντα φασὶν εἶναι ἐν ἑκάστῃ ψυχῇ. καθ' ἑκάστην δὲ ἰδιότητα ἄγνωστον ῥητοῦ καὶ ἀρρήτου συνθήματος. καὶ κατα-

βιβάσουσι δὲ τὴν ψυχὴν πολλάκις ἐν τῷ κόσμῳ δι' αἰτίας πολλάς· ἢ διὰ πτερορρύησιν, ἢ διὰ βούλησιν πατρικήν. δοξάζουσι δὲ τὸν κόσμον ἀΐδιον· καὶ τὰς τῶν ἄστρων περιόδους. τὸν δὲ ᾅδην πολλαχῶς καταμερίζουσι. καὶ νῦν μὲν αὐτὸν θεὸν ὀνομάζουσιν ἀρχηγὸν τῆς περιγείου λήξεως· νῦν δὲ τὸν ὑπὸ σελήνην τόπον φασί· νῦν δὲ τὴν μεσαιτάτην τοῦ αἰθερίου κόσμου καὶ τοῦ ὑλαίου. νῦν δὲ τὴν ἄλογον ψυχήν, καὶ τιθέασιν ἐν αὐτῇ τὴν λογικὴν οὐκ οὐσιωδῶς, ἀλλὰ σχετικῶς, ὅταν συμπαθῶς ἔχῃ πρὸς αὐτὴν, καὶ προβάλῃ τὸν μερικὸν λόγον. ἰδέας δὲ νομίζουσι, νῦν μὲν τὰς τοῦ πατρὸς ἐννοίας· νῦν δὲ τοὺς καθόλου λόγους, καὶ φυσικοὺς καὶ ψυχικοὺς καὶ νοητούς· νῦν δὲ τὰς ἐξῃρημένας τῶν ὄντων ὑπάρξεις. τοὺς δὲ περὶ μαγείαν λόγους συνιστῶσιν ἀπό τε τῶν ἀκροτάτων δυνάμεων ἀπό τε τῶν περιγείων ὑλῶν. συμπαθῆ δὲ τὰ ἄνω τοῖς κάτω φασὶ καὶ μάλιστα τὰ ὑπὸ σελήνην. ἀποκαθιστῶσι δὲ τὰς ψυχὰς μετὰ τὸν λεγόμενον θάνατον κατὰ τὰ μέτρα τῶν οἰκείων καθάρσεων, ἐν ὅλοις τοῖς τοῦ κόσμου μέρεσι. τινὰς δὲ καὶ ὑπὲρ τὸν κόσμον ἀναβιβάζουσι· καὶ μέσας αὐτὰς διορίζονται τῶν τε ἀμερίστων καὶ μεριστῶν φύσεων. τού-

των δὲ

animam in mundum demitti ob multas causas, aut propter pennarũ defluuium, aut propter paternam voluntatem. Arbitrantur mundum æternum esse, vt & stellarum conuersiones. Plutonem siue infernum in varias partes diuidunt, eumque modo deum appellant, ordinis illius qui circa terram sortem suam obtinuit, ducem; modo regionem sublunarem: modo medias inter ætherium & materialem mundum partes obeuntem; modo animam rationis expertem: in ea rationalem animam constituunt, non essentialiter, sed proportione quadam, quando conuenienter ad illam affecta est, particulari ratione proiecta. Ideas definiunt modo esse patris intelligentias: modo vniuersales rationes, naturales scilicet, animales, & intellectiles: modo substantias a rebus ipsis abstractas. Astruunt omnem magicæ sciẽtiæ rationem perfici a summis potentiis & terrenis materijs: familiaritatem item & conuenientiã superiora cum inferioribus habere, præsertim quæ sub luna sunt. Collocant animas post mortem, iuxta modulum & mensuram lustrationum singulis familiarium & conuenientium, in omnibus mundi partibus: quasdam etiã vltra mũdum euehunt: easque discrimine facto in naturas diuiduas & indiuiduas separant. Atque Plato

quidem & Aristoteles plures ex enumeratis opiniones receperunt: Plotinus vero, Iamblichus, Porphyrius, Proclus, eorumque discipuli omnes in vniuersum approbarunt, & non secus ac diuinas voces absque vllo discrimine & examine admiserunt.

FINIS.

των δὲ τῶν δογμάτων τὰ πλείω καὶ Ἀριστοτέλης καὶ Πλάτων ἐδέξαντο· οἱ δὲ περὶ Πλωτῖνον καὶ Ἰαμβλιχὸν, Πορφύριόν τε καὶ Πρόκλον, πᾶσι κατηκολούθησαν, καὶ ὡς θείας φωνὰς ἀσυλλογίστως ταῦτα ἐδέξαντο.

ΤΕΛΟΣ.

MAGICA ZOROASTRI ORACVLA, PLETHONIS *commentarijs enarrata.*

IACOBO MARTHANO Pictauienſi interprete.

Candido lectori S.

Libellum Zoroaſtri, Plethoniſq; in eum commentarium, ſcriptoris Theodori Gazæ æuo clariſſimi, cuius mentionem quoque faciat Theodorus lib. *περὶ τῶν μηνῶν*, quum vertiſſem, Conradique adeo Neobarij viri elegantium litterarum peritia viſenda præditi, meique item longe cupientiſſimi precibus extentis adductus edidiſſem: obnixe te rogandum candide lector exiſtimaui, vt hoc meum interpretamentum eo candore appenderes, quo mihi cuſum eſt & editum. Nam adeo non hinc vllam laudem aucupor, vt belle mecum deciſum iri credam, ſi non omnino ſupprimendum circumducendumve hoc fuiſſe videbitur. Vale.

Perquire

Perquire animæ ductum, vnde, quove ordine,
Nauata corpori opera, ad ordinem vnde manasti,
Rursus erigaris, opere verbis sacrosanctis adiuncto.
Ne deorsum nuas, præcipitium in terra substernitur,
E loco trahẽs septem meatibus prædito, infra quem grauis
Necessitatis solium est.
Tuum vas fere terræ habitabunt.
Ne fatum auxeris:
Neque enim a paterno principio imperfectum quicquam
At vero non admittit eius vota mens paterna, (versatur.
Quoad dum exierit obliuionem, atque verbũ prompserit,
Memoriæ infigens sacram patris tesseram. (splendores,
Adspirandum tibi properandũque est ad lumẽ & patris
Vnde immissa tibi est anima, plurima mente circumsepta,
Hos autem terra deplorat adusque posteros,
Expulsores animæ, ac per quos respirare sit integrum, solu-
Læuo in latere cubilis, virtutis fons, (tu sunt faciles.
Intus totus manet, virginitatem minime proiiciens.
Anima hominum, Deum quadam tenus in sese cogit,
Mortale nihil complexa: tota diuinitus inebriata est.
In harmonia gloriatur, sub qua corpus vitale sit.
Quoniam anima, cum sit ignis patris lucidus,
Et immortalis permanet, & est vitæ domina.
Eadem mũdanorum quoq. sinuũ multos numeros possidet
Quære paradison:
Ne spurces spiritum, remve planam adaugeas.
Est & idolo locus in regione splendida.
Sed nec materiale corpus præcipitio deseres
Ne exegeris, vti nequid, cũ exierit, incõmodi perpetiatur.
Si mẽtem ignitam erexeris, fluxũ alioqui corpus seruabis,
E sinibus terræ prosiliunt, minus verum

Signum ostentantes mortali homini, canes,
Natura suaserit dæmonas esse integros,
Ac vitiosæ adeo materiæ germina frugi atque probæ.
Pœnæ mortalium vinctrices.
Primas in te vendicet, immortalis animæ altitudo: oculosque pariter
Omneis sursum versum erige
O naturæ homo præsidentis artificium.
Quod si mihi sæpiuscule dixeris, omnino dictum cernes.
Nam neque cœlestis eademque curua moles visitur.
Stellæ nusquam collucent: lunæ lumen conditum est:
Terra non extitit.
Ne naturæ imaginem nuncupaueris, exemplar visile.
Vndiquaque nesciæ doli animæ habenis ignis extentis
Cum spectaris citra formam vllam sacrosanctum ignem
Lucentem, hucque & illuc subsilientem ad vniuersi orbis (altitudinem,
Audi ignis vocem.
Symbola mens paterna animabus insueuit.
Certo scito intelligibile extra mentem esse.
Est intelligibile quod oporteat mentis flore perceptum.
Omnia ab vno igne profecta sunt:
Quippe cum omnia pater absoluerit, mentique tradiderit
Secundæ, quem Primum appellitent nationes hominum.
Quæ a patre mẽtes cõcipiuntur, eædem & ipsæ concipiunt,
Consilijs mutis illicientes ad concipiendum.
Rectores intellectualeis simul & inflexiles mũdus obtinet.
Ipsum sese pater rapuit,
Ac ne in mente quidem intelligentiæ compote, quæ ipsum insequatur, ignem suum inclusit.
Pater non metum, sed suasionem admouet.

COMMEN-

COMMENTARIVS PLETHONIS.

Perquire animæ dictum) *Zoroaſtrici magi exiſtimant,quod idem compluſculi quoque alij crediderint , animam humanam immortalem quidem illam corruptioniſque neſciam , ſuperne allabi mortali huic corpori corruptibilique, velut mercede locatam operam nauaturam , hoc eſt, aliquantiſper ſuam illi operam præſtiturã ornando quam belliſsime fieri atque exquiſitiſsime poſsit, officioque item vitæ perfungendo, mox eandẽ hinc retro, vnde profecta eſt,locum capeſſere. At vero cum plurimæ eo loci animæ ſedes adſignatæ ſint & deſcriptæ,vna quidẽ hercle vndiquaque colluſtrata ſplendeſcenſque,altera caligine circum vndique ſuffuſa:demum duæ , quæ ſupra ipſæ memoratis intermediæ nec refulgeant,nec obſcuritate caligineve circumfundantur:anima vtique a prima harum omnium ſedium illapſa corpori huic emortuo ſi operã ipſi gnauam impenſamque collocarit:exque officio , cui eſt obeundo deſtinata, hanc illi dictitant ex integro vnde profecta eſt,concedere ſubuolareque: alioqui niſi probe functa ſit officio ſuo , hinc euolare ad locum deteriorẽ etiamnum & moleſtiorem,actionibus æqua lance penſitatis, queis in vita incubuerit. Iam primum igitur commoneris oraculo perueſtigandi animæ ὀχετοῦ, id eſt, viæ per quam anima tibi ſuperne fluxerit : vnde nimirum quoque vitæ ordine, nauata huic corpori opera.denuo in eundem ordinem,vnde commigraſti , ſciſcaris.ſacroſancto etiam verbo operi agglutinato , iunctoque. Sacroſanctum adeo verbum hic accipe , quod de cultu diis impendi ſolito prodatur : opus autem , ſacrificium atque ceremonias. vt ſit hic verus germanuſque ſenſus , præter ſermonem de cultu*

diuis cõsecrato religioneve expromi solitum, sacras quoque ceremonias adscitas oportere ad hãc ipsã animæ subuectionem. Ne deorsum] *Præcipitij vocabulo cognominat lapsum in corruptionem, vitium, & calamitates vt terram quoque vocat terreum mortaleque corpus. alioquin & terræ cognomento, naturam interituram: ignis vero, diuinam celestemve, isthæc ipsa oracula fere intelligunt. At vero locum septẽ meatibus præditum appellant fatum e septem erronibus coagmentatum: sub quo necessitas, premens quidem illa neque non inuariabilis quoque situm nacta sit. Quare monet oraculum vt ne deorsum, id est in corpus morticinum caducumque, propensius incumbas: vt quod fato illi e septem erraticis apto consertoq. vt pleraque certe omnia, obnoxiũ succumbereque adeo comparatum, iis adscribi commode possit, quæ nostro ipsa arbitratui subducta sunt. & certe infortunatissimus haberi merito quidem tuo possis, si cum eo totus spectaueris, voto fruisci non contingat: præque vi magna necessitatis, cui temetipsum cõstrinxisti, res tibi tuæ peius idemtidem minimeque votis consentanee vertant.* Tuum vas] *Vas animæ tuæ, nimirum caducum hoc corpus vermes iuxta feræque sunt habitaturæ.* Ne fatum auxeris] *Ne coneris augere fatum tuum, id est, auctius ampliusve reddere quam quantum tibi constitutum est & præscriptum, nec enim vlla vnquam cura eualuerit id vt effectum exhibeas.* Neque enim a paterno principio.] *Nam nec a patris primordiis supremi vtique dei mancum quicquã inchoatumue proficiscitur, te scilicet ipsum vt possis absoluere. Nam illinc omnia suis affabre numeris expleta indicio eo manare conspectissimũ est, quod ad exquisitissimã illam visendamque cum primis vniuersi naturam enixe tendunt.*

tendunt. At vero non admittit.] *Mens patris, alter vtique Deus animæque item perpetuus opifex, haudquaquã adnuit huius votis, vsque dum excusserit obliuionem, quam merito nexus corporis contraxit, verbaque itidem ediderit conceperitque, memoriam testantia sacrosanctæ patris tesseræ, hoc est, præceptionis elegantissimæ cuiusque rei accurato studio consectandæ, qua idemtidem retractãda anima fictori suo semetipsam approbet.* Adspirandum tibi properandumque est.] *Lumen splendorque patris locus is est animæ, qui collustratus circumfususque splendore habetur, vnde anima plurima quidem illa mẽte succincta, huc demissa sit. ita vero consentaneum rationi fuerit, ad idem vt lumen denuo nitatur atque properet.* Hos autem terra deplorat.] *Qui ad illud ipsum lumen, vnde anima ipsis corriuata est, nõ omni opere contendere meditantur, hos terra, id est natura interitui obnoxia deplorat, in hoc natos, hanc vt illustrarent & excolerent. Iam vero qui non solum nihil huic ornamenti cõciliarunt, sed sibi quoque ipsis notam consciuerunt vitæ per nequitiam transactæ, horum improbitas ad posteros transfunditur, calamitoso ipsos vitæ genere olim distringẽdos.* Expulsores animæ] *Appositæ rationes animæ a flagitiis asserendæ, sunt* εὔλυτοι, *hoc est, subrepente interim obliuione, obliteratu solutuque faciles.* Læuo in latere cubilis.] *In latere sinistri tui cubilis fons virtutis scaturigoque habetur, id est, potentia intus quidẽ illa condita, cuique nunquam germana sua integritas, id est, natura omnis affectionis exors, eripi posit. nã & immotam nullaque ratione excutiendam virtutis potentiam sortiti sumus, quanquam vsus actionum virtutis desinere potest & interrũpi. Porro potentia sinistro lateri adscripta est,*

quod functiones dextro cõtribuuntur, cubile autem animæ nostræ, locus is esse statuitur, qui affectionib. ipsius eximiis præstabilioribusq. substratus est. Anima hominum) *anima humana deũ ad se quadamtenus ἄγξει, hoc est arctißime sibi deuinctura impliciturạq. est, sui videlicet assiduũ vindicẽ & assertorẽ. Sed & eiuscemodi quoq. esse intelligitur, quæ merito quidẽ exquisitæ cũ deo similitudinis nihil (duntaxat ex sese) agnoscat, quod exolescere tandẽ labefactariq. poßit, vt quæ diuinitus ebria sit, hoc est, diuinis cælestibusq. bonis cumulatißime prædita: quin & adeo nõ pudore suffunditur, quod huic corpusculo innexa conglutinataq. est, vt in ea etiã harmonia, quæ corpori vigorẽ influat, impẽsius nescio quo pacto insolentiusq. glorietur, & vero magnifice de se sentiat: cuius auspiciis vna cũ mortalibus immortalia vinciantur, ita quidẽ, vt totũ ad concinnã quandã scitaq. cohærentiã adstringatur.* Quoniã) *Potentiã patris intelligẽtiæ cõpotem, ipsum alterũ scilicet deũ isthæc oracula longe omniũ principẽ cognominant, nimirũ a supremo deo proficiscentem. hac porro parte monemur, illa ipsa patris potentia animã procreatã, eãdemque ignem esse lucidißimum, hoc est, diuinã quandã essentiã, intelligendiq. facultate donatã: ac proinde ipsam exortem interitus permanere, quod substantiã nacta sit diuinitatis participẽ, & præterea suæ ipsius vitæ eandem esse dominã, quã obtineat haudquaquã vlla æui diuturnitate consummandã. quandoquidẽ quæ eripi nobis extorqueriq. poßũt, horũ domini merito certe fieri nequit vt existimemur: etiã si fortasse euenire queat, si quæ indidẽ cõmoditas emanet, hãc vt demetere interea poßimus & percipere: At quæ decedere nobis amittiq. nequeũt, ea vero iuris quoq. nostri dominiique fuerint: in vniuersum, anima supplemẽta orbis compluria*

bis compluria poßidet, merito quidem suæ ipsius æternitatis, id est, varia plusculaque in orbe loca, ad quæ identidem reuolet expensis ad æquilibrium, pensatisque actionibus, quas dũ vita suppeditauit, absoluerit. Quære paradison] *Id est, locum animæ splendore quoquouersus obseptum.* Ne spurces spiritum] *Pythagoram Platonemque sequuti, animam vt non vndecunque a corpore diremptam haberi, ita nec prorsum inseparabilem substantiam, in hac sunt opinione, vt prædicent. posse vero parte seiungi absoluique, parte nõ poße: potẽtia certe posse, re non item. Quin ijdẽ tria fere summa formarum genera constituũt: vnum, quod penitus a materia secernatur, cuiusmodi videlicet mentes illæ, quibus suus supra cælum situs aßignatus est: alterum, quod a materia exolui abiungique non queat: cui quidem ipsi substantia sciscatur, haudquaquam per se subsistens, sed addicta cõnexáque materiæ: cũ qua & ipsa solubili scilicet, internitioniq. obstricta, hocce genus animæ pariter emoriatur: atq. hoc genus omne animæ rationis expers esse: Inter ista, mediam locant animã ratione præditã, a mẽtibus quidem ijs quæ supra cælum collocatæ sunt, eo interstitio diuersam, quod perpetuo implicata materiæ agglutinataque visitur: ab irrationabili porro, quod hæc neutiquã ipsa materiæ coniungitur, quin vice versa, materia illi ipsi habetur adiuncta, per sese ipsa potentia quidẽ certe subsistens, itemq; impartilis, itidẽ vt mentes illæ supracælestes, quibus etiãnum ipsis confines quadamtenus, germanæq; functiones reddantur, sed & eadẽ quoque, quæ rerũ notitiæ commentationíq; proxima sit, ad summum vsq; deũ peruadit, atq; eo quidẽ nomine incorruptilis habetur, & animã autẽ, quæ huiuscemodi esse intelligatur, cum corpore æthereo ceu vehiculo, perpetuo versari: quod illa attactu continuo, ad consortiũ quoq; immortalitatis adsciscat, inanime quidẽ omnino suapte natura, sed ab anima tamen irrationabili sequioreq; animæ genere donatũ: quod ipsum, quũ sapiẽtibus vi-*

ris idolũ animæ nũcupetur, imaginãdivi præditũ & sẽsu, videat, sẽtiat, demũq; nullo nõ sẽsu vigeat, præterquã cæteris alijs brutis animæ facultatibus: ita per potißimam hoc genus corporis vim, quã φαντασίαν vocent, animã rationalẽ cũ toto hoc corpore iugiter aßidueq; versari. Cæterũ animã humanã viuifico partus spiritui copulari, per corpus huiuscemodi merito cognationis cuiusdã implicitũ: alioqui quod spiritus quoq; quidã sit: porro autem dæmonias animas vt non ita lato discerniculo ab humanis euarient, nobiliores tamẽ, tũ ipsas esse, tũ nobiliorib. quoq; vehiculis fruisci. Ad hoc misceri nullo pacto posse corruptibili naturæ. Iã vero syderũ animas, ipsis quoq; dæmonijs lõge præstãtiores, præstãtioribus etiã vti vectabulis, quæ corpora sint amplitudine facultatis actiuæ collucentia. Quas de anima sententias retro quoque Zoroastrici Magi vidẽtur expreßisse. Cõmonet igitur oraculũ, ne rẽ planam adaugeas, id est, ne denses: (nam epipedon dicitur, non quia triplici mensu non constet, vt quod corpus esse sit exploratißimum, sed vt summa eius subtilitas exilitasve demonstretur) incremento additamentoq; subinde huic moli adijciendo, crassescere quippe spiritum istiusmodi, si ad mortale corpus pronius deuergat. Est & idolo] *Idolũ animæ nominat partem eam, quæ cũ rationis expers sit, parti rationis capaci adhærescat. refert autẽ ei idolo locũ quoq; esse in loco illo vsquequaque splendido: neq; enim vnquam animam amittere a se addictum sibi condictumq; vehiculũ.* Sed nec materiale corpus] *Animæ quisquilias, reiectamentave nominat, corpus caducam occiduũque: commonétque itidẽ, ne ipsum illud neglectim & segniter accuremus, parum commode salubriterque constitutum: sed curam huic mediocrem impensam oportere, ab eo certe, qui pensum etiamdum vitæ exigat, quo nimirum firma ipsi valetudo & integra conseruetur, duntaxat quanta maxima cura diligentiaque præstari poßit, superque cætera omnia dignitati animæ*

suffra-

ſuffragentur & quadrent. Ne exegeris] *Ne exegeris animam à corpore, videlicet intercidere fatiſcereque natura comparato, vti ne quid cum migrarit, ipſi periculi creetur. Certe quidem illud ipſum aliud nihil merito eſſe cenſeas, quam ſemetipſum humanis rebus exigere præter naturæ præſcripta.* Si mentem igneam] *Si mentem igneam ad religionis munia erexeris, caducum iſtud atque dißipabile corpus, innoxium præſtiteris & incolume.* E ſinibus terræ] *Eſt, nec raro, quum inter ſacrificandum φαντάσματα, hoc eſt, viſa. ſpectraque neſcio quæ, canum expreſſa ſimilitudine, ſpecieque itidem alia prodigioſe fœda compareant. hoc genus omnia monentur e terræ ſinibus proſilire: id quod aſſolet, quum terrenum iſtud corpus iuxta atque abolitioni obnoxiū, neque non affectus ipſi congeniti haud dum penitus rationis magiſterio compoſiti ſunt & digeſti: quorū quidem ſimulachra viſitentur, inania quidem illa, nullamque naturæ ſolidam ſubſiſtentiam præferentia.* Natura ſuaſerit] *Natura, hoc eſt, naturalis ratio peruicerit, genios, quos dæmonas cognominent, integros eſſe maximoque opere incorruptos, & adeo omnia quæcunque a deo optimo quidem ipſo ex ſeſe proficiſcuntur. Sed enim ipſa quoque infœlicis prauæq; materiæ germina illiuſmodi appoſitißime cenſeri queant, quæ inter ea quæ proba frugique ſunt, recenſeantur. alioquin materiam vilem deſpicatamq; vocāt, non ſubſtantia adeo, nā qui tandē fieri poßit, cuius germina proba laudataq; ſint, ipſum vt vitioſum eſſe ſubſtātia (duntaxat accōmodate) dictitetur? atenim eo nomine improbam materiam appellant, quod nouißima inter ſubſtantias corrogatur, parcißimeq; omnium rationem boni cooptat: ſed ita tamen, vt minutißimam quamq; materiæ particulam, vitioſam intelligas: alioquin, inquit oraculum, cuius vitioſæ etiamnum materiæ, hoc eſt, ſubſtātiæ deſpicatißimæ germina proba ſint, certe ſumma ratio eſt, quamobrem huiuſmodi eſſe dæmones itidem*

credantur: & quidem tanto locupletius impensiusque, qui tũ natura sint rationis participe præditi, tũ naturæ omni corruptioni obnoxiæ impermixti. Pœnæ] *Pœnæ, siue furiæ, hoc est, dæmones cruciatibus irrogandis perfecti,* ἄγχ]{ραι *mortaliũ cognominari poßint: quippe quos a vitijs deterritos, ad honesti rectiq; cupidinem accendant.* Primas in te vendicet] *In te altitudo profunditasve animæ imperitet, ac oculos pariter vniuersos, id est, vireis cognitiuas sursum versum erige.* O naturæ homo] *Hominem præsidentis naturæ machinamentũ coagmentũve nominat, quod arduis semetipsum rebus concredit.* Quod si mihi sæpiuscule] *Si sæpicule mihi dixeris, hoc est, me vocaueris, dictum, me videlicet quem vocasti, vndiquaque cõspexeris: quippe aliud nihil quicquã tum tibi temporis cernetur, quam fulmina, hoc est, ignis, huc illuc in orbe subsiliens.* Ne naturæ imaginem nũcupaueris] *Ne gestieris cernere imaginem naturæ, Dei videlicet exemplar ex sese quidem ipsum perspicuum & visile, sed quod sub conspectum humanum situm non sit. Nam quæ sacris operantibus visitantur, vt ignis, fulmina, aut siquid aliud est huiusce generis, ea tute credideris esse symbola, non item dei naturam.* Vndiquaq; nesciæ doli animæ] *Ignis, qui tibi inter sacrificandũ visitatur, habenas vndecunque in te extendito, in anima* ἀπλάςῳ, *hoc est, minime varia versatilive mente, atque a vitio quam maxime aliena expurgataque.* Cũ spectaris] *Simul cõspexeris sacrosanctum ignem, effigiationisque expertẽ & formæ: præterq; quoquouersus per mundũ iuxta saltuatimq; & desultorie splendescentẽ, gratias age, simulq; hilariter & alacriter ignis vocem audi, quæ verißimam quandã fixißimamque prænotionẽ præ se ferat.* Symbola mens paterna] *Mens parerna, id est, animæ iugis opifex, notas, id est formarum intelligibilium imagines, animæ insæuit: quibus illa freta, rerum essentias sibi rationesve conciliet.* Certo scito intelligibile] *Existimato res intellectiles*

tellectiles extra mentem tuam actu esse.quanquam enim ab opifice imagines tibi rerũ intelligibilium sunt inditæ, id tamen ipsum potentia certe duntaxat factum. Quo fit,vt actu quoq; rerum intellectualium asciscenda tibi notitia sit animoque consectãda. Est intelligibile] *Id est, supremus deus, qui vnus eximius sit, & antiquißimus habendus, haudquaquam eodem atq; alia pacto concipitur,verũ mẽtis flore,id est,singulari potißimaque mentis parte.* Omnia ab vno igne] *Omnia ab vno igne promanarunt.* Quippe cum omnia] *Pater omnia absoluit,intelligibileis videlicet formas : vt quæ probe expletæ, suisque numeris absolutæ sint,alteriq; a se deo regunda tradidit,vnde fiat, vt si quid ab hoc deductum sit,& ad ipsius aliusve substãtiæ intelligibilis exemplar effictum : id a summo illo deo ortum credatur & profectum.quem & ipsum primũ haberi gentes statuunt, quæcunque aßiduum mundi architectum, quoque non alius superior sit,esse rentur.* Quæ a patre mentes] Ιυγ᾽γας,*intelligibiles formas appellat, quæ tum a patre concipiantur, tum & ipsæ concipiant:adque concipiendi commentandive munia obeunda extimulent, consiliis* ἀφθέγκτοις, *id est immotis. & hoc alioqui loco motum intelligendi,non trãsgreßionem aut cursum,sed ad intellectilia relationem habitumve hoc oraculi accipit. Quare* τὸ ἀφθέγκτοις *intellexeris pro eo quod est immotis.hoc sensu, hæ species immotã minimeque, vt anima,vagum ad intelligibilia responsum obtinent.* Rectores intellectualeis] *Ea quæ in hoc orbe ab immortalibus deducta sunt,mundi rectores intelligentiæ compotes vocat,quorum principem constituat alterum a patre deum. Alioquin quum aiat hoc oraculum,rectores esse mũdo inflexileis,dubium non videtur,quin eo spectet, vt ipsi immortalitatem afferat.* Ipsum sese pater rapuit.] *Semetipsum pater a reliquis abiunctum haberi voluit & exemptilem, adeo vt ne in intellectiua quidẽ facultate altero a se deo ignem suũ,*

hoc est, diuinitatem incluserit finieritve. Huius autem porro diuinitas a cæteris ipsa rebus exempta est: videlicet quoniã ille idem & ortus immunis est, & per sese ipse extat: alioqui nec poßit contingere, hic vt cuiquam adsciscatur, licet in eo quod a cæteris omnibus contribuitur, multo ipse lubentißime acquiescat. nec tamen, quod inuideat, sese admittendum non exhibet, verum eo certe nomine, quod adeo non illud ipsum fieri poßit, vt in antiphasin, hoc est, contradictionem commeet. Pater non metum] *Cum enim eximia quadã insignique prorsus bonitate præditus sit, cum eo quod omnibus quoque bonorum est autor, nemini vtiq; periculum accersierit, vnde horrendus esse poßit.*

Placita hæc Zoroastrica cum frequentes oppidoque clari viri confirmarunt, tum vel maxime Pythagoræ iuxta Platonísq; cõsectatores. Quibus & istud inter ea quæ Zoroastro prodita sunt (vtique si Plutarcho subscribimus) admissum sit & approbatum. Nempe quod tribus res partibus designauerit. Altera Horomazen, quem hoc genus oracula primi dei cognomento vocitent. Altera Arimanen, parte nimirum postrema, vt media Mithran. Qui deus alter oraculis hisce dictitetur. Alioquin & in Mithræ vocabulo Persæ solem intelligunt. Sub hæc Horomazen triplicem se constituisse: duplicem autem Mithran, videlicet qui alter ab Horomaze sit. Quibus & Platonica quoque illa prorsus accesserint, in omnibus regem totum esse, cuius & ipsius gratia omnia sint. Quin eundem omnium bonorũ causam haberi primordialem: demumque secundum in secundis, tertium in tertijs consistere. Iam rerum vniuersitatem Zoroaster Platoque tribus partibus absoluerunt, vna sempiterna: altera genita, & nihilo secius tamen immortali: tertia, ad obitum corruptelamque tendente. Et Zoroastrem quidem eousque vetustum Plutarchus adfirmat, vt annis quingẽtis bello Troiano priorem fuiße testatum scriptumque memoriæ reliquerit.

NOTÆ QVÆDAM.

Cicero lib.1. de diuinatione ſcribit, neminem Perſarum regem eſſe potuiſſe,qui non ante magorũ diſciplinam ſcientiamque percepiſſet. tanto in honore & admiratione habebãtur præcepta magica. Quid autem veterum magia & qui magi fuerint, e Platone, Xenophonte, Strabone, Plutarcho, Luciano, Cicerone & aliis infinitis cuique repetere licet. Vt breuiter dicam, theologiam ſimul cum phyſiologia tractabant apud Perſas, Sacas, & Medos; quemadmodum Brachmanes & Gymnoſophiſtæ apud Indos, Chaldæi apud Aſſyrios, ἱερογραμματεῖς apud Ægyptios, Leuitæ apud Iudæos, Eteobutadæ apud Athenienſes, Etruſci apud Romanos, Druides apud Gallos & Germanos. Ne quis igitur hic artis portentoſæ & præſtigiatoriæ præcepta tradi putet. Dogmata ſunt de pietate & cultu diuino ſecretiora ſiue Magorum, ſiue Ægyptiorum, ſiue Chaldæorum, a fide orthodoxa non admodum aliena, vti Pſellus docet, & ante hunc Syneſius epiſcopus Cyrenenſis. E cuius libro περὶ ἐνυπνίων patet vix reliquias aliquas e ſacris illis oraculis ad nos perueniſſe, eaſdemque adeo mutilas & confuſas, vt centonem merito dicere poſſis e veterum ſcriptis conſutum. Quæ enim ille carmina refert, partim multum diſſimilia ſunt, partim in hiſce non reperiuntur. Ea, ne quid iure deſiderare poſſes, lector, breuiter indicanda cenſui.

In his noſtris non extant quæ libello citato pag. 102. leguntur: Εἰ δέ τις μέγα μὲν οἴεται τὴν ἀγωγὴν, φαντασίᾳ δὲ ἀπιστεῖ, μή τοι καὶ κατ' αὐτὴν ποτε πορευθῆναι τὴν εὐδαίμονα συναφὴν, ἀκουσάτω τῶν ἱερῶν λογίων ἃ λέγει περὶ διαφόρων ὁδῶν. μετὰ δὲ τὸν ὅλον κατάλογον τῶν οἴκοθεν εἰς ἀναγωγὴν ἀφορμῶν, καθ' ἃς ἔξεστι τὸ ἔνδοθεν σπέρμα αὐξῆσαι·

Τοῖς δὲ (φησὶ) διδακτὸν ἔδωκε φάους γνώρισμα λαβέσθαι
Τοὺς δὲ καὶ ὑπνώοντας ἑῆς ἐνεκάρπισεν ἀλκῆς.

ὁρᾷς; ἀντιδιέστειλεν εὐμοιρίαν μαθήσεων. ὁ μὲν ὕπαρ, φησὶν, ὁ δὲ ὄναρ διδάσκεται. ἀλλ' ὕπαρ μὲν ἄνθρωπός ἐστιν ὁ διδάσκων, τὸν ὑπνώοντα δὲ θεὸς ἧς ἐνεκάρπισεν ἀλκῆς, ὥστ' αὐτὸν εἶναι τὸ μανθάνειν τε καὶ τυγχάνειν. τὸ γὰρ ἐγκαρπι-

σαι καὶ πλέον ἐστὶ τοῦ διδάξαι. id eſt, *Si quis vero magni momenti eſſe arbitretur euectionem ad ſuperiora, imaginationi autem fidem non habeat, dubitans num per ipſius conſortium beatam illam coniunctionem aſſequi liceat: is audiat ſacra oracula quæ de diuerſis vijs proferunt. Equidem poſt totam enumerationem domeſticorum ſubſidiorum ad ſublimiorem meditationem, per quam facultas datur ſemen interius amplificandi, His quidem* (inquiunt) *luminis cognitionem doctrina acquiſitam dedit, Alios vero etiam dormientes ſeminum virtutis ſuæ participes fecit. Vides vt ex aduerſo diſtinxerunt diſciplinarum felicitatem. Hic quidem inter vigilandum(aiunt) ille vero inter dormiendum eruditur. Atqui vigilantem homo eſt qui docet: dormienti vero deus ſuæ virtutis ſemina infundit: ita vt idem ſit diſcere & conſequi. nam ſemina indere & quaſi implantare plus eſt quam docere.* Vnde manifeſtum eſt id quod Nicephorus ad hunc locum annotat, Syneſium oracula multa ſilentio tranſiiſſe, nec integra recitaſſe.

P.17,5. ὅθεν] Huc reſpiciunt Sineſij verba, eadem pagina, ἐς τοσοῦτο πεπλανημένον, ὡς μὴ ὅθεν ἦλθεν εἰδέναι. tantopere aberrantem, vt vnde venerit ignoret.

6. Hinc deſumpſit Syneſius quæ elegantiſſime ſcripſit ibidem pag. 109. ὅτι μὲν αὖ ἐξελθούσαις ψυχαῖς γένοιτο πόμα ληθαῖον, ἄλλος εἰπάτω. εἰσελθούσῃ δὲ εἰς τὸν βίον ψυχῇ ληθαῖον ὀρέγεται πόμα, τὸ τῇδε ἡδὺ καὶ μειλίχιον. θῆσσα γὰρ κατιοῦσα τὸν πρῶτον βίον ἐθελοντὶς, ἀντὶ τοῦ θητεῦσαι δουλεύει. id eſt, *Alius dicat quod ſit lethæum ſiue obliuionis poculum illud animabus exeuntibus dari ſolitum. animæ certe in hanc vitam ingreſſæ exhibitum obliuionis poculum nihil aliud eſt, niſi vitæ huius dulcedo & voluptas. cum enim mercenaria ſponte ad hanc vitam deſcendat, loco operæ mercede locandæ iugum ſeruiliter ſubit.*

8. Sineſij verſus noſtris multum ſunt diſſimiles. ſic enim habet ille pag. 108.

> Μηδὲ κάτω νεύσῃς εἰς τὸν μελαναυγέα κόσμον,
> Ὧ βυθὸς αἰὲν ἄπιστος ὑπέστρωταί τε καὶ ἅδης
> Ἀμφικνεφὴς, ῥυπόων, εἰδωλοχαρὴς, ἀνόητος. id eſt,
> *Ne deorſum nutes ad mundum atrum & tenebris plenum,*
> *Cui gurges profundus ſēper infidus ſubſtratus eſt & orcus*
> *Vndique caliginoſus, ſordidus, ſpectris gaudens, amens.*

Vide integrum locum Syneſij. conferet enim ad intelligentiam

tiam ſequentium & præcedentium.

11. Marſilius Ficinus lib. xvii. de animorum immortalitate cap. vlt. Zoroaſtri, vt & ſequentia plurima, adſcribit, & ita interpretatur, *Tuum vas beſtiæ terræ habitant.*

12. Idem Marſilius lib. xiii. non longe ab initio, *Ne tu augeas fatum,* inquit, *quaſi in tuo arbitrio ſit cedere fato atque non cedere.*

V. pæn. Hunc verſum & ſequentem refert Ficinus lib. x. de immort. animorum, cap. viii. cum hac interpretatione, *Aſcendendum tibi eſt ad lumen ipſum & patris radios, vnde infuſa eſt tibi anima multo mentis lumine circumfuſa.*

P. 18, 3. Vetus codex regiæ bibliothecæ habet ἂ ἂ τοὺς δὲ: ſimiliter accentu tantum mutato, eruditione præſtantis viri Sanctandreani exemplar ἆ ἆ τοὺς ἣ χθὼν, &c. vtrumque σχετλιαστικῶς *ah ah*, vel *heu heu.*

6. Reginæ exemplar refert τὸ παρθένιον οὐ περιοῦσα, contra metri regulam: quanquam id nō vbique in hoc fragmento obſeruatum ſit.

7. Tres hos verſus paucis explicat Marſilius lib. xiii. cap. iv. ita ſcribens: *Qui phantaſiam vult ſilere, ac etiam ſupremi numinis deſiderio flagrans, conſuetis rationis naturalis diſcurſibus non confidit, ſola viuit mente, euadit angelus, & toto capit pectore Deum. Hæc ſignificat Zoroaſter: Anima hominum deum quodammodo contrahit in ſeipſam, quando nihil retinens mortale, tota diuinis hauſtibus inebriatur. Tunc quoque exultat in corporis harmoniam.*

11. Idem libro & capite dictis verſus aliquot e ſequentibus huc tranſlatos ita ordinat,

Ὅττι ψυχὴ πῦρ δυνάμει πατρὸς οὖσα φαεινὸν,
Ἡγείσθω ψυχῆς βάθος ἄμβροτον, ὄμματα δ' ἄρδην
Πάντ' ἐκπέτασον ἄνω.

Μηδὲ τὸ τῆς ὕλης σκύβαλον κρημνῷ καταλείψης. id eſt, illo interprete, *Quoniam anima per potentiam patris fit ignis ſplendidus, dominetur in te immortalis profunditas animæ, & oculos omnes vna tolle in altum. Tunc neque etiam materiale ipſum corpus præcipitio derelinques. Ignem appellat lucem ipſam qua exuberat deus per ſe, & anima per vim patris conuerſa in patrem abundat. Et quia deus eſt ipſa vnitas ſuper mentem, & centrum eſſentiarum ſuper eſ-*

ſentiam, ideoque non vnitur illi per mentem proprie, ſed per vnitatem animæ, quæ eſt mentis caput, centrumque totius animæ. Idcirco dicit Zoroaſter, Ducat te animæ profunditas immortalis, id eſt vnitas ipſa, quam impreßit quondam deus animæ tanquam vnitatis diuinæ characterem, a qua & ad quam omnes aliæ vires animæ, quaſi a centro & ad centrum omnes circuli lineæ pendent.

12. Marſilius lib. v. de anim. immort. cap. xiv. *Immortalis manet, ac vitæ domina eſt. q. d. ideo immortalis manet, quia habet vitam pediſſequam, ſicuti ſol lucẽ, crinita comam.* Vide locum. docet enim illic fuſe, animam abire adueniente morte, non perdi.

13. Idem lib. iv. cap. vltimo: *Oportet profecto animam ipſam eſſe quodammodo omnia, de qua Zoroaſter ait: Mundanorum ſinuum multas plenitudines comprehendit.*

15. Idem lib. xviii. de animorum immort. cap. iv. *Ne fœdes ſpiritum, neque in profundum exaugeas quod eſt planum, Spiritũ planum appellat ipſum vehiculum, non quia corpus non ſit atque profundum, ſed quia propter tenuiſſimam & ſplendidam puritatem ſit quaſi non corpus. Præcipit ergo ne propter nimium corporis elementalis affectum, cogas ipſum etiam poſt hanc vitam ſordidum atque graue ſuperfore caliginis elementalis adiunctione.*

17. Idem ibidem: *Eſt idolo quoque locus in regione perſpicua. quia ſcilicet cum vehiculo ſimul & anima rationali recurret in cælũ.* Sequentem verſum cõiunxit Ficinus cum ſuperiore illo cuius initium eſt Ὅτι ψυχὴ, cap. iv. lib. xiii. Syneſius quoque hunc cum precedente allegat libro de inſomniis pag. 11. edit. Turneb. ſed ordine inuerſo. θέα δὴ (ait) πόσῳ τῷ μέσῳ τὸ πνεῦμα τοῦτο ἐμπολιτεύεται. ῥεψάσης μὲν κάτω ψυχῆς ἔλεγεν ὁ λόγος, ὅτι ἐβαρύνθη τε καὶ ἔδυ, μέχρις ἐγκύρσῃ τῷ μελαναυγεῖ καὶ ἀμφικνεφεῖ χώρῳ· ἀνιούσῃ δὲ καὶ συνέπεται μέχρις ἂν εἰς πλεῖστον τὸ ἀντικείμενον ἥκῃ. ἄκουε γὰρ καὶ περὶ τούτου τῶν λογίων λεγόντων·

Οὐ τῷ τῆς ὕλης κρημνῷ σκύβαλον καταλείψει,
Ἀλλὰ καὶ εἰδώλῳ μερὶς εἰς τόπον ἀμφιφάοντα.

τοῦτο δὲ ἀντίθεσιν ἔχει πρὸς τὸ ἀμφικνεφῆ. καίτοι τί πλέον τις ἂν ἐν τούτοις ὀξυωπήσειεν; οὐ γὰρ μόνην εἰς τὰς σφαίρας ἀνάγειν ἔοικε τὴν ἐκεῖθεν ἥκουσαν φύσιν, ἀλλὰ εἴ τι καὶ τῆς πυρὸς καὶ τοῦ ἀέρος ἀκρότητος εἰς τὴν εἰδωλικὴν φύσιν ἔσπασε καλοῦσα πρὶν τὸ γήϊνον ἀμφιέσασθαι κέλυφος, καὶ τοῦτο, φησὶ, τῇ κρείττονι μερίδι συναναπέμπει. ὕλης γὰρ σκύβαλον οὐκ ἂν εἴη τὸ θεσπέσιον σῶμα. & quæ ſequuntur.

tur. Quæ sic Latine reddidit Pichonius, *Obserua igitur in quãto interuallo spiritus hic fantasticus versatur. Declinante quidem deorsum animo, dicebat oratio, quod opprimitur atque subit quousque incidat in tenebrosum & vndique caliginosum locum. Sed ascendentem etiam comitatur, quoad sequendi facultas sit. Et sequi potest donec in maxime oppositum & omni ex parte fulgentem locum venerit. Audi etiam hac de re vaticinia dicentia: Non in eminenti ac sublimi loco materiæ purgamentum relinquet: sed & simulacro pars est in loco vndique fulgente. Is autem controuersiam habet cum vndique caliginoso. Nam quid acutius in his versibus quispiã cernere posit? non enim solum in globos cælestes reducere videtur illinc venientem naturam, sed si quid ex ignis & aeris summitate in imaginariam naturam descendens attraxit, antequam terrenum induerit tegumentum, & istud, aiunt, cum validiori parte transmittit. nam materiæ excrementum haud fuerit diuinum corpus.*

19. Explicat Plotinus philosophus lib. IX. de anim. educt.

20. Marsilius sic vertit lib. XIII. de animorum immortalitate cap. IV. *Si mentem ardentem ad opus pietatis intenderis, labile corpus seruabis.*

21. 7. Pulcherrima declaratio huius oraculi peti potest e Synesij libro de insomniis pag. 109. vbi sic inquit, αἱ παρ' ἀξίαν καλούμεναι ξυμφοραὶ, μέγα μέρος συμβάλλονται πρὸς τὸ λῦσαι τὴν σχέσιν τὴν ἐνταῦθα πρὸς τὰ τῇδε. &c. id est, *Calamitates insolitæ maxime cõferunt ad tollendam propensionem qua in res caducas ferimur.* & paulo post, ποιναὶ γὰρ ὑλαῖαι τότε δὴ καὶ παρ' εἱμαρμένην κινοῦνται κατὰ τῶν ἀμφιλωιασάντων πρὸς τοὺς νόμους αὐτῆς. καὶ τοῦτο ἄρα αἱ καλούμεναι πεῖραι, ἃς Ἡρακλέα τε ἀνατλῆναί φασιν ἱεροὶ λόγοι. hoc est, *pœnæ sane etiam præter fati necessitatem mouentur aduersus feroces & legum frena excutientes, atque hæ profecto ærumnæ sunt & celebres illi labores quos Herculem sustinuisse perhibent sacri sermones.*

8. Marsil. lib. XIII. de anim. imm. cap. IV. vt supra indicaui.

10. Idem refert lib. XIV. cap. I. *O homo naturæ audentissimæ artificium.*

12. In vet. cod. regiæ bibliothecæ scribitur, ἀθρήσας πάντα λ. & linea pænult. κεραυνοῖς.

22. Hic est ordo versuum huius paginæ in codice regio. Primus est πάντοθεν, secundus πῶς ἔχει κόσμος, tertius ἰυγγικά, quar-

tus λαμπόμενον, quintus κλουθῆ, ſextus παύτα γδ, ſeptimus δευτέρῳ, octauus πατὴρ ϋ φόβον, nonus ἑαυτὸν ὁ πατὴρ cum proximo ὐδ' ἐν, decimus ἔστι ῆ δή ζ. vndecimus εἰσὶν πάντα, duodecimus μάνθανε τὸ, decimus tertius νοούμεναι, decimus quartus βουλαῖς: quintus autem in iſtius paginæ ordine σύμβολα, &c. plane omiſſus eſt.

5. Ranconetus vir exquiſitæ doctrinæ & iudicij legit νοῦς ἔσπειρε.

7. Marſilius lib. I. de anim. immortalitate cap. VI. *Aliud mens erit, aliud veritas. Quod ſic aperit Zoroaſter, Scito intelligibile ipſum eſſe extra mentem.*

8. Idem lib. XIII. cap. V. *Eſt intelligibile aliquid quod intelligere te oportet mentis flore. Florem mentis appellat Zoroaſter ipſum animæ centrum, quod Plato nominat mentis caput.*

9. Idem lib. II. cap. VII. *Eſſe ipſum rebus omnibus eſt commune. Eſſe igitur vbicunque ſit, pendet ex Deo. Quod myſtice tetigit Zoroaſter: Omnia ſunt ex vno igne genita.*

10. Ficinus lib. IV. cap. I. *Eſſentia angelorum principio informis eſt quodammodo, & tanquã paßiuum ſubiectũ quoddã exponitur ad actũ intelligendi, & formarũ idearumque ornatũ ſuſcipiendũ. de quo Zoroaſter ait: Omnia perfecit pater, & menti præbuit ſecũdæ.* Porro corrige ἐξετέλησε, & ſcribe ἐξετέλεσσε. ita enĩ in hoc verbo ſyllabam producũt poetæ, nõ vocalis breuis in longã mutatione.

11. Regium exemplar habet κλινίζεται πᾶν γένος ἀνδρῶν, & ita quoque correxerat Ranconetus. ſed laborabit carmen, niſi illi hac ratione ſubuenias, κλινίζετ' ἄπαν γένος ἀνδρῶν. Recepta lectio tamen non eſt improbanda.

15. Marſil. Ficinus lib. I. de anim. immort. cap. V. *Angeli mouent, non mouentur, de quibus Zoroaſter, Mundus habet intellectuales rectores immobiles.*

16. Idem lib. IV. cap. I. *Angelus animam vno excedit, quod manet: Deo cedit vno, quod multiplex eſt. Deus tamen per hoc vnum abit ſuper omnia in infinitum. quod ita cecinit Zoroaſter: Pater per ſe ipſum rapuit, neque in mente quidem quæ illum ſequitur, proprium incluſit ignem. q. d. nullam habet cum cæteris comparationem.*

19. Idem lib. III. cap. vlt. *Si animos pulſat, quia illi ſurſum deorſumque libere volubiles ſunt, pulſat, & libere, ita vt alliciat, non trahat, non cogat, ſed perſuadeat. Quod Zoroaſter ita teſtatur,*

Pater

Pater non incurrit metum,ſed perſuaſionem inducit.

P. 25. Hæc inſcriptio eſt e codice Sanctandreani ſcripto & Ranconeti cuſo.in regio iſta erat : μαγικὰ λόγια τῶν ἀπὸ Ζωροάστρου μάγων ἐξηγηθέντα παρὰ Πλήθωνος.

8. Vetus exemplar vtrumque, Regium & Sanctandr. in aoriſto legit, τῷ θνητῷ δὲ σώματι θητεύσασαν, ἤτοι ἐπί τινα χρόνον ἐργασαμένην αὐτῷ, καὶ κοσμήσασαν, &c. omiſſo illo καὶ ζωῶσαν τε.

P. 26. 19. In Regio cod. γράφεται ἀποπίπτων.

P. 29. 7. In Sanctandreani cod. ἅπαντα χωρεῖ.

13. In eodem ſcribitur λόγον φρονήσεως τινά. quid ſi φωνήσῃ pro φρονήσῃ ſcribas?

V. vlt. Iterum vtrumque exemplar, ἃ ἃ τις δὲ χθών, &c. vt ſupra pag. 18.

P. 30. 5. Regius codex, παραπλανᾶν δὲ δεῖ, & mox l. 11. λύπης pro λήθης.

P. 33. 7. Verba iſta ἢ τὴν τοιαύτην τῷ παντὶ λειτουργοῦσα, omiſſa ſunt in Tiletani editione: nunc vero e Regio codice inſerta: quæ tamen ne ſic quidem integra eſſe docuit exemplar Sanctandreani ita referẽs hoc membrũ, ὡς ἂν αὐτὴ οὖσα ἢ τὴν τοιαύτην τῷ παντὶ λειτουργίαν λειτουργοῦσα, ὥστε, &c. id eſt, *tanquã ipſa publicũ eiuſmodi miniſterium vniuerſo præſtans in cauſa ſit, vt,* &c. Sic loquitur Sineſius pag. 109. ἀλλὰ ἐκεῖνο μὲν τὴν λειτουργίαν τινὰ ἐκπλῆσαι τῇ φύσει τοῦ κόσμου, θεσμῶν ἀδραστείας ἐπιταττόντων. i. *Sed iſtud erat miniſterium quoddam naturæ mundi explere, huicque ſatisfacere, diuinis Adaſtriæ inſtitutis ita imperantibus.*

P. 37. 15. Vide Syneſij librum de inſomniis pag. 103.

22. Scribitur συγγενέσθαι in Regio cod.

P. 42. 5. Sanctandreani codex habet, βλαστήματα καλὰ καὶ ἐσθλὰ, eodem ſenſu.

10. Exemplar Regium legit, ὑπερέχοντες τῷ λογικῷ, &c. & l. 13. ἤτοι οἱ κολαστικοὶ δαίμονες.

P. 45. 13. Vtrumque exemplar habet, ἤτοι ἁπλῆ καὶ κακουργίας (regium πανουργίας) ὅτι μάλιστα καθαρεύουσῃ, id eſt, *ſimplice & omnis malitiæ ſceleriſque pura.*

16. In vtroque ſcribitur καθ' ὅλον λάμπον τὸν κόσμον.

21. Scribe ἀνέσπειρε cum ſcripto codice Sanctandr.

P. 46. 1. Scribendum eſt ἐνέργεια, *actus.*

25. Vterque codex habet, ἤτοι ἀκινήτοις. κίνησιν γὰρ ἐν τ. vt quoque exponitur pagina ſequenti.

P. 49. 5. Placet Regij codicis lectio ἀκινήτως, vt opponatur τῷ διεξοδικῶς.

9. Sanctandreani exẽplar fert κόσμῳ pro οὐρανῷ. Mox corrige mendum in παραγραφὰς, cum neutrum eſſe debeat ſubiuncta virgula, quam minus acutus oculus pro ς arripuit.

19. Scribe ἐξήρτηται. Mox deſunt verba iſta, κἂν ἀγαπᾷ τὸ ὑπὸ πάντων, in vtroq; codice, forte e ſequenti pagina huc trãſlata.

21. Mallem diuiſis vocibus οὐ δὲ μετ. legere.

P. 50. 9. Mancus erat hic locus in Tiletani editione, quẽ e ſcriptis libris in integrum reſtituimus.

12. Sanctand. codex legit, ὠρομάζης ἐφεστώη.

15. Poſt λογίων ſequitur in vet. edit. μίθρην δὲ καὶ τὸν ἥλιον Περσίσι καλεῖσθαι· ἀλλ' ἡλίου τούτου, Ὠρομάζη μὲν τριπλάσιον ἑαυτὸν ἀφεστακέναι. Nos ſecuti ſumus veterum codicum lectionem: quanquã ne ſic quidem mendi ſuſpicio abſit.

26. Marthanus interpres πεντακοσίοις, hoc eſt *quingentis*, reddidit, quod ſupra veri fidem ſit, ſi πενταχιλίοις agnoſcatur: aitque frequentes ſibi vtraque lingua ſcriptores ſubſcribere. Plutarchus tamen lib. de Iſide & Oſiride & Plinius lib. xxx. cap. 1. tuẽtur vulgatã lectionem. at Marthano Suidas fauet.

IN PSELLII EXEGESIN.

P. 53. 8. Hanc Pſelli expoſitionem tranſtulit Gregoras Nicephorus in ſua ſcholia quæ commentatus eſt ſuper librũ Sineſij de inſomniis, pag. 111. & 113. editionis Pariſinæ.

17. Legendũ eſt αὐτῇ pro αὐτή, nẽpe animæ ratione præditę.

P. 54. 5. Deeſt μὲν, vt ex Nicephoro, & oppoſita δὲ particula apparet: τοῦ μὲν ἡμίσεος.

P. 61. 19. Horum verſuum ſententia expreſſa extat in Sibyllinorum oraculorum lib. III. pag. 232. noſtræ editionis.

P. 62. 2. Metrũ requirit ἠελίου. ſed id in his magicis oraculis non admodum curioſe obſeruatur.

3. Marſilius Ficinus lib. IV. de animorum immortalitate cap. vlt. agnoſcit hunc verſum.

9. Citatur hic verſus a Syneſio in lib. de inſomniis pag. 102. nonnihil varians. Verba eius ſunt: ἀλλὰ τοῦτο μὲν παρειλήφθω

παραστατικὸν

παραστατικὸν τῆς ἀξίας, τῆς κατὰ τὴν ἐν φαντασίᾳ ζωὴν πρὸς τοὺς ἀπογινώσκοντας αὐτῆς καὶ τὰ ἐλάττω, ὡς οὐδὲν θαῦμα οὕτω γινώσκειν ὑπὸ περὶ τῆς σοφίας προεστητικότας τοῖς ὑπὸ τῶν λογίων ἀποκηρύκτοις. φησὶ γάρ.

Οὐ θυσιῶν σπλάγχνων τ' ὄτομαι, τάδ' ἀθύρματα πάντα.

καὶ φεύγειν αὐτὰ παρακελεύεται.

Imperatiuus eſt, ideo ſcribe πολυπραγμόνει.

P.66.7. Male locatum accentum moue in vltimam, ζωῆς.

P.70. 21. Refert hoc oraculum cum ſua interpretatione Nicephorus in ſcholiis ad Syneſium pag. 96. Vide quoque eruditam eius explicationem apud Origenem lib. v. contra Celſum.

P.73. 2. Diſtinctio commodior erit, ſi hic perfectum punctum ponas, & linea ſequente imperfectum.

6. Scriptum exemplar habet ἀσθενεῖ verbum: ſed eodem recidit ſenſus.

P.74. 1. Legitur cum expoſitionis parte in Nicephori ſcholiis ad Syneſiũ pag. 96. edit. Græcæ, vbi ἑκατικὸς ſcribitur

4. Nicephorus legit, δι' ὅλης δὲ τῆς ἐπιφανείας χαρακτῆρας καὶ σχήματα διάφορα.

6. Suidas ἔστι δὲ καὶ ὀργάνιόν τι ἴυγξ καλούμενον, ὅπερ εἰώθασιν αἱ φαρμακίδες στρέφειν, ὡς κατακηλούμεναι τοὺς ἀγαπωμένους.

P.78. 16. Verſus requirit παρθένον genere neutro, vt ſupra, quod vix alibi reperias.

P.89. 7. Hanc oraculi expoſitionem verbotenus ſuo in Syneſium commentario inſeruit Nicephorus, pag. 114.

10. Legit idem τὰ τοιαῦτα τῶν δαιμόνων γένη. & ſtatim, πρὸς ταῦτα ἔρχονται καὶ οἱονεὶ συγκολλῶνται.

P. 90. 8. Vide Nicephori ſcholia pag. 117.

P. 93. 20. Et hæc quoque tranſcripta ſunt a Nicephoro pag. 126. dicti commentarij.

P. 97. 21. δι' οἰκονομίαν poſſet verti, *in mundi gubernatione*, vt ad deum referatur, non ad homines, iuxta noſtram interpretationem.

P. 101. 14. Retulit hæc Pſelli verba in ſuum commentarium Nicephorus ſub finem pag. 126.

P. 105. 18. Iſtam quoque fati deſcriptionem hinc decerpſit idem Niceph. pag. 110.

P.109.5. Hoc præceptum magicum cum explicatione ſua citatur in iiſdem Nicephori ad Syneſium ſcholiis pag.96.vbi metri ratione ſeruata ſcribitur, ἰυ̃γκα δαίμονα δ' ἐρχόμενον, &c. & ſtatim μνήζουριν.de quo lapide vide Auguſt. Steuchum lib. VIII.de perenni philoſophia cap. XXVIII. de dæmonum autẽ diuiſione ſecundum Chaldæos, Nicephorum in ſchol. pag. 117.

Pag.110.10.Scribe ἀνέκφραστον.

14.Retinui Græcam dictionem *iunges* in verſione, quod ea Lælius poeta apud Appuleium vſus ſit in his verſibus:

Philtra omnia vndique eruunt.
Antipathes illud quæritur,
Trochili,iunges,tæniæ,
Radiculæ,herbæ,ſurculi,&c.

Nominis rationem & ſignificationem vide apud Pindari & Theocriti ſcholiaſtas, Suidam item & Nicephorum ad hæc Syneſij verba αἱ μάγων ἴυγγες αὗται,pag.96.

15.Retinui lectionem codicis regij: quam tamen e ſuperioribus emendare facile eſt.

19. Mendoſa videtur ſcriptura αἷς νοεῖται. nec certi quid colligetur,niſi vel αἳ νοέουσι,vel αἷς νοεῖν φησι nobiſcum legas.

P.114.18. Seruius in illud Æneid. XII. ---*& dijs communibus aras*: Vt autem altioris ſcientiæ hominibus placet, dij cõmunes ſunt qui ἄζωνοι dicuntur,id eſt qui certi certas non habent partes, ſed generaliter a cunctis coluntur.vbique enim eos eſſe manifeſtum eſt,vt mater deum,cuius poteſtas in omnibus zonis eſt.

P.117.1.Σειρὰ idem videtur denotare quod Sineſij σύρφακον. cuius ſignificationem vide apud Nicephorum pag.114.

P.118.2.Scribendum eſt πτερορρυήσειν. & hoc eſt e Platonis philoſophia in Phædro, vbi Adraſtiæ legem exponit. ὅταν δὲ (inquit) βαρυνθεῖσα ἡ ψυχὴ πτερορρυήσῃ τε καὶ ἐπὶ τὴν γῆν πέσῃ, & quæ ſequuntur.

FINIS.

ORACVLA METRICA IOVIS, APOLLINIS, HECATES, SERAPIDIS, ET ALIORVM deorum ac vatum tam virorum quam feminarum,

A Ioanne Opsopoeo collecta.

ITEM

ASTRAMPSYCHI ONEIROcreticon *à* IOS. SCALIGERO *digestum & castigatum.*

GRÆCE ET LATINE.



PARISIIS,

M. DC. VII.

